The contents are divided into five books: I. De morbis capitis. II. Praecipuos morbos pectoris complectens. III. De morbis imi ventris. IV. De febribus in genere, et in specie. V. De morbis mulierum.

«Scardona (1718—1800), scientist of universal fame, lived in a little village near Rovigo. He was offered an appointment as professor of medicine at the university of Padua, but did not accept it.

His book ‚De morbis mulierum', published for the first time in 1758, was a very characteristic work for that time. Each chapter is preceded by a number of short, but very precise aphorisms, which represent the main part of the contents. Especially detailed and exact is the description of the gonorrhoea virulenta (not quoted by Proksch). He also gives particular descriptions of hysteria.» (Kossmann, Geschichte der Gynäkologie in Neuburger-Pagel III, p. 968.)

APHORISMI
DE COGNOSCENDIS
ET
CURANDIS MORBIS

Uberrimis commentariis, atque animadverſionibus illuſtrati,

Quibus quæſtiones ſingulæ, quæ cum in theoriam, tum in praxim medicam cadunt, hodie maxime illuſtres, ſedulo pertractantur, diſcutiunturque.

SCRIPTORE

JO. FRANCISCO SCARDONA
Rhodigino Philoſoph. & Med. Doct.

LIBER PRIMUS
De morbis capitis

TOMUS PRIMUS.

POST FATA RESURGO

L. Archangeli — Crespellani

PATAVII, Typis Seminarii. MDCCXLVI.
Apud Joannem Manfrè.
SUPERIORUM PERMISSU, & PRIVILEGIO.

SENATORIBUS PRÆSTANTISSIMIS

JOANNI EMO

D. Marci Procuratori,

JO. ALOYSIO MOCENICO II.

JOANNI QUIRINO

D. Marci Procuratori,

TOTIQUE ORDINI TRIUMVIRUM

ACADEMIÆ PATAVINÆ CURANDÆ

Joannes Franciſcus Scardona.
F.

QUÆ me rationes impulerint, SENATORES AMPLISSIMI, ut parvum hunc vigiliarum mearum fructum venientem in manus hominum inſcriptum Vobis, dica-

tum , commendatumque voluerim , etiam me tacente facile omnes intelligunt . Eum nempe edebam librum minimum ex me existimationis habiturum , nisi plurimum dignitatis , & gratiæ ex ornamento , atque præsidio magnæ cujusdam commendationis eidem accederet. Quam sane , si quibus aliis in Nominibus, in Vestris maximam inveniri eo potissimum ad credendum vehementer adductus sum , quod summis Vos natos generibus novi , & in quibus plurimi eximii Viri excelluerunt , qui ut ornatissimi suæ nobilitatis fuerunt , & gloriæ amplificatores , gravissimos semper Magistratus gesserunt , & celeberrimas , honorificentissimasque legationes , præfecturas , procurationes , ac suprema Reipublicæ regimina omni ævo summa cum laude , & maxima inclyti Venetorum Principatus utilitate obeuntes , virtutum suarum famam per omnes fere terrarum oras disseminarunt , qui pace , & bello clarissimi sic vixere , ut feræ usque ætates se florentissimos vixisse intelligerent . Cum autem in Vos ipsos nulla ratione generum habita oculos conjecerim , vidi Vos non solum ex Augustissimi Senatus Veneti decreto maximam optimarum disciplinarum curam gerere , sed

eis-

eisdem quoque, atque omnibus honestis artibus, omnique virtutum genere ornatissimos, Majorum Vestrorum numen æmulantes, tantam in omnibus admirationem commovere, ut nihil possit esse supra. Et vero vestrum illud acre ingenium, mentis perspicuitatem, intelligendi celeritatem, consilii magnitudinem, rerum gerendarum experientiam, singularem doctrinam, eruditionem qui non cognoscit, ad Rempublicam administrandam, ad litteras fovendas natos homines cognoscit plane nullos. Quæ quidem laudis, & gloriæ ornamenta, cum de Vobis ab ineunte adolescentia domi prædicari cæpissent, illud quoque accessit, ut admirandis, atque immortalitate dignis edendis operibus in dies singulos aucta sic eadem foras disseminaretis, ut nullus sit hodie tam remotus ab hominum consortio in terris locus, quo non illorum fama, atque Amplissimorum Nominum Vestrorum rumor pervaserit. Quibus rite ad trutinam, ut ajunt, revocatis dubitare mihi diutius non licuit, quin eam, quam sibi gratiam, ac dignitatem comparare opus ipsum nequaquam poterat, eidem conciliatura esset præstantissimi Vestri auctoritas judicii. In eam et-

iam spem adductus sum , ut crederem laborem huncce meum ad omnes fere terrarum oras cum Vestris Nominibus perventurum . Haud equidem ignoro munus a me Vobis , SENATORES AMPLISSIMI, nunc offerri, quod videri facile potest splendore, atque amplitudine Vestra minus dignum : mirificus tamen Vester erga omnes honestas artes amor, propter quem levissimos quosque eruditorum hominum conatus humanissime excipitis, spem mihi ostendit non vanam fore, ut librum hunc , quem Vobis donare constitui , ut Vestris Nominibus decoretur , nullo licet aut sermonis lepore , aut exquisitioris doctrinæ elegantia refertum , leviorem demum , quam ut ullam Vos gravissimarum rerum meditatione , ac perpetua optimorum Scriptorum lectione animum pascere soliti, possitis ex eo voluptatem percipere , benigne nihilominus probetis , acceptumque Vobis esse velitis in argumentum qualecumque observantiæ in Vos meæ , & cultus æterni . Deus Optimus Maximus Vos , & Reipublicæ Venetæ , quam singulari dexteritate , & prudentia administratis , & litteris , quas regia li-

be-

beralitate ſovetis , diu ſalvos , atque incolumes ſervet.

Dat. Rodig. Non. Februar. an. 1746.

AD

AD LECTOREM.

Miraberis fortasse, Lector optime, quod post alios fere innumeros, qui claris editis ingenii, & doctrinæ monumentis hac maxime ætate in Medicina floruerunt, eximios viros, Opusculum hocce scribere sim aggressus. Verum mihi monendus es, me vulgarem plerorumque methodum, qui in tradendis medicinæ practicæ præceptis hactenus enituerunt, minime servavisse, non ut illorum conjecturis, ac doctrinis refutatis novum aliquod, atque inauditum afferrem, sed ut faciliorem, clariorem, tutioremque Medicinam faciendi rationem inirem, quæ Adolescentibus præsertim, qui in ipso quasi praxeos limine hærere coguntur, summe conferret. Quod cum ex eo maxime repetendum sit, quod toti speculationibus philosophicis dediti observationes tamquam inutiles arti nostræ neglexerunt, ac genuinam morborum historiam, specialem medendi methodum, delectum medicamentorum, cautelas, atque animadversiones practicas nihili prorsus facientes, theoriam plane omnem, omnemque praxim medicam anilibus fabulis referserunt, constitui scribendi munus aggrediens Tironum potissimum, quique nondum subtiliorem praxim sunt assequuti, rationibus prospicere, ac pro virili parte providere, ne illorum animi inducerentur in fraudem per inanes omnino, ac vanas theorias, per anticipationes quasdam in praxi communes, & falsas, quæ Medicis vel κλινικωτάτοις *aliquando nonnihil imponunt, ea omnia, quæ ad pernoscendos, pellendosque morbos utilia sunt, & necessaria paucis indicando, & Hippocratica fere methodo (quo in opere nonnulli magni nominis Medici nuperrimis temporibus excelluerunt) ad credendum vehementer adductus, ei, qui Medicinam exercet, generale nomen Philosophi deponendum esse, ut peculiare Medici sustineat, quemadmodum docuisse Hippocratem doctissimus Daniel Clericus* (a) *in Corne-*

ne-

(a) Hist. Medic. P. 1. lib. 3. cap. 1.

nelii Celsi effatum illud, (b) Hippocratem primum ex omnibus memoria dignis fuisse , qui ab studio Philosophiæ Medicinam separaret, *animadvertit scite admodum , sapienterque ; altiora interea , abstrusioraque , non ea tamen , quæ* supervacanea esse *judicavit Celsus* (c) quoniam incomprehensibilis natura sit , *& in quæ nimis magnum studium , multamque operam conferre ut vitiosum reprehendit Cicero* (d) *curiosius persequens, ac sedulo pro ingenii modulo inquirens in commentariis, atque animadversionibus, ne ulla unquam de causa a Divini Præceptoris doctrinis recederem, qui in libro de decenti ornatu* (e) *adeo extulit Philosophiæ studium , ut* Philosophiam, *diceret* , ad Medicinam transferri oportere, *&* Medicinam *ad* Philosophiam. *Animo id mihi versanti, ac perarduum munus , propterea quod in ea inciderim tempora , in quibus uti omnes fere disciplinæ , ita quoque Medicina ad summum splendoris , claritatisque fastigium pervenit , suscipienti , nihil curæ magis , cordique esse debuisse etiam me tacente facile vides , quam ut ea, quæ per Magistram rerum experientiam detexi, non quæ vago passim rumore circumferri solent, ingenua oratione conscriberem . Quod ubi diligenter teneas , facile etiam intelliges non sine causa a me esse factum , ut nonnullorum morborum, qui rarissimi sunt, ac propterea nondum mihi Medicinam discenti, facientique , vix paucis inter innumeros omni ævo in praxi exercitatissimos vel observandi , vel pertractandi occurrerunt , vel quorumdam vitiorum , quæ a læsa cordis , & præcordiorum structura dependent , tractationem prætermitterem , utpote quæ adeo abstrusa , & cognitu difficilia sunt , ut præstantissimus* Hippolytus *Franciscus Albertinus* (f) *ingenue de se fateri non dubitaverit , licet multa , assiduaque contentione in contemplandis ægris , eorumque cadaveribus perscrutandis longo annorum cursu versatus fuerit , se tamen eousque minime profecisse, ut quod semel , iterum , sæpiusque conspexit in mortuis , id agnoscere potuerit in vitam agentibus,*

(*b*) In præfat. (*c*) Ibidem. (*d*) De Officijs lib. 1. cap. 6.
(*e*) N. 4. (*f*) Com. A. B. p. 382.

bus , ut ſigna nempe diagnoſtica explorata haberet , atque perſpe- cta , quibus in eorum cognitionem deduceretur ; utcumque nonnul- li , poſtquam Alexander Knips Maccoppe Medicus noſtrorum tem- porum magni nominis nobilem de Polypo Aortæ, quem reſpirante adhuc corpore fidenter pronuntiavit, Diſſertationem edidit, qua accura- tiſſimam omnium pectoris morborum hiſtoriam complexus eſt , ſibi in animum induxerint . Illud interim etiam atque etiam a te contendo , Lector optime , ut laborem huncce meum æquo animo excipias , atque habeas pro certo in eo ſcite conſcribendo , utcum- que mihi defuerit facultas, voluntatem minime defuiſſe . Vale .

IN-

INDEX CAPITUM,

Quæ in hoc Volumine continentur.

NOI

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione del *P. Fra Paolo Antonio Ambrogi Inquisitore Generale del Sant' Offizio di Padova*, nel Libro intitolato: *Aphorismi de Cognoscendis, & Curandis Morbis &c. Auctore Francisco Scardona de Rhodigio*; non v' esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi, e buoni costumi, concediamo Licenza a *Gio: Manfrè Stampatore di Venezia*, che possa essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. il primo Giugno 1746.

(*Gio: Alvise Mocenigo II. Rif.*

(*Giovanni Querini Proc. Rif.*

(

Registrato in libro a Carte 28. al n. 217.

Michiel Angelo Marino Segr.

Registrato al Magistrato Eccellentissimo contro la Bestemmia.

Francesco Gadaldini Segr.

DE

APHORISMI
DE COGNOSCENDIS, ET CURANDIS MORBIS
LIBER PRIMUS
CAPUT I.
De Apoplexia.

I. APoplexia eſt ſubita ſenſuum cum internorum, tum externorum, motuumque a voluntate pendentium privatio ſuperſtite interdum pulſu, & reſpiratione.

II. Cauſa ejus proxima eſt impeditus ſpirituum Animalium a Cerebro ad organa ſenſui, & motui deſtinata, & ab his ad Cerebrum excurſus ob vitium in Cerebro.

III. Quod tunc contingit, cum vaſa ſanguifera perpetuo perennique motu non deferunt ſanguinem ad glandulas, ductus, atque emiſſaria Cerebri, cum glandulæ, ductus, atque emiſſaria Cerebri ſpiritibus in nervos percolandis, derivandiſque inepta ſunt.

IV. Huc ſpectant carotidum, & vertebralium compreſſio, diſruptio, earumdem, ac venarum jugularium, & ſinuum cerebri obſtructio, huc compreſſio, diſruptio, obſtructio glandularum.

V. Glandulæ porro comprimuntur a ſanguinis plethora vera, vel apparente, ejuſdem motu nimis veloci in cerebrum, a ſero, lympha, ſanguine, pure intra ejuſdem cavitates, & ſinus effuſis, a tumore, ulcere, polypo, aneuryſmate intra ipſum obortis, a cranii fracturis, percuſſioni-

bus, tumore, polypo, aneuryſmate extra ipſum genitis, ſero, ſanguine pure inter meninges, & cranium effuſis, meningum earumdem convulſione. Diſrumpuntur a vulnere cerebrum penetrante, forti ictu. Obſtruuntur a materia craſſa, viſcida, & lenta.

VI. Atque hinc liquet, cur ſenes, & qui plethorici ſunt, qui affectionibus convulſivis obnoxii, qui collo lato, & brevi donantur, qui tumoribus imi, vel medii ventris prope truncum Aortæ deſcendentem, qui hydrope laborant, mulieres quæ utero gerunt, quibus ſuppreſſi ſunt improviſo menſes, in Apoplexiam frequenter labantur.

VII. His accedunt motus corporis vehementiſſimi, ac præſertim in homine plethorico, immodica Venus, vini, & rerum acidarum, ſpirituum fermentatione confectorum abuſus, aer auſtrinus, nimis calidus, pluvioſus, humidus, inſolatus, vel contra nimis frigidus, & borealis, ſtudia immoderata, vehementes animi commotiones, ira præſertim, improviſus timor in pueris, ingens ſtrepitus, ac vehemens ſonus, inedia.

VIII. Apoplexia alia univerſalis eſt, alia particularis; totius in illa medullaris, & corticalis cerebri ſubſtantia afficitur, in hac unius tantum partis: illa rurſus in levem, fortem, fortiſſimam. In levi cerebrum tantum ſtricte dictum afficitur, hinc pulſus in principio ſaltem naturali vehementior, reſpiratio profunda, lenta, æqualis. In forti, & fortiſſima præter cerebrum, etiam cerebellum plus minus læditur, hinc reſpiratio violenta, difficilis, ſtertoroſa, inordinata, intermittens, quandoque ſpuma circa os, pulſus debilis, parvus, & ſi læſio inſignis fuerit, reſpiratio fere nulla, pulſus deficiens, mors.

IX. In Apoplexia particulari vel dimidia tantum pars cerebri reſolvitur, & Hemiplegia dicitur, vel partium, quæ infra cerebrum ſunt, & Paraplegia nominatur. Mirum parte cerebri dextra affecta reſolvi ſiniſtram, & contra ſiniſtra affecta reſolvi dextram.

X. Signa præſentis Apoplexiæ ſunt improviſus in terram caſus, ſubita ſenſuum internorum, externorumque, ac motuum a voluntate pendentium, vel forti admoto ſtimulo ceſſatio, pulſus, & reſpiratio pro vario Apoplexiæ gradu varia, vocis ablatio, ægri decubitus qualis dormientis, aut ſemimortui, faciei color ſano ſimilis, ſpuma circa os, excrementorum, urinæ involuntarius exitus, oris detorſio, dimidiæ partis corporis, vel omnium, quæ infra caput ſitæ ſunt, reſolutio.

XI. Signa venturæ Apoplexiæ ſunt inſignis in ſomnum proclivitas, difficultas ad motum, ſtupores, vertigines diuturnæ, tremor præcipue capitis, dentium ſtridor in ſomno, incubus, palpitatio cordis per noctem invadens, aurium tinnitus, jugularium arteriarumque temporalium turgentia, oculorum, & faciei rubor intenſus, vel pallor cum oculis humidis, naribus, & palato, excrementorum ex iiſdem partibus fluentium interceptio, extremorum refrigeratio ſine cauſa manifeſta, urinæ atræ, modicæ cum ſubſidentia craſſa, & tenaci ſpuma.

XII. Apoplexiam fortem ſolvere impoſſibile, debilem vero non facile. Hipp.

XIII.

XIII. Univerfali Apoplexiæ particularis plerunque fuccedit .

XIV. Febris de genere ephemerarum vehemens ægro nondum debilitato fuperveniens Apoplexiam a materia lenta ac difficili obftruente, interdum etiam ab acri, mordacique convellente oriundam folvit.

XV. In infultu Apoplexiæ, fi æger plethoricus, fuccique plenus fit, cujus facies intenfe rubeat, tumeat, oculi inflammati fint, evacuationes confuetæ fanguinis fuppreffæ, fanguis nulla interpofita mora detrahendus ex bafilica brachii lateris fani (nifi utrumque refolutum fit) lato vulnere, poftea fi opus fit ex jugularibus. Cave autem, ne fuppreffæ fint improvifo excretiones fanguinis ex utero, aut hæmorrhoidibus; tunc enim prius faphæna pedis fecanda, quam jugularis.

XVI. In pueris, & valde fenibus, in iis, qui præhumido funt corpore, pallidi, leucophlegmatici, oculos pallidos humentes habent, quibus excretiones copiofæ feri, & pituitæ per os, nares, fauces contingunt, qui a morbis prægreffis valde debiles funt, nunquam venæ fectio imperanda.

XVII. Ut fummum cucurbitula magna occipiti admoveri poteft.

XVIII. Cæterum uti dolorifica omnis generis, atque extimulantia medicamenta vel initio in hac Apoplexiæ fpecie efficaciffima funt, ita in illa, nifi prius vafa fuerint fanguine depleta, homini funt infeftiffima. Huc fpectant cucurbitulæ ficcæ cruribus, ac plantis pedum admovendæ, frictiones ex fale in aceto foluto, aut cæpa per medium diffecta, atque aceto imbuta in volis manuum, aut plantis pedum inftituendæ, veficantia artubus applicanda, clifteres acres, cujufmodi funt ex decoctione pulpæ colocyntidis nodulo inclufæ cum fal gem. ℥ ii. parati, repetitis vicibus inijciendi; huc tandem fuppofitoria ex fal. gem. ℥ ii. diagryd. gr. x. cum fufficienti quantitate mel. ad ignem infpiffati, loco clifterum adhibenda.

XIX. Interim hauftus ex aq. fuc. Melif. Betton. Salv. Lavend. cum fpirit. fanguin. human. cran. human. gut. Anglican. gut. xxx fyrup. pæon., vel primul. ver. ℥ vi. cocleatim propinandi.

XX. Aquæ antapoplecticæ dictæ minus arrident. Salis volatilis fuccini grana aliquot ex cochleari fyrup. de Bettonic., vel fimili in quocumque fubjecto adhiberi tuto poffunt.

XXI. Si paroxyfmus diutius protrahatur, fpirituofa naribus admoveantur. Ejufmodi funt fpiritus fal. armoniac. fales volatiles urinofi, olea deftillat. Lavendul. flor. anth. & fimilia.

XXII. Sternutatoria in hominibus præfertim laxioris ftructuræ, & qui copia feri, ac pituitæ abundant utiliter adhibentur. Quare ex hyfop. fatur. pulv. a ℥ i. caftor. ℈ s. f. pul. in nares fiftula aliqua intrudendus. Quæ ex piper. euphorb. pyretr. hellebor. pul. parantur, acriora cum fint, cautius ufurpanda.

XXIII. Purgantia vomitoria in iis, qui fero abundant, & cacochymi funt tandem adhibenda. Pulvere ex Scammon. aut diagryd. a gr. x.

ad xx. caſtor. elect. pul. ℈ i. ad ℈ ii. ex ſyrupo aliquo nihil ad purgandum efficacius, radice ipecacuannæ pul. ad ℈ ii. ex juſculo fol. card. benedict. alterato, nihil ad vomitum promovendum pro ægrorum opportunitate valentius.

XXIV. Mirum hæc omnia in aduſtis, ſtrigoſiſque corporibus, convulſionibus obnoxiis veneni ad inſtar agere. His porro ſolum cliſteres laxantes, potus ſeri deſtillati cum cephalicis floribus temperatis, nempe tiliæ, lilior. conval. vel eorumdem decoctiones theiformes, juſcula avenacea, hordeacea, aquæ nocerianæ, emulſiones ex ſem. melon. quatuor frigidor. viſa ſunt convenire.

XXV. Extra paroxyſmum, ut æger omnino reſtituatur, neve morbus recrudeſcat, venæ ſectio reſpectu habito ad plenitudinem plurimum facit in plethoricis; cauteria in obeſis, brachiis, aut collo applicanda; in ſeroſis pillulæ Maſtich., vel de ſuccin. Craton. a ℈ ii. ad ʒ i. cum caſtor. pul. gr. vi. quolibet octavo, aut ſexto die propinandæ. Horum dierum intermedio decoctiones theiformes fol. chamæd. meliſ. bettonic. primulæ veris flor. anthos, additis gut. aliquot ſpirit. cor. cer. vel cran. human., vel præmiſſo pulveris viperini ℈ s. ſal. volat. ſuccin. corn. cerv. gr. iv. ex conſerva bettonic. vel primul. ver. eximiam operam præſtant.

XXVI. Uſus ſeri lactis deſtillati cum cichor. endiv. boragin. portulac., aq. nocerianæ, balnea aquæ dulcis, lac. aſininum in temperamentis fervidioribus bilioſis, ut ajunt, calidiſque locum habent.

XXVII. Victus ratio in paroxyſmo ſit tenuis, juſculis æger contentus ſit carn. pullor. vitul. quibus poſtea addantur vitella ovorum.

COM-

COMMENTARIA, ATQUE ANIMADVERSIONES IN APHORISMOS DE COGNOSCENDIS, & CURANDIS MORBIS

LIBER I.

CAPUT I.

I. A*Poplexia est subita &c.*] Qui Apoplexia corripiuntur quasi fulmine, aut sidere percussi in terram concidunt, hinc orta ejus denominatio: Apoplexia enim latine nihil aliud, quam percussionem significat. Sideratus etiam, & attonitus morbus dicitur, quod sensus externi, internique, motusque a voluntate pendentes abolentur. Ἀφωνίαν Hippocrates 4. de vict. ratione 6. & 7. aph. 58. appellavit, vel quod ægris Apoplexia detentis vox deficiat, vel quod sublatæ vocis nomine (quod græcum verbum ἀφωνία sonat) reliquæ operationes læsæ intelliguntur, ut plerique cum Galeno com. 5. lib. aph. & 51, 6, & 58, 7, 4. de victus rat. in acut. 23. sunt arbitrati.

Motuumque a voluntate pendentium privatio superstite interdum pulsu, & respiratione.] Duo motuum genera constitui a Medicis, quorum alter a voluntate dependet, alter sine voluntatis imperio propagatur, notum omnibus est, atque perspectum. Proprius hic est musculo cordis, vasis, & visceribus, quæ volentibus, nolentibusque Animalibus continuo moventur. Cum vero a motu cordis sanguinem in pulmones, & universum corpus proijcientis pulsus, a motu vero pulmonum, & musculorum thoracis elevationi, & depressioni inservientium respiratio dependeat, quæ functiones ad naturales motus spectant, adijcimus *superstite interdum pulsu, & respiratione*, quo magis appareat una cum motibus voluntariis minime cessare motus naturales, ideoque subito in terram casu hominibus vitam minime auferri. Sed hac de re plura inferius.

II. *Causa ejus proxima est impeditus spirituum Animalium a cerebro ad organa sensui, & motui destinata &c.*] Organa sensuum externorum, internorumque esse membranas, & nervos, ac tenuissima filamenta eosdem componentia, motuum vero nervos, & musculos variis fibris compositos, membranisque nerveis obductos debita tensione, elatere, tono gaudentes, omnes fere Medici uno ore concedunt. De modo autem, quo hæc peraguntur lis orta maxime illustris. (*a*) Sunt enim, qui nervos impervios, ac spiritus animales commentitios faciunt. Atque hi quidem in ea sunt opinione, ut credant motus in nervorum extremitates ab objecto externo inductos eodem motu, eodemque tempore secundum sui continuationem ferri ad cerebrum usque eo prorsus modo, quo motus unius chordæ extremo impressus alteri extremo eodem momento communi-

(*a*) *Gulielm. Harveus, ut colligere licet ex libro de Gen. Animal. exercit.* 71. *de calore innato.*
Melchior Friccius in Paradox. Paradox. 2.
Martinus Lister, Bidlous, Couuper. Vide Petrum Antonium Michelottum Dissert. de separat. in corpore animali, cap. 2.

municatur. Cerebro fic affecto varias ideas, ac perceptiones pro vario tremore excitato exoriri. Dum immediate afficiuntur nervi in cerebro, nullum fpiritibus motum imprimi, nulloque modo eofdem concurrere ad fenfus internos perficiendos fuftinent, multo minus ad motum voluntarium, & naturalem.

Alii e contra, a quibus nos fumus, rem omnem referunt ad fubtiliffimum quoddam liquidum, quod in cerebro feparatur, ac per nervos eidem appenfos per univerfum corpus quaquaverfum diffunditur. (*a*) Nullam fiquidem feu in nervis, feu tunicarum nervos involventium filamentis tenfionem, tonum, vim effe poffe putant, nifi debita liquidi illius, feu fpirituum copia vigorentur. A cerebro autem feparari fi non vera, quænam autem ejufcemodi? verofimillima faltem ratione evincunt. Quæ quidem defumitur primo a cineritia cerebri parte, quæ five glandulofa fit juxta Malpighium (*b*) five vafculofa juxta Ruyfchium (*c*) ad fluidi alicujus fecretionem comparata videtur. Fluidum autem iftud a cerebro in nervos influere a continuatione eorumdem cum cerebro deducitur. Quod vero iftud per nervos influens in partes omnes noftri corporis cum fenfui, tum motui inferviat, experimento confirmatur. Denudato enim nervo aliquo, digitoque compreffo motum, & fenfum illius partis, ad quam nervus ille tranfmittitur, definere, remoto vero digito, vel paulo poft nervi portione inter digitum prementem, & partem refolutam intercepta fic compreffa, ut fi quid fluidi in ea fubfiftit, calcar eidem addatur, & in partem exprimi valeat, redire rurfus haud injucundo fpectaculo deprehenfum eft. Ad hæc refponderi folet ab aliis: Si fluidum aliquod in nervis continetur, cur iifdem recifis nihil humoris effluit, cur nervo ligato nulla fupra vinculum intumefcentia fequitur? Qui tamen a noftris adeo præclare refutantur, ut & falfa eos fentire, & ignorare prorfus, quæ fcitu neceffaria funt, luce clarius appareat. Fluidum enim, quod a cerebro fecernitur, & per nervos in partes omnes noftri corporis tranfmittitur tantæ tenuitatis eft, ut momento fere temporis alio divertere poffit, ad vicinas nempe nervorum propagines (communicare enim inter fe nervos, non minus, ac cetera vafa putat Boerhaavius;) vel per membranarum poros labi, vel faltem in minimum volumen redigi nulla interea in loco, in quo continetur, vi illata. Arguit eamdem incredibilis vafculorum, quibus corticalis cerebri fubftantia contexta eft, tenuitas, ut nulla manifefta cavitate prædita videantur, arguit experimentum, quo compertum eft, lympham in cerebro diffecto repertam igni appofitam citiffime totam exhalare, neque concrefcere, quod fane magnæ in illa, multo magis in fluido nerveo, quod multo fubtilius eft, tenuitatis indicium eft. Alia rationum momenta, quibus evinci poteft fpiritus in nervis contineri clare exponuntur a Cl. Heiftero (compend. anat. Neurologia 301.) Legi propterea eadem ex fonte malumus, quam hic referri. Modo quærendum reftat, qua potiffimum ratione motus partium, ac fenfus peragantur, ut proximam Apoplexiæ caufam facilius affequamur. Putant nonnulli impreffas animæ voluntate cerebro motiones ad partes, organis vero fenfuum ad fenforium commune, nempe cerebrum traduci per nerveas fibrillas ab eodem in organa motuum, ac fenfuum exporrectas tunicis, feu tubis meningum, intra quæ fibrillæ illæ continentur fpiritibus diftentis, ut iis veluti innatantes nerveæ fibrillæ fufceptos motus facilius deferant ab una in alteram extremitatem, atque ita præpediatur, ne invicem iifdem compreffis motus langui-

di

(*a*) *Vide Willifium de Cerebri Anatome cap. 19. & Raymundum Vieuffenium in Neurographia Univerfali lib. 3. de nervis cap. 1.*

(*b*) *Exercit. Anat. de cortice Cerebri, & de ftructura glandularum Epift. R. Societati Londinenfi miffa.*

(*c*) *In Prodrom. thef. Anat. 6. & in thefauro Anatom. 10.*

di fiant, atque fenfationes debiles, aut confufæ. Ab hifce tamen tam nos diffentimus, quam ii diffentiunt a veritate. Nervi enim non rigidi funt, fed laxi, ac flexiles, variifque in locis nodos conftituunt infignes, & quafi cartilagineos, unde motus uni nervorum extremitati impreffus in alteram extremitatem difpergi non facile poteft. Quare ftatuimus fieri hæc mediante fpirituum animalium influxu, & eorumdem receffu quodam, dum nempe nervorum extrema ab objectis fenfibilibus excitata motionem fpiritibus ibi præfentibus, & in univerfo nervi ductu fimili modo communicant, atque ita & fpiritus illi fibi vicinos, immo connexos, & continuatos momento fere temporis concutiunt a cerebro ad partes, a partibus ad cerebrum, cujus deinde motus occafione certa in mufculis adjuvante liquidi arteriofi influxu, & naturali fibrarum difpofitione ad fe contrahendum tenfio, in cerebro certæ ideæ, ac perceptiones proficifcuntur. Nec mirum videatur motum fpirituum ad partes non interrumpi ab alio qui fenfui infervit. Phænomenon explicat luculentiffime Anatomicorum facile princeps Jo. Baptifta Morgagnius exemplo præclariffimo *in radiis in primis ipfius lucis, qui ut diverfis contrariifque motibus fefe interfecent, non tamen propterea fuum quifque iter non fervant* (Ad. 2. an. 8.) Quæ cum ita fint, Apoplexiam non ad aliam caufam, quam ad impeditum fpirituum animalium a cerebro ad organa fenfui & motui dicata, & ab his ad cerebrum excurfum referendam effe manifeftius quidem eft, quam ut ullis rationibus poffit comprobari; quæ fere Hippocratis, Galeni, Sennerti, & Recentiorum fere omnium opinio fuit.

Ob vitium in cerebro.] Qua ratione Apoplexia differat a Paralyfi dubitatur. Sunt enim qui putant differre Apoplexiam a Paralyfi, quod in Apoplexia amittatur motus, & fenfus corporis totius, in Paralyfi vero particularium partium, dimidiæ fcilicet partis dexteræ, vel finiftræ, vel plurium membrorum, vel unius tantum membri. Eam opinionem ftrenue defenduut Cælius Aurelianus, Aretæus, Trallianus, & Galenus ipfe *de differ. fympt. cap.* 3. Alii e contra exiftimant cum Hippocrate *lib. de morb. facr. fect.* 3. *in coac. fect.* 3. *num.* 27. & *Epidem. lib.* 7. *fect.* 1. *num.* 27. Apoplexiam a Paralyfi differre, quod in Apoplexia amittatur motus, & fenfus totius corporis, vel partium particularium ob vitium quod eft in cerebro, in paralyfi vero ob vitium extra cerebrum. Cum his autem pugnare nolumus. Et fane nec obfervationibus, & experimentis, nec rationibus ab iifdem ductis deftituuntur. Primum enim compertum eft obfervationibus tum ipfius Hippocratis, tum Aretæi, Cælii Aureliani, aliorumque in Apoplexia lædi principes animæ operationes. Nulla autem ratione lædi poffe principes animæ operationes, nifi cerebrum, quod omnium fere faniorum Philofophorum confenfu animæ fedes ftatuitur, afficiatur, manifeftiffima res eft. Quod cum in paralyfi minime contingat, luce clarius apparet, ejufdem fedem extra cerebrum ftatuendam effe. Huc accedit ob contufionem infignem capitis refolvi quandoque inferiores partes, & quidem oppofitas parti cerebri affectæ. Idque Veteres, ac Recentiores fere omnes concedunt. E contra in paralyfi eamdem partem refolvi videmus, cui vitium inhæret, indicio manifeftiffimo non fecretionem fpirituum in cerebro impediri, fed eorumdem fecretorum jam derivationem in partes, ob nervorum obftructionem, compreffionem, vel læfam ftructuram prohiberi. Sed plura alibi dicemus. Hæc potiffimum, atque alia ejufcemodi protenfo quafi digito commonftrant, non aliunde petendum effe difcrimen quod intercedit inter Apoplexiam, & Paralyfim, quam ex eo quod in illa cerebrum afficitur, in hac partes infra cerebrum.

III. *Cum vafa fanguifera perpetuo, perennique motu non deferunt fanguinem ad glandulas, ductus, atque emiffaria cerebri &c.*] Ob defectum fpirituum animalium

lium oriri Apoplexiam opinantur nonnulli. Quam quidem opinionem id maxime fulcit, quod deficientibus ſpiritibus animalibus, eorumdem a cerebro in partes influxus haberi nequeat, neque a partibus in cerebrum excurſus, unde motus, ac ſenſus aboleri contingit, atque Animal Apoplecticum fieri. Verum cum animadverterim revera Animal Apoplexia corripi, cum amiſſo motu, & ſenſu, improviſo quaſi fulmine ictum in terram concidit, nihil ſane inveni, cur Apoplexia ad hanc cauſam referri ſatis apte poſſet. Cum ſpiritus ſenſim ſenſimque deficiant, Animal neque improviſo in terram cadere, nec motu ſenſuque privari poſſe, ſed langueſcentibus omnino viribus, paulatim animo delinquere, ac tabe potius conſumptum interire, haud equidem intutum crediderim pronuntiare. Atque hanc philoſophandi rationem multæ confirmant obſervationes Sennerti, Cælii Aureliani, & Fernelii, quibus compertum eſt in Apoplexia ſuperſtites eſſe naturales motus, eoſque validiores, vehementioreſque; ut ſilentio illud prætercam robuſtos, atque in perfectiſſimæ valetudinis ſtatu conſtitutos homines Apoplexiam invadere, quæ quidem perbelle evincunt Apoplexiam a defectu ſpirituum animalium oriri non poſſe. Quibus ſic conſtitutis licet colligere liberum ſpirituum animalium a cerebro ad partes, a partibus ad cerebrum excurſum præpediri, vel vitio tantum vaſorum ſanguiferorum, ne perpetuo, perennique motu deferant ſanguinem ad glandulas, ductus, atque emiſſaria cerebri, vel vero vitio glandularum, ne perpetuo ſpiritus percolent in nervos, quæ primum poſt proximam cauſam tenent locum. Ad cujus rei ſtatum melius intelligendum illud notandum eſt, ſecretiones humorum rite tunc peragi, cum ſanguis, qui materia eſt proxima omnium humorum, qui ſecernendi ſunt, juſta quantitate ad glandulas, ſeu organa ſecretioni dicata appellit, deinde glandulæ, atque organa eadem ſatis patula ſunt, atque aperta, eaque ratione conſtituta, qua opus eſt ad peculiarem humorem e ſanguine diverſum percolandum. Si itaque in vaſis ſanguiferis certum ſit impedimentum, quominus ſanguis, qui materia eſt proxima ſpirituum, ad glandulas deferatur, vel in iiſdem glandulis, quominus eorumdem percolatio, ac derivatio in nervos habeatur, intercipi debere ſpirituum Animalium a cerebro in partes, a partibus in cerebrum excurſum maniſeſtiſſima res eſt.

IV. *Huc ſpectant Carotidum, & vertebralium compreſſio &c.*] Inter impedimenta vaſorum ſanguiferorum, ne perpetuo, perennique motu deferant ſanguinem ad glandulas, ductus, atque emiſſaria cerebri, recenſetur primo compreſſio carotidum, ac vertebralium. Id quod experimento etiam confirmatur Cl. Louveri in canibus, quos vinculo eorumdem carotidibus injecto ſomnolentos primum, & ſuſpirioſos reddi obſervat, ac tandem concidere. Vinculo enim carotidibus injecto liber ſanguinis ad glandulas cerebri motus, atque ſpirituum, quorum parens ſanguis eſt, ſecretio inhibetur, unde ſomnus primum, deinde partium reſolutio.

Diſruptio] Non quorumcumque vaſorum diſruptio Apoplexiam progignere valet, ſed ſolum inſignium, e quibus propterea momento fere temporis ſanguis magna quantitate educitur, unde ad glandulas, ductus, atque emiſſaria cerebri ea portio ejuſdem non appellat, quæ ad ſpirituum animalium ſecretionem ſufficiat. Hinc ſi Carotides, puta magno vulnere, aut aneuryſmate diſrumpantur, cum per eaſdem tota ſanguinis pars ad cerebrum trajiciatur, quæ neceſſaria eſt ad ſpirituum animalium ſecretionem; (tanta autem eſt, ut juxta ſupputationem Cl. Malpighii tertiam fere maſſæ ſanguineæ partem conſtituat) nil mirum ſi ſpirituum ſecretionem prohiberi contingat, atque Animal Apoplecticum cadere.

Earumdem, ac venarum jugularium, & ſinuum cerebri obſtructio] Frequentiſſima ſi quæ alia cauſa eſt arterioſorum ductuum obſtructio, ſive a materia aliqua con-

creta

creta e. g. polypo, grumis ſanguinis, ſive a tenaci ac difficili humore eiſdem impacto, aut ſimili cauſa eadem naſcatur. Cl. Williſius lib. de an. brutor. loquens de Apoplexia, cum ſedulo perpenderit Carotides, ac vertebrales multiplici oſculatione ſe invicem conjungere, ac communicare inter ſe, in eam venit opinionem ut crederet, obſtructo uno, aut altero earumdem ramo, eam cruoris copiam, quæ ad ſpirituum ſecretionem neceſſaria eſt per ramos non obſtructos ad cerebrum, ejuſdemque glandulas appellere, ideoque ex obſtructione carotidum, ac vertebralium Apoplexiam nunquam exoriri. Verum ſi rem ſedulo pro ingenii modulo ad examen revocemus, quidni liceat conjectare ſanguinem craſſum, viſcidum, ac lentum eo uſque cogi, ac condenſari poſſe, ut ramos omnes carotidum, ac vertebralium obſtruat, atque impedimento ſit, quominus neceſſaria ad ſenſum, & motum ſpirituum ſecretio habeatur, unde Apoplexia? Quod non dicerem, niſi obſervationes idem plane evincerent. Quid quod in pleriſque Apoplecticis poſt mortem nihil aliud præter carotidum, vertebralium, ac reliquorum vaſorum ſanguinem ad cerebrum deferentium obſtructionem a polypo, aneuriſmate, grumis ſanguinis, & ſimilibus cauſis deprehendere licuit? V. Malpighius unus inſtar omnium tract. de cerebro, & polypo cordis, ut Bonetum, Wepfferum, alioſque mittam. Paulo obſcurior res videtur de venarum jugularium, & ſinuum cerebri obſtructione; quomodo ſcilicet impedimento eſſe poſſit, ne ſanguis, qui materia eſt proxima ſpirituum ad glandulas, ac ductus cerebri appellat, unde eorumdem ſecretio præpediatur. Si tamen illud animadvertas, obſtructis jugularibus, ac ſinubus cerebri prohiberi receſſum ſanguinis, qui reliquus eſt a ſecretione ſpirituum jam facta; acceſſum vero novi affluentis ſanguinis, a quo ſpiritus ſecernendi ſunt, quid eſt tandem, cur ab hac cauſa Apoplexiam oriri poſſe neges? Omnia hæc paucis complecti viſus eſt Hippocrates 4. de vict. rat. in acut., ubi ait: *Cum quis repente obmuteſcit* (ideſt apoplexia corripitur) *id venarum interceptiones, occluſioneſque faciunt*. Quod etiam confirmat lib. 2. de morb. Hac de re plura apud Rolfinkium diſſert. anatom. lib. 6. cap. 5., apud Fernelium 2. de abditis rer. cauſ. c. 15.

Huc compreſſio, diſruptio, obſtructio glandularum.] Jam ventum eſt ad vitia glandularum, quas multo facilius comprimi, diſrumpi, atque obſtrui facit potiſſimum, quod multo mollior, quam vaſorum ſanguiferorum ſit earumdem textura; nec non meatus, ac ductus adeo anguſti, ut vix ac ne vix quidem oculis exquiſitiſſimo microſcopio armatis apparere intuenti poſſint. Ex quibus liquido conſtat, levi quacumque de cauſa comprimi, aut alia ratione affici poſſe qua opus eſt, ut ſpiritibus in nervos percolandis, derivandiſque ineptæ reddantur, unde Apoplexia.

V. *Glandulæ porro comprimuntur a ſanguinis plethora, vel vera, vel apparente.*] Compreſſio glandularum duobus modis contingere poteſt, a cauſis nempe intra vaſa cerebri exiſtentibus, vel extra. Si primum, frequentiſſima eſt cauſa ſanguinis plethora, quam duplicem faciunt Medici, veram ſcilicet, & apparentem: illam quidem, quotieſcumque materia, & moles ſanguinis augetur, hanc, quotieſcumque materia non aucta augetur tantum ejus moles, hoc eſt ſanguis nimis rareſcit, & expanditur. Alterutrum horum, aut utrumque contingat, cum moles ſanguinis cum vaſis continentibus comparata nimis magnam cum illis rationem habeat, diſtendi præter modum contingit, diſtentione vero ſubjectas glandulas comprimi, & ſpirituum animalium percolationem in nervos impediri.

Ejuſdem motu nimis veloci in cerebrum.] Haud infrequens eſt, ut æquabilis, & ordinata ſanguinis circulatio per vaſa corporis perturbetur, & ſanguis in hanc potius, quam illam partem influat, & uberius, & velocius. Si in pectus, ac

ac pulmones, ſpiritus difficultatem atque anguſtiam parit; ſi in cerebrum, dolorem capitis, ruborem faciei, & oculorum, aliaque id genus ſymptomata. Quod ſi ſanguis pleniore flumine, & inſigni velocitate irruens totus eodem momento temporis a minimis arteriolis in venulas libera circulatione traijci non poſſit, turgere vaſa ea ratione tandem debere qua opus eſt ad glandulas ibi ſubjectas comprimendas, ac ſpirituum ſeparationem prohibendam adeo manifeſtum eſt, ut probatione nullatenus indigere poſſe putem.

A ſero, lympha, ſanguine, pure intra ejuſdem cavitates, & ſinus effuſis.] Si compreſſio glandularum a cauſis extra vaſa contingat, deberi potiſſimum ſero, lymphæ, ſanguini, puri intra cavitates, & ſinus effuſis cum multæ, ac frequentes, tum certæ, ac conſtantes obſervationes evincunt. Sic Bartholinus *hiſtor. anat. c. 2. obſ. 60.* In cadavere apoplectici omnes ventriculos concreto ſanguine turgidos, ut ne guttam amplius exciperent, vidiſſe teſtatus eſt. Totam cerebri baſim cruore obductam memorat Bonetus in Sepulchr. lib. 1. ſect. 2. obſ. 12. Inſignis ſanguinis extravaſatio in cerebro facta extat apud Fernelium de abd. r. cauſ. & Tulpium obſ. 13. Eaſdem obſervationes habet Williſius lib. de an. brut. cap. 9. Warthonus in adenograph. cap. 2. præter illas, quæ deſcribuntur in M. N. C. Dec. 3. an. 1. obſ. 154., quas brevitatis gratia prætermittere libuit. Quid plura? Wepfferus, qui unus inſtar omnium ſolertiſſime malum hoc inquiſivit, fere ſemper extravaſatum ſanguinem ex plexu choroide prodeuntem reperiſſe teſtatus eſt. Plurimum aquæ in apoplecticorum cadaveribus intra caput inventum fuiſſe, & ejuſdem Tulpii, & Henrici ab Heer, aliorumque obſervationes in M. N. C. Dec. 2. an. 10. obſ. 161. teſtantur.

A tumore, ulcere, polypo, aneuryſmate intra ipſum factis.] Frequentiſſimam Apoplexiæ cauſam ad tumores in cerebro genitos, aneuryſmata, polypos, & his ſimilia vitia referendam eſſe nemo unus negaverit, qui adjerit Cl. Lanciſium in tractatu illo nobili de ſubitaneis mortibus, & Malpighium loc. cit. & Harderum obſ. 34. alioſque graves Autores, qui ejuſcemodi vitia in plerîſque cadaveribus Apoplecticorum deprehendiſſe teſtati ſunt.

A cranii fracturis, percuſſionibus.] Quamvis cranii fracturæ, ac percuſſiones eæ quandoque non ſint, ut valeant comprimere glandulas ac ductus cerebri, unde ſpirituûm motus a cerebro in partes, a partibus in cerebrum intercipiatur, magni tamen ſemper faciendæ ſunt. Neglectis ſiquidem ſtagnationes humorum, congeſtioneſque facile ſubſequuntur, quæ progreſſu temporis in abſceſſum degenerant Apoplexiæ anſam daturum. Cujus rei locupletiſſimum teſtem habemus Thomam Bartholinum de Angina Epid. exercit. 3. affirmantem ex levi capitis contuſione neglectis per imprudentiam remediorum præſidiis primo pedum brachiorumque paralyſim in nobili quodam viro obortam, mox maturo inde fato eumdem ceſſiſſe. In elevati vero cerebri ſyſtemate nullum alicujus momenti vitium præter abſceſſum in oppoſito latere enatum comparuiſſe. Quid quod percuſſorum exempla non deſunt a Cardano, Schenkioque relata ſine cerebri interioris offenſa a ſolo concuſſu exitioſa? Nempe violentiori motu turbari ſpiritus contingit, ac conſtringi, qui niſi mora tridui ad ſe locumque redierint, de Apoplexia conclamatum, ut Hippocrates tacite expreſſiſſe perhibetur. An ita res habeat dubitant alii. Quæſtionem pertractavit Bartholinus loc. cit. quo lectorem amandamus.

A tumore, polypo, aneuryſmate extra ipſum genitis, ſero, ſanguine, pure inter meninges, & cranium effuſis.] Comprimi etiam poſſunt glandulæ a cauſis extra cerebrum exiſtentibus, atque hinc eſt in Apoplecticorum cadaveribus polypos, aneuryſmata, ſerum, ſanguinem inter Meninges, & cranium effuſum, & concretum inveniri. Verum hoc loco animadvertendum eſt ſeri extravaſationem

nem non raro quidem effe Apoplexiæ caufam, quandoque vero effectum ejus caufæ quæ Apoplexiam excitavit. Fateri quidem licet in hominibus valde plethoricis vafa fanguifera facile difrumpi, & fanguinem tanta vi, atque impetu erumpere, ut glandulas non folum comprimat, fed etiam difrumpat. Idem de vafis lymphaticis, fi feri copia turgeant, dictum velim. Quid tamen quod fanguinis, ac ductuum lymphaticorum difruptio, ac propterea fanguinis, ac lymphæ extravafatio effectus effe poffit convulfionis infignis meningum, qua retardata fluidorum libera per vafa capitis circulatione, eadem majorem in modum diftendantur, difrumpanturque, unde fanguis, vel ejus ferum effundatur.

Earundem convulfione] Convulfio Meningum licet frequentiffima Apoplexiæ caufa fit, a paucis tamen adnotata eft. Facit in hanc rem experimentum Cl. Valfalvæ de aur. human.) a præftantiffimo Morgagnio confirmatum (Adverf. Anat. 2. p. m. 70.) Cum enim nervos cordis ad jugulum ligaffet, ac ftatim vinculum folviffet, canis tamen intra paucos dies perinde mortuus eft, ac fi nervi amputati fuiffent. Mirum in nervo diligenti inquifitione facta læfionem comparuiffe nullam. Qui fpiritus animales in partes per nervos influere putant, rem paucis abfolvunt. Ad credendum enim adducuntur vinculo minimorum nerveorum tubulorum, quorum finguli a pia matre, atque aracnoidæa tunica involvuntur, univerfi vero a dura Meninge mirabili prorfus artificio arcte fimul uniuntur, & quafi in fafciculum colligantur, ftructuram ita labefactari, ut fenfim, fenfimque languefcat fpirituum animalium excurfus, tandem omnino ceffet, unde canis pereat neceffum eft. Ex his colligunt Meningum convulfione glandularum cerebri, nervorumque minimos poros adeo conftringi, ut fpiritibus animalibus fecernendis, derivandifque impares evadant, unde Apoplexia. Cum nimirum vehementer convelluntur, crifpanturque membranæ cerebri (præfertim dura Meninx, quæ, fi fides habenda fit Pachiono de novo Meningum ufu, atque ftructura, confervandis, moderandifque motibus machinæ Animalis comparata eft) ubi e foraminibus cranii exeuntes nervos obducere, eifque qua fieri poteft vim, ac robur addere incipiunt, nerveorum vafculorum orificia coarctant, eorumque ftructuram lædunt, perinde ac vinculum nervo canis injectum. Quid fi a forti meningum convulfione tota medullaris cerebri fubftantia comprimatur? Glandulas nimirum fpiritibus in nervos percolandis, derivandifque ineptas fieri, atque hinc Apoplexiam fubfequi adeo manifefta res eft, ut manifeftior fit nulla. Atque hinc liquido conftat, cur in plerifque cadaveribus Apoplexia interemptis nullum adnotante Cl. Vallifnerio vitium neque in Meningibus, neque in corticali, & medullari cerebri fubftantia, neque in ventriculis, vafis fanguiferis, ac lymphaticis obfervari queat. Cum enim morbi caufa vel in glandularum tantum, nervorumque læfa ftructura a vehementi convulfione lateat, nulla ne vel lynceo quidem oculo læfio cerni poteft, quemadmodum in nervo extincti canis viri præftantiffimi Valfalva, & Morgagnius cit. loco vidiffe nullum teftati funt.

Difrumpuntur a vulnere cerebrum penetrante, forti ictu. Obftruuntur a materia craffa, vifcida, & lenta.] De difruptione glandularum a vulnere cerebrum penetrante &c. nihil dicendum fuppetit, cum res fit luce clarior. Obftructionem vero quod attinet adnotatione digna eft obfervatio quam refert doctiffimus Petrus Paulus Molinellus in comment. A. B. p. 139. Diffecto enim cadavere cujufdam hominis, quem vehemens Apoplexia oppreflerat, exiguis corpufculis fere ut grana millii funt, & figuræ ovalis univerfam piam Meningem, qua præfertim in fulcos cerebri altius penetrat adfperfam & plenam materiæ difficilis, & lentæ, & fere flavefcentis, in eifque fanguifera vafcula exiliffima terminari vidiffe fe, teftatus eft. Quibus fic conftitutis licet colligere ab obftructione glandu-

dularum cerebri (glandulas autem fuiffe illas, nemo unus qui Malpighianus, inficiabitur) fpirituum fecretionem, ac derivationem in nervos præpediente mortuum fuiffe.

VI. *Atque hinc liquet cur Senes.*] In feneĉtute notat Bacco de Verulamio hift. vit. & mort. calorem innatum, atque humidum radicale confumi. Res eodem fere recidit, fi dicas languefcere folidarum partium elaterem, fluidarum vero volatilizationem, vafa minima, quæ contexta majorum membranas efficiunt, exfucca reddi, fanguinis, reliquorumque fuccorum liberam circulationem prohiberi, partes tabefcere, functiones fere omnes humani corporis perverti, unde innumeri morbi præfto funt. Et fane humanum corpus machina eft in certa quadam fibrarum, tubulorum, veficularum, folliculorum, vectium, cribrorum, valvarum, & fimilium machinularum difpofitione, & liquidorum per folidorum fibras, ac tubulos excurfu admirabili quadam lege in fe mutuo agentibus confiftens. Si igitur alterutrum horum deficiat, aut plurimum faltem languefcat, in pulmonibus puta infarctus, in renibus calculi, in cerebro tumores, polypi, aliaque in aliis vifceribus vitia, & ex his plurimæ fenum ægritudines proficifcuntur, dyfpnæa fcilicet cum catharro, nephritis, vertigo, Apoplexia, aliæque ejufmodi, quas integro aphorifmo 31. fect. 3. fufe commemorat Hippocrates, quem Cl. Andreas Ellingerus Medicinæ in Jenenfi Academia Profeffor in paraphr. aphorifm. poet. numeris latinis reddidit, unde de fenibus dici jure meritoque poteft, quod Juvenalis Satyra 10.

Circumfilit agmine facto
Morborum genus omne; quorum fi nomina quæras,
Promptius expediam, quot amaverit Hippia mœchos
Quot Themifon ægros autumno occiderit uno.

Qui plethorici funt, qui affectionibus convulfivis obnoxii.] Qui nimia fanguinis copia abundant facile iifdem vaforum difruptiones contingunt, quæ fi ampliora fuerint, ac fanguinem ad glandulas, ductus, atque emiffaria cerebri deferant pro fpirituum feparatione, manifeftum eft, e difruptis vafis erumpente fanguine, neque juftam ejufdem quantitatem ad glandulas appellere, nec fpiritus fecerni poffe ad fenfum, & motum neceffarios. Quod fi vafa proprie ad cerebrum fpectent, e vafis erumpens fanguis glandulas comprimit, hinc fpirituum animalium interceptio, hinc Apoplexia. In convulfionibus diuturnis, ac pertinacibus cerebri, ejufque glandularum ftructura facile pervertitur, atque fpiritibus fecernendis impares evadunt; immo paroxyfmus interdum adeo vehemens eft, ut occludantur omnino ductus glandularum earumdem, atque ægri qui prius diris, horrendifque corporis concuffionibus premebantur, in profundum fomnum inopinate labantur, a quo poftea excitari nulla arte queant.

Qui collo lato, & brevi donantur.] Dum fanguis velocius, & uberius, quam par eft in cerebrum defertur comprimi glandulas, & vafa fanguifera non raro difrumpi fupra oftendimus. Velociori, atque uberiori fanguinis motui in cerebrum plurimum tribuit amplitudo, atque brevitas arteriarum carotidum, ac vertebralium. Per ampliores enim canales multum fanguinis effundi nemo eft qui non videat: fi breviores fint carotides, ac vertebrales, fanguinem majori vi, atque impetu trudi a corde in cerebrum nota res eft. Liquet propterea cur ii, qui collo lato, ac brevi donantur, in Apoplexiam labantur; illis fiquidem carotidum, ac vertebralium diameter capacior adeft, atque minor earumdem longitudo. Brevitas efficit, ne curvæ fint quemadmodum naturæ ordo poftulat. Quo loco filentio prætereundum non eft, quod docet Cl. Willifius anat. cerebr. cap. 8. Carotides arterias antequam cerebrum attingant curvaturam ad inftar litteræ SS efficere provido naturæ confilio, ne fanguis vi atque impetu majori, quam

par

par eſt in cerebrum deferretur. Ex mechanicis quippe conſtat: *ſi corpus data vi in impedimentum aliquod feratur; ictus magnitudinem eſſe, ut ſinus anguli incidentiæ*, ita ut ictus magnitudo major cenſenda ſit quo magis incurvatur canalis, idque in ratione ſinus anguli incidentiæ. Cum vero major ſit ictus magnitudo, tanto magis de motu ſuo deperdat neceſſe eſt, cum alterum illud invaluerit: *in percutientibus corporibus, ictuum magnitudinem motui deperdito proportionalem eſſe*. Quibus ſic conſtitutis licet colligere curvaturam carotidum, ac vertebralium plurimum facere ad velocem nimis validumque ſanguinis motum in caput imminuendum, propterea minus curvis iiſdem exiſtentibus eos morbos præſto eſſe, qui a nimis veloci ſanguinis motu proficiſcuntur, inter hos haud infrequenter Apoplexiam.

Qui tumoribus imi, vel medii ventris prope truncum arteriæ Aortæ deſcendentem &c.] Notum eſt ex hydroſtaticis legibus, obſtructis aliquibus ramis fluminis, quod in plures diviſum ſit, fluidum majore vi, copia, & velocitate in non obſtructos moveri. Obicem enim offendens ramorum, qui ſunt obſtructi majorem vim in non obſtructos exercet, & pleniori flumine in eoſdem irruit. Rem ſi placet illuſtremus. Motus ſanguinis per vaſa inferiora cohibitus efficit, ut ſanguis majore copia, velocitate, atque impetu in ſuperiores feratur. Hinc ea omnia, quibus motus ſanguinis per inferiores partes cohibetur, ſanguinem celerius, uberius, ac majore impetu in cerebrum cogendo Apoplexiæ occaſionem præbere luce clarius apparet. In horum cenſu tumores medii, vel imi ventris inſignes veniunt, uteri geſtatio &c. Si enim de tumoribus ſermo ſit, comprimendo vaſa inſignia, præſertim vero truncum Aortæ deſcendentem motum ſanguinis per vaſa inferiora impediunt, atque in ſuperiores partes cogunt. Idem & de uteri geſtatione, & de hydrope dicendum.

Quibus ſuppreſſi ſunt improviſo menſes.] Nil frequentius accidit quam ut ſubſiſtentibus improviſo menſibus, libera ſanguinis per vaſa imi ventris circulatione præpedita ſanguis in ſuperiores partes cogatur, unde atroces funeſtique morbi ſubſequuntur, Apoplexia, Epilepſia, deliria, aliique ejuſmodi. V. Hippocrates lib. de virginum morbis §. 120. M. N. C. Dec. 1. an. 1. obſ. 85. acta Haffnienſia vol. 2. obſ. 78.

VII. *His accedunt motus corporis vehementiſſimi, ac præſertim in homine plethorico.*] Nemo ignorat in motibus corporis violentiſſimis ſanguinem magna velocitate moveri per univerſum corpus, ac magna vi trudi in caput, unde facies, & oculi rubent, tument, dolor capitis, aliaque ejuſmodi ſymptomata ſuperveniunt. Aucto ſanguinis motu ſulphureas, ſubtilioreſque ejuſdem particulas atteri majorem in modum contingit, attenuari, exſolvi, hinc univerſam ſanguinis maſſam rareſcere atque expandi. Cum ergo plethoricus homo ſit, vaſa cerebri vel diſrumpi neceſſum eſt, vel ſubjectas glandulas comprimi, hinc ſpirituum animalium ſecretionem, ac derivationem præpediri, unde Apoplexia.

Immodica venus.] Qui apoplexiam a defectu ſpirituum animalium oriri putant, hi apoplexiam, quæ ſit a nimia venere præcipue in ſenibus, in ſcenam ducunt, eamdemque ad ſpirituoſarum partium diſpendium referunt. Verum cum ſupra oſtenderimus a defectu ſpirituum animalium oriri non poſſe apoplexiam, corruere illorum ſententiam luce clarius apparet. Apoplexia porro a nimia venere exoritur ob id potiſſimum, quod deficiente ſero roſcido ſpirituoſo, quo ſemen conſtat, debitum fibris robur addituro vires imminuuntur, ſolidæ partes ad humores impellendos, humores vero ad anguſtiſſimos meatus, ac ductus permeandos impares evadunt, unde vaſorum ſanguiferorum vel glandularum cerebri obſtructiones, aliaque ejuſmodi vitia ſubſequuntur, quæ neceſſariam ſpirituum animalium ſecretionem, derivationemque valent inhibere. Quam apte

Hip-

Hippocrates lib. 2. prædict. *Uxore, inquit, semel usus & acrior fuerit, & magis expeditus. At si sæpius venerem exercuerit, durior evadet cum quodam squalore, corpusque decoloratius erit, & majore lassitudine tentatum.* Et Celsus lib. 1. cap. 1. *Concubitus neque nimis concupiscendus, neque nimis pertimescendus est. Rarus corpus excitat, frequens solvit. Moderata igitur Venus corpus agilius, & se ipso levius reddit, ut immoderata depravat, pigrum, languidum, & effœtum efficit, vires, roburque exsolvit &c.* Quid quod corpora quæ minus sana, ac vegeta sunt, etiamsi moderate Venere utantur, necessario robore facile defraudantur?

Quare interrogatus Pythagoras quando celebrandus esset concubitus? Sapienter respondit: *Tunc quando te ipso vis infirmior fieri;* teste Laertio in vit. Pythag.

Atque hinc fortasse est quod Apoplexia nostra hac ætate adeo frequens sit morbus, qua immaturus fæminarum complexus in deliciis est, ut vix, ac ne vix quidem pueri esse desinant, qui non gerant *prælia conjugibus loquenda*, ut canit poeta.

Vini, & rerum acidarum, spirituum fermentatione confectorum abusus.] Vinum quamvis lene, & molle sit, acidas semper tartareasque continet particulas, ut experimentis Cl. Boerhavii, Frider. Hoffmanni, aliorumque compertum est. Sulphureæ autem partes in vino præsertim meraco, ac generoso abundant. Duplici ergo de causa vini abusus Apoplexiam progignere valet, nimirum sulphureis particulis sanguinem exagitando, ac rarefaciendo, unde glandulæ cerebri comprimuntur, deinde acidis tartareisque remanentibus, ipsum cogendo figendoque, unde difficillime per vasa cerebri moveri contingit, atque obstructionibus, tumoribus, aliisque ejuscemodi malis ansam præbere. Cum nonnulli viderint post assumptos liberaliter ardentes spiritus ruborem faciei, calorem, æstum oriri, vim, robur homines acquirere, in eam opinionem venerunt, ut crederent fundendi, solvendique vim eisdem inesse, hinc adversus morbos ex viscido, ac lento oriundos summis laudibus extollunt. Ast pessimo consilio. Siquidem licet, simul ac assumpti sunt, sanguinem attenuari, exsolvique evincere videantur effecta, quæ in iis observantur, qui ejuscemodi spiritus liberaliter hauriunt, post breve tamen tempus inspissari, & cogi censendum est; hi quippe spiritus salivam, albumen ovi, eductum e vena sanguinem, ejusque serum coagulare valent, ut multi præeunte Boyle in histor. natur. sanguin. demonstrarunt. Ratio ex dictis de vino satis liquet. Cum enim acidas particulas præter sulphureas contineant, attenuare quidem, atque exsolvere primum valent, deinde vero inspissare, sulphureis exhalantibus particulis, ac mirum in modum cogere. Huc accedit, quod salinæ istæ, ac sulphureæ partes summopere attenuatæ meatus, ac poros membranarum subeuntes, in iisdem facile subsistunt, & solidescunt, unde vasorum sanguiferorum fibræ ventriculi præsertim rigidæ fiunt, atque hæ quidem ferendis alimentis, illæ vero sanguinem fundendo terendoque ineptæ, hinc obstructiones vasorum sanguiferorum, & glandularum cerebri, hinc Apoplexia. Cl. Rolfinkius ord. & meth. medend. comment. sect. 3. cap. 89. meminit cujusdam quartana febre laborantis, qui ad eamdem profligandam vini spiritum ad ebrietatem usque ingurgitavit, brevi insequente convulsione, & inopinata morte. Plures historias eorum, qui abusu horum spirituum Apoplectici facti sunt videsis in Hoechstædtero Dec. 10. cap. 6. Wepffero tract. de cicut. aquat., Hollerio in com. sect. 5. aph. 5. Platero, aliisque.

Aer austrinus nimis calidus, pluviosus, humidus.] Lenis austri utilitates egregie tradidit Cl. Lancisius de nat. Rom. cæl. qual. cap. 4. ubi ait: *Hic siquidem ventus quemadmodum in frugibus arboribusque florum eruptionem aut austerorum fructuum maturitatem citissime promovet, ita nostris corporibus uberiore etiam transpiratione mire blanditur. Dulce enim sulphur, quod a Zona torrida cum*

auſtris defertur, *leniter ingeritur laxatque tam ſolida*, *quam fluida viventium machinas conſtituentia*. Uno autem omnium fere medicorum confenſu ſtatutum eſt auſtrum ventorum eſſe inſaluberrimum. Quod eo magis affirmare licet, quando ſtatus aeris auſtrini modum excedit, unde ſolidas noſtri corporis partes relaxari ea ratione contingit, qua ſanguis libera circulatione trajici non poſſit, qui propterea in vaſis conſiſtens ſecretionem ſpirituum, ac derivationem prohibere valet, ac funeſtos morbos procreare. Quam apte Hippocrates aphor. 5. ſect. 3. *Auſtri*, inquit, *auditum hebetant*, *illique graves ſunt*, *caliginoſi*, *&* *tenebroſi*, *nec non capitis gravitatem*, *ſegnitiem*, *ſeu lentitudinem*, *&* *corporis laxitatem afferunt*. Quod & lib. de humor. ſect. 2. confirmat, & Rhazes lib. 3. & Celſus lib. 2. cap. 1. ut nullus ſuperſit dubitandi locus. Quid porro ſi humidus, & pluvioſus fuerit auſter? Declaravit id ipſum Hippocrates aph. 16. ſect. 6. inquiens. *Morbi in pluviarum multitudine magna ex parte fiunt febres longæ* --------- *morbi comitiales*, *&* *attoniti*, *quas Apoplexias Græci vocant*. Quo loco minus mirari ſubit auſtrum vel apud poetas male audire. Plumbeum enim appellavit Horatius lib. 2. Satyr. 6.

Nec mala me ambitio perdit, *nec plumbeus auſter*.

Inſolatus, *vel contra aer nimis frigidus*, *&* *borealis*.] Plurima incommoda inſolatum ſequuntur, quæ non aliunde repetenda ſunt, quam ex eo quod ſolidæ capitis partes, quæ præ cæteris externis injuriis ſunt expoſitæ, rigeſcant, indurenturque, fluidæ vero aſſeentur, hinc in vaſis facile ſubſiſtunt, obſtructiones eorumdem, ac glandularum cerebri progignunt, ſpirituum ſecretionem, derivationemque prohibentes, unde Apoplexiæ ſimileſve ægritudines proficiſcuntur. Si de aere nimis frigido, & boreali ſermo ſit, non alia de cauſa Apoplexiæ producendæ opportunus exiſtit, niſi quod poros, ac meatus materiæ perſpirabilis majorem in modum conſtringit, atque coarctat, ſolidas partes rigidiores efficit, fluidas vero condenſat, cogit, atque ad libere fluendum ineptas reddit, unde obſtructiones vaſorum cerebri, vel glandularum facile ſubſequuntur. Id quod præclare demonſtravit Hippocrates 3. aphor. 23. cum inquit: *Hieme* (qua rigidos, frigidos, aſperoſque ventos maxime flare notum eſt) *morbi laterales* ------ *capitis dolores*, *vertigines*, *Apoplexiæ*.

Ob id potiſſimum, quod tales venti ſummopere cohibeant poros ſeminum, & comprimendo, & conſtringendo, unde vis plaſtica explicari minime poteſt, & vegetabilium nutritio, & augmentum haberi, ſterilitatem frugum perbelle deducit Bodinus theatr. nat. lib. 2.

Studia immoderata.] In ſtudiis immoderatis ſpirituoſarum ſanguinis partium diſpendium ſummum fieri contingit, ſolidas vero partes debito elatere, ac tono deſtitui, unde graviſſimi morbi haud raro præſto ſunt. Quam apte aſſiduus mentis labor ab Hippocrate *animi deambulatio* appellatur! Quemadmodum enim immodicis exercitationibus corporis ſingulæ & univerſæ partes infirmiores fiunt, atque inſigni laſſitudine tentantur, ita in violentis aſſiduiſque mentis laboribus, membranæ cerebri neceſſario debitoque robore facile deſtituuntur, unde humores huc appellentes facile hærere coguntur, propterea vel vaſorum ſanguiferorum, vel glandularum cerebri obſtructiones facile ſubſequuntur, quæ Apoplexiæ producendæ opportuniſſimæ exiſtunt.

Vehementes animi commotiones, *ira præſertim*, *improviſus timor in pueris*, *ingens ſtrepitus*.] In ira peculiares in cerebri fibras inducuntur motiones, quibus ſpiritus determinantur ad influendum in eos muſculos, quibus motus illi peraguntur, qui ad fugam cum objecto iram movente ſunt opportuni. Si vehemens fuerit ira, ſpiritus animales hac illac cæco impetu irruentes, totius corporis concuſſionem, tremoremque, cordis palpitationem, pulſus inæqualitatem progignunt.

Si

Si talis fuerit convulſio, ut ductus ac meatus ſecretioni, ac derivationi ſpirituum comparati occludantur, Apoplexiam ſupervenire neceſſe eſt. *Novi*, inquit Cl. Tozzi (prax. med. cap. de Apopl.) *lanionem quemdam, qui cum vellet quemdam adoriri, a quo fuerat injuria affectus, ab illo fruſto carnis ictus, ira ſimul, & timore commotus repente concidit, & mortuus eſt.*

Convulſiones fibrarum cerebri, ac meningum ab improviſo timore præſertim in puerili ætate apoplexiam progignere Aretæus teſtatus eſt. Plures ex ſolo vehementi terrore extinctos notavit Galenus lib. de cauſ. Symptomat. cap. 5. idemque confirmant M. N. C. Dec. 3. an. 9. & 10. obſ. 57. Bonetus in ſepulcret. Fortun. Fidelis de relat. medic. lib. 4. cap. 3. Raygerus obſ. med. 96., Bartholinus hiſtor. 76. cent. 4. Plinius lib. 7. hiſt. nat. cap. 3. 36., & Valerius Maximus, ut ſacras litteras mittam, ex quibus conſtat Heli Judæorum Pontificem, & Judicem nunciata Arcæ captione, filiorumque ipſius occiſione a Palæſtinæ hoſtibus illata, vehementi terrore perculſum illico expiraſſe. Apoplexiam ob ingentem ſonum, ac ſtrepitum exoriri obſervationibus Zacuti Luſitani aliorumque compertum eſt.

Inedia.] Singularis plane obſervatio eſt canes propter inediam Apoplecticos fieri. Si cerebrum mortui canis ſpectetur, mirum medullares cerebri fibras corroſas comparere; quod ſane corroſivam ſanguinis, ac ſpirituum diatheſim manifeſto evincit. Dignum etiam obſervatione eſt in animalibus, quæ fame perierunt, viſcera limpidiſſima ſanguine omnino vacua, vel in tam modica quantitate, ut pro nullo haberi poſſet, eoque carente omnino gelatinoſa illa parte, quæ in aliis apparet, reperiri. Haud igitur diſſentire a veritate is videatur, qui ad credendum adducatur, eos qui ob inediam pereunt non ob defectum ſpirituum perire, ſed ob fluidorum acrimoniam cerebrum, medullareſque ipſius fibras non ſolum convellentem, ſed exedentem plane, atque erodentem, unde convulſiones, quæ in Apoplexiam tandem degenerant.

VIII. *Apoplexia alia univerſalis eſt, alia particularis.*] Qui Apoplexiam a paralyſi differre volunt, quod in apoplexia amittatur motus, & ſenſus corporis totius, in paralyſi vero particularium partium, hi unam tantum apoplexiæ ſpeciem conſtituunt, in qua ſcilicet motus, & ſenſus totius corporis amittitur; ſenſus, & motus læſionem dimidiæ tantum partis corporis, vel plurium membrorum, vel unius tantum membri paralyſeos ſpeciebus accenſent. Cl. Pitcarnius (Element. medic. phyſ. math. cap. 3. ſect. 4.) ab his eſt, ac propterea Etmullerum carpit, ut qui rem minus diligenter ad examen revocans ſenſus, & motus læſionem particularium partium a paralyſi tamquam diverſa morbi genera diſtinxit. Cum ſupra demonſtratum ſit Apoplexiæ differentiam a paralyſi in hoc potiſſimum ſitam eſſe, quod Apoplexia naſcitur ob vitium, quod eſt in cerebro, paralyſis vero ob vitium extra cerebrum, Pitcarnii ſententiam, quidquid aliis videatur, nullatenus ſectari auſim. Quod ſi manifeſtum fiat vitio cerebri amitti poſſe motum, & ſenſum totius corporis, vel partium particularium, quid eſt tandem cur Apoplexiæ diviſio, quam præeunte Etmullero plerique tradunt, in univerſalem ſcilicet, & particularem, minime probetur, excipiaturque?

Totius in illa medullaris, & corticalis cerebri ſubſtantia afficitur, in hac unius tantum partis.] Corticalem, & medullarem cerebri ſubſtantiam affici cum dicimus, veram, ac genuinam apoplexiæ ſedem in alterutra, aut utraque ſimul ſtatuendam eſſe intelligimus, cum vero dicimus *totius cerebri*, ſedem apoplexiæ univerſalis tantum aſſignamus. Cum enim corticalis cerebri ſubſtantia ſpirituum ſecretioni deſtinata ſit, medullaris vero eorumdem in nervos derivationi: proxima autem apoplexiæ cauſa ſit impeditus ſpirituum animalium a cerebro ad organa ſenſus, & motus, & ab his ad cerebrum excurſus, apoplexiæ ſedem in

cor-

corticali, & medullari cerebri fubftantia ftatuendam effe manifeftum eft. Cum vero nulla in toto cerebro fiat fpirituum fecretio, atque in appenfos nervos derivatio, jam apoplexiæ fpeciem, in qua motus, & fenfus totius corporis ceffat, & univerfalem dicimus oriri debere, luce clarius apparet. Quod fi in aliqua cerebri parte non prohibeatur fpirituum animalium fecretio, ac derivatio, fed a parte quadam peculiari cerebri in certa quædam organa, & ab his ad eamdem liber detur excurfus, non univerfalem, fed particularem tantum oriri apoplexiam manifeftius quidem eft, quam ut ullis rationibus poffit comprobari. Ex his liquet quanti facienda fit Galeniftarum opinio qui ventriculos cerebri apoplexiæ fedem ftatuerunt, an illorum qui corticalem tantum, aut medullarem cerebri fubftantiam, aut corpus callofum, meninges, finus cerebri, & horum concurfum in certo quodam puncto, quod torcular Herophili dicitur, prætendunt firmo ftet talo, vel tamquam fictitium commentum fit prorfus rejicienda. Galeniftarum opinionem hodie in tanta philofophiæ dignitate ac fplendore ecquis fectari aufit? Qui corticalem tantum cerebri fubftantiam accufant, hi quidem explicant, quomodo deficiente fpirituum animalium fecretione ceffet earumdem in partes, & ab his ad cerebrum excurfus, ideoque fenfus, & motus pereat; fed verendum iis eft, ne fecreti fpiritus ob impedimenta in medullari cerebri fubftantia hærentia derivari in partes nequeant. E contra dicendum de iis, qui medullarem tantum cerebri fubftantiam fedem apoplexiæ conftituunt, fiquidem nullo eidem vitio inhærente ceffare poteft liber fpirituum a cerebro ad partes, ab his ad cerebrum excurfus, fi corticalis eifdem fecernendis impar fit. Si corpus callofum apoplexiæ fedes ftatuenda effet, oporteret fpirituum fecretioni, ac derivationi idem comparatum fuiffe, quod tamen nemo unus adhuc aufus eft pronuntiare. Cæteræ partes quæ in cerebro funt, vel deferunt fanguinem ad glandulas cerebri pro fpirituum feparatione, vel fecretis jam fpiritibus revehunt ad cor. Igitur apoplexiæ potius caufæ quatenus compreffæ, obftructæ, aut alio modo læfæ funt, quam fedes videntur. Si enim fecus res habeat, quid eft quæfo, cur & carotides, & vertebrales aliaque infignia vafa fanguinem ad cerebrum deferentia apoplexiæ fedem effe minime arbitremur?

Illa rurfus in levem, fortem, fortiffimam. In levi cerebrum tantum ftricte dictum afficitur, hinc pulfus &c.] A cerebro ftricte dicto originem mutuari nervos, a quibus proficifcitur motus voluntarius, a cerebello vero illos, a quibus dependet motus naturalis, cordis fcilicet, vifcerum refpirationi infervientium, arteriarum, vifcerumque fere omnium Willifius primus oftendit. Quod fi verum eft, nihil fere negotii faceffit explicatio fymptomatum, quæ cum in forti tum levi apoplexia obfervantur. In levi nimirum apoplexia pulfum in principio faltem naturali vehementiorem effe viri præftantiffimi Sennertus, Cælius Aurelianus, Fernelius aliique teftati funt. Pitcarnius e contra aliique naturali debiliorem. Verum hunc fefellit hæc ratio. Cum apoplexia non aliunde repetenda fit quam ab intercepto motu fpirituum animalium a cerebro ad partes, a partibus ad cerebrum, arduum, atque infolens explicatu ei vifum fuit, quomodo ceffante motu voluntario, fupereffe poffet cordis motus validior, & vehementior, quam fit in ftatu naturali. Itaque ad vehementer credendum adductus eft pulfum naturali debiliorem effe. Debiliorem porro faltem remanere, non omnino deficere, facere id potiffimum putat, quod ad movendum cor minima portione liquidi nervofi opus fit. Cor enim mufculum effe antagonifta carentem, ideoque minore copia fucci nervei opus effe ut moveatur, quam alii mufculi motui voluntario dicati arbitratur. Quare fi minima portio fucci ejufdem per nervos poffit elabi, at non fufficiens inflandis mufculorum fibris antagonifta gaudentium, contrahi tamen poffe cor antagonifta carens ftatuit. Ingeniofa quidem ardui problematis folutio: tamen

facile conjicio non defuturos, quibus hæc philofophandi ratio difpliceat. Licet enim a Pitcarnio fuerim cor carere mufculo antagonifta, haud tamen propterea concefferim carere viribus antagoniftis. Vires antagoniftas cordis effe venam cavam, venam pulmonalem, & aerem quem infpiramus, facile equidem judicaverim. Venam cavam, & venam pulmonalem magnam vim habere ad impellendum fanguinem in auriculas & ventriculos cordis manifeftum eft. Nimirum venas prope cor carneas effe, fere ut mufculi funt, & pulfum habere Anatomici paffim tradunt. Prius deficere motum cordis, quam venæ cavæ prope cor viri præftantiffimi Steno, & Lancifius fe vidiffe teftati funt. Quid de aere dicam? Nonne patet aerem & pondere, & vi elaftica pellere fanguinem a vena pulmonali in finiftram auriculam, & ventriculum cordis vi atque impetu fummo, eumdem attenuare, rarefacere, exfolvere? Hafce autem effe vires antagoniftas, æquiparantes vim antagoniftæ mufculi neminem crediderim futurum, qui inficias ire aufit. Quæ cum ita fint, licet colligere minimam portionem liquidi nervofi fatis effe non poffe ad cor movendum; ideoque aliunde repetendum effe, cur deficiente motu voluntario in apoplexia levi naturalis motus, cordis fcilicet, pulmonum, ac reliquorum vifcerum validior fuperfit, vel faltem naturali fimilis, quemadmodum Bellinus teftatus eft. Res igitur tota in hoc potiffimum fita videtur, quod in apoplexia levi cerebrum tantum afficitur, illæfo cerebello, ideoque animales fpiritus, qui fecernendi fuiffent pro motibus voluntariis, una cum fanguine ad cerebelli glandulas appellentes & uberius, & copiofius ex iifdem fecernuntur, atque in nervos ad cor, & partes refpirationi infervientes percolantur, hinc pulfus naturalis vehementior, refpiratio profunda, lenta, æqualis. Quod plane in fomno naturali contingit; in quo mufculos voluntariis motibus deftinatos collabi, & flaccefcere deprehendimus, cum motus cordis, & vaforum nobis dormientibus fiat fortior, lentior, æquabilior, refpiratio item eidem perfimilis. Quod vix, ac ne vix quidem explicaveris, nifi contendas fomni tempore folas cerebri fibras, non cerebelli laxari, fpirituumque animalium e cerebro, non cerebello, in partes excurfum præpediri. Quando majore quantitate fecerni debeant fpiritus paucis oftendam. Fac obftructos effe, vel compreffos ramos carotidum, ac vertebralium, qui ad glandulas cerebri fanguinem deferunt. Jam vides fanguinem per hofce ramos carotidum, aut vertebralium, vel penitus confiftere, vel fegniter moveri. Cum vero in hydraulicis canalibus fluidum in aliqua parte confiftens, vel fegniter motum caufæ fit cur in alia parte celerius illud, & velocius moveatur, illud fequitur, ut fanguis in ramis carotidum ac vertebralium vel confiftens vel fegniter motus anfam præbeat alteri parti fanguinis ad celerius, & velocius percurrendum per ramos qui fanguinem deferunt ad cerebellum & quod magis eft remanente in eadem copia fpirituum, qui cæteroquin fecerni debuiffent in cerebro. Cum igitur major fit fanguinis celeritas ad glandulas cerebelli, major fit fpirituum una cum fanguine ad eafdem appulfus, majorem hinc fieri eorumdem feparationem & in partes motibus naturalibus infervientes derivationem, lippis æque, ac tonforibus notum eft plus, quam ipforum digiti, atque ungues.

In forti, & fortiffima præter cerebrum, etiam cerebellum plus minus læditur, hinc refpiratio violenta, difficilis &c.] Ex hactenus dictis illud liquido conftare arbitror, tunc quando cerebellum afficiatur, imminui plurimum debere fpirituum animalium fecretionem, atque derivationem in nervos ad cor, & partes refpirationi dicatas, hinc pulfus debiles, languidi, ac refpirationis vitia. Immo fi tanta fit cerebelli læfio, ut ceffet omnino in eodem fpirituum animalium fecretio, & quod confequens eft, eorumdem in prædictas partes influ-

xus,

xus, & pulfum & refpirationem deficere debere, atque hominem veluti fulmine ictum interire luce clarius apparet. Quibus experimenta Bohnii, & Perraultii adeo præclare refpondent, ut qui aliter fentiat garrire, & fomnia narrare videatur. Compertum enim eft cerebrum totum fere ex cranio canis fruftulatim eximi poffe falvo motu cordis, & vita, exempto autem cerebello, integro quantumvis manente cerebro, illico vitam definere. Galenus 3. de loc. affect. 7. & 2. aph. 42. recenfitis apoplexiæ differentiis quartam addebat, quam minus fortem, & vehementem appellabat, in qua refpiratio folum inæqualis, & interrupta fit. Eam tamen peculiari titulo infignire fupervacaneum videtur, quotiefcumque fub generali fortis apoplexiæ nomine comprehendi poteft, quæ a cerebelli læfione plus minus infigni ortum traducit. Nec defunt qui apoplexiam fortem illam effe opinantur, in qua adeft difruptio vaforum, aut puris, & fanguinis per cerebrum effufio. Quæcumque tamen fit caufa, quæ valeat in cerebro fpirituum fecretionem prohibere, nifi etiam cerebellum afficiatur, nunquam apoplexiam fortem dicendam traderem. Si enim fecus res habeat, qua tandem ratione explicari poffint fymptomata, quæ apoplexiæ fortis funt, vel ab eodem Galeno adnotata omnino non video.

IX. *In apoplexia particulari vel dimidia tantum pars cerebri refolvitur, & hemiplegia dicitur &c.*] Jam ad apoplexiam particularem ventum eft, in qua non cerebrum univerfum afficitur, fed pars ejus tantum aliqua. Itaque fi id quod fpirituum animalium in organa fenfui, & motui deftinata liberum excurfum prohibet dimidiam folum cerebri partem afficiat, motum, & fenfum dimidiæ tantum partis Corporis ceffare contingit, quæ apoplexiæ fpecies hemiplegia dicitur: fi vero ad initia fpinalis medullæ, aut ad ventriculum quartum cerebri fubfiftat, fenfus & motus ceffat in mufculis omnibus infra caput nervos a cerebro fub cranio egreffos habentibus, eaque apoplexiæ fpecies paraplegia nuncupatur contra illorum opinionem qui paralyfeos fpeciebus accenfent, qua de re fupra nobis fatis ut arbitror dictum eft.

Mirum parte cerebri dextra affecta refolvi finiftram, & contra finiftra affecta refolvi dextram.] Parte cerebri dextra affecta refolvi finiftram, & contra finiftra affecta refolvi dextram vetuftiffima obfervatio eft. Si Hippocratem confulamus, hic lib. epidem. 7. fect. 1. n. 19. poftquam multas narravit hiftorias eorum, qui ob vulnus capitis mortui funt hæc habet: *Contingit autem talibus etiam vomitus accedere, & ad finem convulfiones, ut & clangofam vocem edant, ac impotentes fiant, & fi in dexteris fuerit vulnus, in finiftra parte, fi vero in finiftris, in dextera.* Per impotentiam, quam ἀκρατείαν vocat Hippocrates, eam abfque dubio intellexiffe, per quam partes motu, vel etiam fenfu privantur, quæ a pofterioribus paralyfis dicta eft, & ab eodem Hippocrate univerfali nomine apoplexia alicujus partis corporis appellatur, contendit Profper Martianus, interpres accuratiffimus fi quis alius. Hoc fiquidem fymptoma, ait, ipfe vulneribus capitis lethalibus fupervenire Hippocrates teftatus eft lib. de vulneribus c. ver. 114. quo loco: *Sunt*, inquit, *& qui apoplectici fiunt, & fic pereunt*. Et lib. coac. prænot. fect. 3. ver. 209. *Quibus cerebrum vulneratur, febris plerunque, ac bilis vomitus accedit & corporis apoplexia.* Quam fententiam clarius expreffit, & quid per corporis impotentiam intelligendum fit manifefto indicaffe lib. 1. de mor. ver. 66. oftendit, ubi ait: *Si cerebrum vulneratum fuerit, febrem neceffe eft fupervenire, & bilis vomitum, & aliquam partem corporis apoplecticam fieri, ac perire*: ex quibus locis, per impotentiam Hippocratem partis cujufdam refolutionem intellexiffe adeo manifefta res eft, ut manifeftior fit nulla. Eafdem fere obfervationes habet Martianus fuper text. Hippocrat. & Aretæus lib. 1. de cauf. & notis diuturnorum affect. cap. 7. atque inter noftros Cl. Valfalva in nobili

de aure humana tractatu. Phænomeni claritas anfam dedit Petro Paulo Molinello Chirurgo, & Medico apud Bononienses solertissimo, ut experimento hanc eamdem rem illustraret. V. Com. B. t. 1. p. 139. Hoc erat experimentum. Sinistram cranii partem cani vivo aperuit, tum sinistrum cerebri lobum extraxit. Cecidisse extemplo canem in dexterum latus non injucundo spectaculo deprehendit, cum sinistrum & sensum, & motum retinuisset. Quibus sic constitutis licet colligere sapienter admodum pro more sensisse viros præstantissimos Morganium, & Lancisium, *quod in Hemiplecticis ex eo latere, in quod procubuerint, utra cerebri pars offensam acceperit, conjici facile posse existimarunt. Utrumlibet enim in latus ceciderint, putant illi in opposita cerebri parte vitium esse*. Cujus quidem phœnomeni rationem non aliunde repetendam esse facile judicaverim, quam ex eo quod filamenta nervorum, quæ incipiunt a lobo cerebri dextero desinant in partem sinistram medullæ oblongatæ, & quæ a lobo sinistro in dexteram ejusdem medullæ partem, sic ut invicem decussata litteram X efforment. Quam decussationem licet nemo unus adhuc intueri potuerit, cum tamen ad præclari phænomeni explicationem apprime faciat, ecquid tandem est cur eam non fingamus? Si qui idem non sentiant ad meliores alias causas confugiant necesse est. Ubi vero easdem invenerint, in eorum sententiam priore relicta nos quoque pedibus ituros esse pollicemur.

X. *Signa præsentis apoplexiæ sunt improvisus in terram casus, subita sensuum internorum externorumque &c. cessatio.*] Impedito spirituum animalium a cerebro ad partes, a partibus ad cerebrum, ob vitium ipsiusmet cerebri, attactu vel immediato, vel mediato exteriorum objectorum certa quædam mutatio, seu motio varia pro varia objectorum eorumdem figura, duritie, præsertim vero motu in nervorum extremitates organa constituentium induci non potest, quæ per continuatos nervos ad Cerebrum, seu medullares ejus fibras peculiarem cum iis nervis connexionem habentes delata peculiarem in iisdem fibris motionem excitet, peculiaremque tremorem, quarum motionum occasione excitantur in anima ideæ, ac perceptiones quædam peculiares pro vario gradu motus, quo applicatur actio objecti, pro discrimine organi, pro varietate nervi affecti, indeque subsequuta affectione in cerebro, diversæ. Neque a causis in corpore nostro latentibus, non vero occasione ullius motionis aliunde propagatæ, nervea filamenta cerebrum constituentia ea ratione affici possunt, qua opus est ad ideam quamdam excitandam, quæ imaginatio vocatur: multo minus talis motio in eadem induci, quæ animam determinet ad aliquid de re apprehensa affirmandum aut negandum, unde oritur illa facultas, quæ ratiocinatio dicitur, neque ab anima fieri comparatio, & recognitio motuum fibrarum cerebri cum motibus, qui præterito tempore excitati fuerint (etsi hi motus nullam habeant similitudinem cum rebus alias perceptis) unde memoria excitatur: neque membrana choroidea, seu, ut accuratiores tradunt philosophi, retina, quæ nervi optici expansio est, visus pars primaria, neque membrana mucosa, seu pituitaria Schneideri dicta, quæ nervo olfactorio paris primi, & ramis nervosis paris quinti elaborata est, odoratus organum, neque subtilissima membrana per labyrinthum distributa ab expansione nervi auditorii, seu zonæ sonoræ Valsalvæ organum auditus, neque membrana papillaris nervosa continens papillas nerveas pyramidales limacum cornubus affines, organum gustus, neque papillæ pyramidales per rete Malpighianum in cuticulam protensæ organum tactus constituentes, tensione, elatere, tono gaudere possunt ad munera sua obeunda, necessario neque musculi motibus spontaneis famulantes tendi, inflari, aut ea ratione affici, qua opus est ad eorumdem actionem. En sensuum omnium internorum, externorumque motuumque a voluntate pendentium cessationem.

Pulſus, & reſpiratio pro vario apoplexiæ gradu, varia.] Vid. com. in aphor. 8.

Vocis ablatio, ægri decubitus qualis dormientis, aut ſemimortui; faciei color ſano ſimilis.] Deficit vox, quia ſpiritus animales motuum linguæ actionibus deſtinati intercipiuntur, atque organa vocis reſolvuntur, unde nulla fieri poteſt aeris modulatio, quæ ad eamdem edendam ſufficiat. Reſolutis muſculis motui voluntario inſervientibus, neceſſario corporis lapſus ſequitur, ac decubitus, quemadmodum in ſomno naturali experimur ſuperſtite motu cordis, & ſanguinis per univerſum corpus (niſi fortiſſima ſit apoplexia, quo caſu perit extemplo Animal) unde faciei color ſano ſimilis.

Spuma circa os.] Apoplectici frequentiſſime ex ore, & naribus ſalivam emittunt quamdam, quæ ſpumæ ſpecie minus peritis imponit. Quo loco monitos volo Adoleſcentes ne eidem plus tribuant, quam par eſt. Cum enim inter alia ſymptomata apoplexiam fortem deſignantia ſit ſpuma ex ore affluens, in fraudem facile induci poſſent apoplexiam fortem pronuntiantes, cum revera ex hac re nullum tunc capi poſſit indicium. Spuma porro vera ex pectore furſum fertur, augeturque aeris bullis magnis, & copioſis intermixtis, atque impeditum ſanguinis per pulmones circuitum, ob deficientem ſpirituum animalium in cor, & partes reſpirationi inſervientes influxum arguit, quo fit ut lympha exſudet, atque una cum aere extra os educatur. Atque hinc etiam peti poteſt ratio obſervationis quam Tulpius lib. 1. obſervat. cap. 17. ſcriptam reliquit, eos qui apoplexia moriuntur aſperam arteriam habere poſt mortem ſpumoſo ſanguine repletam.

Excrementorum, urinæ involuntarius exitus.] Deficiente ſpirituum animalium in organa ſenſui, & motui dicata influxu, relaxari debere ani, & veſicæ ſphincterem, quo excrementa in inteſtinorum cavo, urina in veſica detinentur perſpicuum eſt, hinc involuntarius eorumdem exitus.

Oris detorſio.] Quotieſcumque muſculis os ad latus adducentibus denegatur ſpirituum animalium influxus, liber vero præbetur muſculis eidem muneri dicatis, in latere oppoſito cum tendantur iſti, inflenturque nulla vi contranitente, oris detorſio emergit hemiplecticorum ſymptoma frequentiſſimum ſi quod aliud. Contingit oris detorſio & in ſpaſmo cynico, quæ tamen non a reſolutione, ſed a convulſione ortum traducit. Ne in fraudem inducantur Medentes facit Etmulleri monitum. Si enim oris detorſio oritur a reſolutione, pars illa, quæ trahitur & reſoluta eſt mollis, & flaccida percipitur, & ad partem ſanam trahitur, & hæc ipſa pars poteſt facile in naturalem ope manus reſtitui; ſi vero a convulſione naſcatur, pars ſana trahitur, atque illa, quæ convulſa eſt dura, & firmiter contracta percipitur, & ſi retrahere eamdem velis, non ſine inſigni dolore poſſis.

XI. *Signa venturæ apoplexiæ ſunt inſignis in ſomnum proclivitas, difficultas ad motum &c.*] Signa venturæ apoplexiæ unus inſtar omnium diligentiſſime tradidit Hippocrates coac. præn. n. 161, & 164. Ea autem Medentibus probe tenenda ſunt, ut imminens apoplexiæ inſultus avertatur. Jam vero ad illa ſpeciatim quod ſpectat; animadvertendum eſt pleraque non aliunde eſſe repetenda, quam ab eadem cauſa, a qua potiſſimum apoplexia, tamquam rivulus a fonte ortum traducit levius tamen operante. Aptius ne inſignem in ſomnum proclivitatem, difficultatem ad motum, aliaque ejuſcemodi ſymptomata, quam ad ſpiritus animales in organa ſenſuum, & motuum ægre admodum, ac ſegniter influentes, retuleris?

Vertigines diuturnæ.] Vertiginem primum quaſi apoplexiæ gradum appellare auſim. Langueſcente nimirum ſpirituum animalium influxu in organa ſenſibus, ac motibus externis dicata, aliquas nervos opticos conſtituentes fibrillas eodem

deſti-

destitui verosimile videtur; has iccirco inæqualiter tendi necessum est. Hinc sequitur quod radii solis modo in hoc, modo in illud filamentum incidant, unde objecta locum mutare videantur. Fieri etiam potest ut multi radii ab objectis in oculum missi, cum in eas oculi partes incidant, quæ naturali tensione, atque robore spoliatæ sunt, nullam fere motionem in iis partibus excitent, sicque objecta languide percipiantur, qui alter vertiginis gradus est. Quod si omnes fere nostri corporis fibræ eadem de causa inæqualiter tendantur, vacillare coguntur, hinc corpus corruere necesse est, qui vertiginis gradus apoplexiæ congener est.

Tremor præcipue capitis, dentium stridor in somno, incubus.] Quid quod ab inæquali hac tensione nerveorum filamentorum tremores capitis, dentium stridorem in somno; incubum exoriri censendum est? Cum nempe inæqualiter tenduntur nervi in musculos rectores capitis se insinuantes, fit ut cum iidem relaxentur, suo ipso pondere dilabatur caput liberum a facultate retinente, cum vero contrahuntur vi facta, rursus sustentetur; adeo ut ex alterna horum musculorum actione motus tremulus capitis superveniat. Si musculi maxillas moventes relaxati ob languescentem spirituum animalium in eosdem influxum, influentibus rursus spiritibus vi extemplo contrahantur, illisio dentium contingit, hinc stridor. Neque rarum est, in musculos respirationi famulantes pectoris videlicet, & diaphragmatis prædictum spirituum influxum per nervos impediri, unde muneri suo obeundo inepti evadant; hinc sensus ponderis, & compressionis thoracis. Ex adverso inæqualiter tensis ob impedimenta eorumdem spirituum nerveis filamentis nervos constituentibus ad musculos faucium, & gutturis tendentes eosdem convelli contingit; hinc constrictio eorumdem tanta, ut suffocari sentiat, quæ affectio incubus nominatur.

Palpitatio cordis per noctem invadens, aurium tinnitus.] Prout impedimentum cerebro inhærens magis, vel minus spirituum animalium in cor influxum prohibet, fit ut modo validius, modo infirmius cor moveatur, interdum vero eisdem copiosius, atque uberius fluentibus, maxima vi, atque impetu facto, præter naturam contrahatur, hinc palpitatio cordis. Quæ quidem omnia per intervalla homines invadunt ob id potissimum, quod glandulæ cerebri, ductusque nervei iidem appensi suas nativas dimensiones acquirunt, adeoque spiritus animales libere, & in sufficienti quantitate antiquas semitas repetere valent. Horum nonnulla per noctem invadere facit ea ratio quia tempore somni spiritus animales ægrius moventur, ideoque liber eorumdem excursus facilius intercipitur. Ob inæqualem hanc spirituum secretionem, ac derivationem in nervos, atque abhinc prodeuntem nerveorum filamentorum inæqualem tensionem, fit ut in sensorio communi soni cujusdam extrinsecus mediante aere advenientis idea formetur, hinc aurium tinnitus.

Jugularium, arteriarumque temporalium turgentia, oculorum & faciei rubor &c.] Quamvis apoplexia diversissimæ naturæ homines invadat; qui abundant sanguine, qui plethorici sunt, qui robusti, qui calido, ut ajunt, temperamento, qui exsucci, qui humidi ex adverso, & molli habitu donantur, illos tamen qui venarum colli jugularium, & arteriarum temporalium turgentiam, qui totius corporis, & faciei præsertim ruborem habent, vel contra pallidi, quibus seri, muci, salivæ per os, nares evacuationes suppressæ sunt, quique sero, & pituita abundant, facile in apoplexiam labi observationibus compertum est. In his enim seri, ac lymphæ in cerebro effusiones contingunt, solidæ partes atonia corripiuntur, hinc stagnationes materiæ lentæ, ac difficilis, glandularum obstructiones, in illis vero vasorum nimiæ distentiones, disruptiones, glandularum compressiones, aneurysmata, polypi, atque alia ejusmodi mala subsequun-

quuntur, quæ cum ſpirituum animalium ſecretionem, derivationemque in nervos prohibeant, apoplexiam valent procreare. Ex quibus liquet, ad habitum etiam ægrorum, temperamentum, conſtitutionem reſpiciendum eſſe, ut venturam apoplexiam facile dignoſcamus, atque ei prompte, ſi fieri ullo modo poteſt, ſuccurramus.

Extremorum refrigeratio ſine cauſa manifeſta, urinæ atræ modicæ cum ſub ſidentia craſſa, & tenaci ſpuma.] Invaſuram apoplexiam portendit extremorum refrigeratio ſine cauſa manifeſta ob id potiſſimum, quod indicio eſt perductos extemplo ad extrema corporis humores lentos, ac difficiles, qui cum frigus in extremitatibus, tum vaſorum, glandularumque cerebri obſtructiones valent progignere, hinc apoplexiam. Colorem ærugineum, atrum, & parvam quantitatem urinæ provenire a quantitate liquidi minore, quam quæ naturaliter contineri in urina deberet præclare oſtendit Cl. Bellinus de morb. capit. cap. de apopl. Quare illam liquidi portionem intra corpus ſubſiſtere alicubi oportere, & cum cætera apoplexiam portendant, ſubſiſtere ad cerebrum haud dubie affirmat. Sedimentum porro craſſum cum tenaci ſpuma, craſſorum, viſcidorumque humorum copiam arguit, qui cum ægre per vaſa moveantur, hærere alicubi neceſſum eſt; hærere autem & retineri ad cerebrum contingit, cum certus in ſolidis partibus tonus deficiat, qui ad impellendos eoſdem valeat.

XII. *Apoplexiam fortem ſolvere impoſſibile, debilem vero non facile.*] Hippoc. In forti apoplexia præter cerebrum, etiam cerebellum affici demonſtratum eſt. Cum a cerebello juxta Cl. Williſium originem mutuentur nervi, qui in partes naturalibus motibus dicatas inferuntur, læſo eodem, ſanguinis per pulmonum vaſa, & univerſi corporis perturbari contingit, inſigne reſpirationis opus perverti, ſine qua Animal vivere non poſſe tam certum eſt, quam quod certiſſimum. Si magna fuerit læſio, homines momento fere temporis, vel ſaltem intra viginti quatuor horas de medio tolli haud infrequenter obſervatum eſt. Sin minus, eodem revertente morbo tertia, aut quarta die hominem profligari expectandum. Septimam certe, aut undecimam raro attingit. Quod autem debilem ſolvere non ſit facile facit potiſſimum nerveorum tubulorum exquiſitiſſima ſtructura, atque eorum cavitas adeo anguſta, ut cum ſemel vitiati fuerint, ſuas antiquas dimenſiones reacquirere, ideoque ſpiritus animales ſuas antiquas ſemitas repetere non valeant. Eamdem deſcripſere viri præſtantiſſimi Lewenoekius, Ruyſchius, Vieuſſenius aliique. Ita Hippocrates contumaciores morbos nervorum facit, quam venarum, quia in his humores facile fluunt propter amplitudinem, ac diametri capacitatem, & facilem tunicarum quibus donantur diſtentionem, quod de nervis æque dici non poteſt.

XIII. *Univerſali apoplexiæ particularis plerunque ſuccedit.*] Filamentorum nerveorum ſtructuram facile perverti experimentum ſupra allatum Cl. Valſalvæ a præſtantiſſimo Morgagnio confirmatum adeo egregie evincit, ut nullus ſuperſit dubitandi locus. Ligatos enim nervos ad cordis jugulum, licet vinculum ſtatim ſolutum fuerit, perinde læſos fuiſſe, ac ſi amputati fuiſſent, mors quæ paulo poſt ſequuta, ſatis abunde declaravit. Et tamen nervos exeuntes a cerebro, & ſpinali medulla meninges induere, robuſtiores fieri, firmioreſque paſſim tradunt Anatomici. Quid ſi morbi cauſa in cerebro ſubſiſtat, ac nervos qui ibidem multo molliores ſunt afficiat? Vel fortis obſtructio ſit, vel compreſſio, vel diſruptio vaſorum ſanguiferorum, & glandularum cerebri, quibus inhibeatur ſpirituum animalium ſecretio, atque in nervos derivatio, nerveorum filamentorum ſtructuram ſic perverti contingit, ut naturalis ſpirituum animalium a cerebro ad partes, a partibus ad cerebrum excurſus reſtitui nulla ratione queat. Hinc eſt ceſſante, vel natura, vel arte apoplexia univerſali, ob certam in quibuſdam fila-

filamentis offenſam remanentem, vel ob heterogeneum quid, & extrinſecum in glandulas, & nervorum cavitates expreſſum, altiuſque penetrans, atque obſtruens apoplexiam particularem, vel alterutrius lateris paralyſim ſequi. Propterea ſapienter a Cornelio dictum lib. 3. cap. 27. apoplexiam debilem non acutum quidem eſſe morbum, ſed plerunque incurabilem.

XIV. *Febris de genere ephemerarum vehemens ægro nondum debilitato ſuperveniens &c. Quicumque ſani dolore capitis repente capiuntur, & ſtatim muti fiunt (græce aphoni,) & ſtertunt, ii ſeptem diebus pereunt, niſi febris eos apprehenderit.* Ita perbelle Hippocrates 6. aph. 51. Per vocis privationem apoplexiam intellexiſſe Hippocratem, in qua ægrotantes non voce tantum, ſed ſenſu, motuque privantur cum Galeno ſupra adnotatum eſt. Quibus ſic conſtitutis licet colligere febrem per Hippocratem Apoplexiæ remedium eſſe. Cum vero apoplexia plures ac contrarias inter ſe cauſas agnoſcat, & ſua eidem ſint tempora (ſunt autem omnibus fere morbis) & plurima ſint febrium genera, quærendum reſtat quodnam febris genus eſſe debeat, cujuſnam apoplexiæ remedium, quo tempore eidem ſupervenire neceſſum ſit, ut ſolvere ipſam valeat. Ne diutius quam par eſt in morbi phyſiologia immoremur, paucis habeto. Febris hic intelligitur de genere ephemerarum, qua materia lenta, ac difficilis reſolvatur, ſerum ac pituita abundans abſumatur, ſanguis fundatur, unde major ſpirituum copia corticalibus glandulis ſuppeditetur, relaxatæ partes congruo eorumdem influxu vigorentur. Apoplexiam porro ab hac eadem materia lenta, ac difficili originem mutuari neceſſum eſt. Secus enim vel ſanguinis copia vera, vel apparens morbo anſam dederit, vel nimis velox ejuſdem motus in cerebrum, vel vaſorum ſanguiferorum, ac lymphaticorum diſruptio, vel tumor, vel aneuryſma, vel polypus, atque alia hujuſmodi fere innumera, tantum abeſt ut ſalutaris ſit, ut potius in ſummam perniciem, ac damnum cedere poſſit. Cum enim febres ejuſcemodi ſanguinem majorem in modum exagitent, commoveant, fundant, exſolvant, plethoram ſive veram, ſive apparentem, ac velocem motum ſanguinis in cerebrum augeri, tumores, aneuryſmata facile diſrumpi nemo eſt qui non videat. Aucta vero morbi cauſa, morbum imminui, credat *Judæus apella, non ego*. Quamquam ſi aucto ſanguinis motu abripiantur acres, mordaceſque ſanguinis particulæ, quæ nerveas fibrillas pungendo, ac mordendo convulſionem membranarum cerebri progignunt, ſanguini fluenti per vaſa corporis immiſceantur, unde a ſtimulo, ac morſu liberentur, apoplexiam a convulſione membranarum cerebri profligari ſpes eſt aliqua. Occaſionem dedit Hippocrates qui 5. aph. 5. *Si ebrius*, inquit, *repente obmutuerit, convulſus moritur, niſi febre corripiatur, aut &c.* Cum enim ab ebrietate oritur apoplexia, ob convulſionem meningum oriri uno accuratiorum fere omnium interpretum ore perhibetur, propterea colligi illud poſſe videtur febrem acres, mordaceſque particulas abripiendo, ac circulo reſtituendo, apoplexiæ a convulſione prodeuntis remedium eſſe. Res autem dubia, & diſcriminis plena, niſi prædictis muneribus obeundis par ſit. Debet tandem febris, ut ſalutaris ſit, ægro nondum per morbi diuturnitatem debilitato ſupervenire. Secus enim confirmata morbi cauſa non ſolum eidem profligando apta exiſtit, ſed ſymptomatica cum ſit, atque ex eo fortaſſe exoriatur, quod effuſi ſint e vaſis humores, corruptique, malum portendit. Id quod idem Hippocrates in Coac. affirmavit, inquiens. *Apoplecticæ affectiones de repente exſolutorio modo fientes, febre progreſſu ſuccedente, perniciofæ*. Si de febre convulſioni ſuperveniente ſpeciatim ſermo ſit, legi meretur Proſperi Martiani locus in adnotationibus ad aphor. 5. ſect. 5. ſupra allatum. Cum enim ei contigerit obſervare mulierem quandam ex vini potu apoplecticam factam ſuperveniente febre die ſequenti a febris invaſione mortuam fuiſſe, aphoriſmum ſibi ſuſpectum red-

redditum fuiffe teftatus eft. Cum vero contemplaretur, quæ habet (lib. 2. de mor. verf. 283.) *Si quis ex ebrietate voce privetur, & ftatim etiam fane ipfum & febris corripiat, fanus fit, fi vero non corripiat, die tertia moritur*, demptam fibi effe omnem difcultatem confeffus eft. Statim enim, feu nulla interpofita mora febrem fupervenire debere, ut falutaris fit, Hippocratem tradidiffe conjecit fcite admodum fapienterque.


XV. *In infultu apoplexiæ fi æger plethoricus, fuccique plenus &c. fanguis nulla interpofita mora detrahendus*. Ut curatio apoplexiæ rite fuccederet, oporteret fingularum caufarum, quæ ad intercipiendum motum fpirituum animalium faciunt, rationem affignare, ut congruæ inde indicationes ad eafdem removendas elici tuto pofsent. Quod de quibufcumque morbis affirmavit generatim Galenus lib. 1. de medend. method. ubi habet: *Perfecta curatio a caufis exorditur*: Et Celfus inquiens: *Is recte curat, quem caufæ origo non fallit, quia caufæ inveftigatio, ejufdemque primordia, & occafio in affectionis, & remediorum cognitionem ampliffimam deducunt*, ut mittam, quod in eamdem fententiam tulit Fernelius lib. 1. cap. 4. med. meth. *Morbos abfque caufarum præcognitione nec præcaveri, nec feliciter curari poffe*. Id autem facere in tanta caufarum diverfitate, & rerum anguftia aleæ plena res eft.

Quare falubre eft accuratiorum practicorum confilium ad generaliffima remedia confugere, pro caufarum, quæ fubtilitatem omnem artis minime fuperant, varietate, varia. Ubi æger plethoricus fit, fuccique plenus, ejus facies intenfe rubeat &c. garrire is minime videatur, qui apoplexiam ad plethoram feu veram, feu apparentem glandulas cerebri comprimentem, vel ad obftructionem vaforum fanguiferorum ob fanguinis craffitiem, vifciditatem, congelationem, affationem, vel eorumdem vaforum difruptionem referat. Tunc vero quodnam remedii genus efficacius venæ fectione, aut pro ægrorum opportunitate valentius? Profecto depletis fanguine vafis minus diftendi eadem contingit, minus diftenta minorem compreffionem efficere glandularum cerebri, hinc fpiritus facilius fecerni. Huc accedit vafa minus diftenta validius, & fortius contrahi, hinc majore velocitate fanguinem impellere, & craffamenta fi quæ funt diffolvere, id quod tenaciter vafis tenaciter adhæret, & obftructionem, aut motus tarditatem efficit, ideoque turgentiam dimovere, attenuare, exfolvere, circulo reftituere, tandem e difruptis vafis minorem fieri fanguinis effufionem, immo exhauftis venis effufum jam reabforberi, ac circulo reddi. Verbo dixerim: in apoplexia a compreffione, obftructione, difruptione vaforum fanguiferorum illud eft remedii genus venæ fectio, ut fi in fumma rerum anguftia fperari poffit, id ab una venæ fectione fperari jure poffit. Quamquam vero fi de vaforum fanguiferorum difruptione fermo fit, venæ fectio ad protrahendam quidem vitam valet, ad ægrum vero in priftinum valetudinis ftatum reftituendum nullatenus valet; eoque magis fi ab erumpente fanguine læfa fuerit glandularum ftructura. In principio autem apoplexiæ fanguinem detrahendum effe facit potiffimum, quod tunc vires ægri adhuc conftant, ac firmæ funt, & morbus eas adhuc radices non egit, quæ evelli non poffint. Detractione fanguinis, priufquam apoplexia hominem invadat, celebrata nonnullos ab ejufdem difcrimine liberatos fuiffe compertum eft. Quo magis patet non folum in principio apoplexiæ, fed ubi futuræ figna apparuerint, fanguinem commodiffime detrahi poffe.

Ex bafilica brachii lateris fani (nifi &c.) Ut ex latere fano detrahatur fanguis rem effe debere cum ægro, qui apoplexia particulari oppreffus fit, neceffum eft; fi enim univerfalis fuerit inter initia faltem, utrumque latus refolvi manifeftum eft. Sanum autem cum fit, ex eadem detrahendum effe fanguinem faciunt potiffimum duo a præftantiffimo Aretæo indicata. Primum quod fanguis uberius, & velocius ex parte lateris fani effluit (unde etiam falubre practico-

rum conſilium ſanguinem lato vulnere imperato mittendum) deinde, quod ſanguinem ex illa parte educit, quæ offenſa eſt pars cerebri, propterea fit ab eadem revulſio. Ad cujus rei ſtatum melius intelligendum, duo animadvertenda ſunt. Primum ſecta vena, quæ ſanguinem haurit a parte ſana fieri, ut multum ſanguinis effluat ex arteria ejuſdem partis ſanæ, ſectæ venæ correſpondentis, deinde ut ſanguis ex eodem ramo arteriæ partis ſanæ velocitate magna in venam effundatur; atqui ſanguis velocitate magna fluens per arteriam partis ſanæ efficit, ut ſanguis per arteriam partis affectæ tardius moveatur, & ab eadem ſanguinem revellat; ergo ſecta vena, aut arteria partis ſanæ fit revulſio a parte affecta.

Poſtea ſi opus ſit ex jugularibus.] Cum animadverterint nonnulli ſectam venam, quæ ſanguinem haurit ab arteria, quæ proxima eſt arteriæ partis affectæ, efficere debere, ut ſanguis velocitate magna per illam moveatur, atque cum velocitate magna per eamdem moveatur, ſequi oportere, ut per arteriam proximam parti affectæ tarde moveatur ſanguis, & a parte affecta plurimum revellatur, in eam opinionem venerunt, ut crederent, in apoplexia, cæteriſque graviſſimis capitis affectionibus jugulares venas aperiendas eſſe. Cum enim jugularis externæ propagines extremæ arteriæ carotidis externæ ramis inſerantur, fit ut ſecta vena jugulari externa ſanguinem hauriat ex carotide externa, quæ ſanguinem mittit in externas partes capitis: cum vero carotis externa proxima ſit carotidi internæ, fit ut educto ſanguine a jugulari velocitate majore moveatur per carotidem externam, hinc ſequitur, ut minore velocitate influat in internam, quæ cranium intrando cerebrum, ejuſque membranas adit, ut præ cæteris oſtendit Cl. Freindius com. ad lib. Epid. Hippocrat. 2. qui præclare adeo doctrinam hanc pertractavit, ut nullus ſupra. Satius tamen duxerim prius ſanguinem emittere ex baſilica, quam ex jugularibus, quæ quidem vena cum ſanguinem hauriat ex ramo arteriæ ſubclaviæ, revulſionem ex carotidibus moderatam efficit, ac citra noxæ periculum.



Cave autem, ne ſuppreſſæ ſint improviſo excretiones ſanguinis ex utero, aut hæmorrhoidibus; tunc enim prius ſaphæna pedis ſecanda &c.] Saphæna pedis omnium maxime diſtat a parte affecta. Fit propterea, ut per arterias proximas parti affectæ eadem fere velocitate moveatur ſanguis, nulla, vel inſenſibilis fiat ab eadem revulſio. Rem ſi placet illuſtremus. Si obſtructio e. g. ſit in A venam ſeces in B, quamvis in B ſanguis magna effluat velocitate, cum tamen infiniti ſint ramuli venularum correſpondentes arteriarum ramulis, quæ ſanguinem deferunt a B in C & infiniti ramuli arteriarum, per quos ſanguis a C defertur in A nemo eſt qui non videat in diſtantia illa

illa infigni vaforum B A vix ac ne vix quidem motum fanguinis verfus A imminui, hinc nullam aut fere nullam revulfionem fieri a parte affecta. Cum nempe faphæna pedis fanguinem hauriat a ramis arteriæ cruralis, hæc autem longiffime diftet a carotidibus, licet per crurales ramos velocitate magna moveatur fanguis, velocitas tamen per illos ramos minime prohibere valet, quominus eadem fere velocitate feratur in carotides, ab his in cerebrum, ac propterea fiat ab eadem revulfio. Ex quibus liquido conftat in quanta obfcuritate verfentur, qui cum revulfionis caufa fanguinem emittere volunt, venam fecandam imperant in parte maxime diffita ab illa, quæ offenfa eft, in eam fpem adducti, quamminimum fanguinis ad locum affectum perventurum. Contingit vero non raro a partibus longe ab affectis diffitis fanguinem fumma velocitate in affectas irruere, quod familiare maxime eft iis, quibus fuppreffæ funt improvifo evacuationes fanguinis ex utero, aut hæmorrhoidibus. Tunc vero ad hunc fanguinis affluxum faltem per aliquod tempus cohibendum præftat venam in partibus inferioribus e. gr. faphænam in pede incidere. Illuc enim velociter accurret fanguis, ideoque minore celeritate, vi, atque impetu ab inferioribus in fuperiores partes. Hac ratione imminuto fanguinis affluxu ad caput poterunt fuperiorum partium venæ proximæ arteriis partis affectæ fecari, ut optato fine potiamur.

XVI. *In pueris, & valde fenibus, in iis, qui præhumido funt corpore &c. nunquam venæ fectio imperanda.*] Si obftructio vaforum fanguiferorum cerebri vel glandularum orta fit a feri copia, vel vaforum eorumdem, ac fibrillarum medullarium flacciditate, tantum abeft, ut juvet venæ fectio, ut in fummam ægri perniciem, ac damnum ceffura fit. Ubi adeft feri copia adeft folidarum partium flacciditas, ubi flacciditas ibi inopia fpirituum animalium, hinc fi detrahatur fanguis, una cum fanguine materia proxima fpirituum educitur, ac nerveas fibrillas eorumdem influxu deftitutas magis magifque flaccefcere, ac morbi caufam augeri neceffum eft. Quare falubre accuratiorum practicorum confilium in pueris, & valde fenibus, qui cachectici funt, & a prægrefforum morborum diuturnitate debilitati, a venæ fectione abftinendum effe. Eadem enim plures immaturo fato interemptos fuiffe obfervationibus cum multis, ac frequentibus, tum certis ac conftantibus compertum. Quod diligenter tenendum eft, ut in eadem adminiftranda cautiffime procedamus. Illud enim eft, quod, ut inquit Celfus lib. 3. cap. 27. vel occidit, vel liberat. *Aliud curationis genus vix unquam fanitatem reftituit, fæpe mortem tantum differt, vitam interim infeftat.* Lib. 3. cap. 18. *Poft fanguinis miffionem fi non redit & motus, & mens, nihil fpei fupereft.*

XVII. *Ut fummum cucurbitula magna occipiti admoveri poteft.*] Incifionem loci in quo eft vena occipitalis, & cucurbitulam admotam fanguinem exfugere magno cum fructu in violentis capitis affectionibus, ac citra virium imbecillitatem, præfertim in apoplexia novere practici feliciffimi. Zacutus Lufitanus hift. 31. lib. 1. de med. prin. hift. defperatam apoplexiam hoc folo remedii genere profligatam fuiffe teftatus eft. Situs venæ occipitalis (quæ fi fecari poffet ad fanguinem immediate e cerebro educendum valeret) anfam dedit præftantiffimo Morgagnio *in adverf.* ad errorem tollendum eorum, qui collo cucurbitulam admoveri jubent; occipiti enim admovendam effe unus inftar omnium luculenter oftendit.

XVIII. *Cæterum uti dolorifica omnis generis, atque extimulantia medicamenta vel initio in hac apoplexiæ fpecie efficaciffima funt &c. ita in illa &c.*] Minus docti medici, fimul ac apoplecticum invifunt, ad remedia revellentia, ac ftimulantia omnis generis confugiunt. Illa quidem ad humorum affluxum in caput,

ac turgentiam minuendam, hæc vero ad folidarum partium tonum reftituendum, quo fluidis, ac fpiritibus calcar addatur, atque organa fenfui, & motui dicata debita eorumdem copia vigorentur. Neque fane eos fallunt rationes multæ eæque fatis firmæ, fi apoplexia, quod haud infrequens contingit, obftructionem vel vaforum fanguiferorum vel glandularum cerebri a lenta, ac difficili materia eifdem tenaciter adhærente pro caufa agnofcat, vel feri copiam, vel vaforum eorumdem fanguiferorum, ac fibrarum cerebri medullarium flacciditatem. Cum enim operentur ejufcemodi remedia afperum fenfum, ac dolorem inducendo, univerfum nervorum genus eodem percelli, eafque partes noftri corporis in reciproco motu conftrictionis, & relaxationis excitari contingit, craffos, vifcidos, inertefque humores attenuari, ferum abfumi, fibras flaccefcentes in priftinum fui elaterii ftatum reftitui.

Huc fpectant cucurbitulæ ficcæ &c. frictiones ex fale &c. veficantia &c. Clifteres acres &c. Hæc porro duplicis funt generis: alia fimpliciter dolorifica in folidas tantum partes agunt eafdem tendendo, alia quæ in folidas & fluidas fimul operantur, fales acres, mordaces, fundendique virtute pollentes eifdem immifcendo. Primi generis funt cucurbitulæ ficcæ, frictiones dolorificæ, veficantia, & hujufmodi alia. Licet crura, ac plantæ pedum longiffime diftent a parte affecta, mirabilis tamen intercedit inter eafdem confenfio, ut his ftimulatis, caput quoque in confenfum trahatur, atque ea ratione afficiatur, qua opus eft ad fibrarum tonum reftituendum, torpentes fpiritus excitandos, obftructiones vaforum fanguiferorum, vel glandularum cerebri referandas. Memorabilis eft obfervatio, quam habet Sachfius in ampelographia fect. 2. cap. 3. in aqua fubmerfos fine vita, ac motu jacentes, vitæ reftitutos fuiffe diuturna pedum percuffione, qua fpiritus excitantur, ac fibræ in priftinum elaterii tonum reftituuntur. Idem plane dictum velim de frictionibus, quæ afperæ vocantur, & veficantibus. Quamquam vero veficantia vires fuas exercere a plerifque reputantur non folum ftimulando, fed acres, urentefque particulas in fanguinem introducendo, quæ fanguinis principia fundant, & fi quid vifcidum, ac lentum eft, abftergant. De his erit alibi dicendi locus. Sed nullum fere efficacius remedium in foporofis affectibus, clifteribus acribus fæpe injiciendis. His enim non folum inteftinum rectum ftimulatur, unde ejus fibris contractis, & contractione ad colon producta contentæ in ipfo fæces ad inferiora protruduntur, fed totus inteftinorum canalis & cum eodem mire confentiens caput in validiores motus follicitatur, unde medullares cerebri, ac meningum fibras tendi, hærentes ibidem humores dimoveri contingit, fpiritus erigi, atque ægrum a profundo fomno excitari.

Pulp. colocynth. &c.] Colocynthidis pulpa vehementiffimum purgans eft, vimque fuam cum malignitate conjunctam habet, unde naufeam, animi defectiones, atque alia ejufmodi fymptomata inducit. Varias præparationes, & utendi modos videre eft apud Cl. Boulducium H. R. S. A. P. & apud Etmullerum; nullum tamen certiffimis experimentis confirmatum. Quare falubre practicorum confilium ab ejufdem ufu interno per os abftinendum effe. Commodiffime autem in clifteres acres recipitur nodulo inclufa, & decocta, additis pulveribus falinis irritantibus, cujufmodi funt fal communis, gem. aliique.

Huc fuppofitoria ex fal. gem. ℨ ii. Diagryd. gr. x. &c.] Exfolutis recti inteftini fphincteris fibris clifteres injecti cum retineri nequeant, ftatim rejiciuntur. His autem fuppofitoria fubftituuntur eventu feliciffimo. Quæ ex melle ad ignem infpiffato, & falinis pulveribus parantur, inteftinum rectum ftimulant quidem, ejufdem tamen fibras non fcindunt, nec hæmorrhoidalia vafa referant, quemadmodum metus effet fi acriora incaute adhiberemus, eaque præfertim in quæ

aloes

aloes ingreditur, cujuſmodi ſunt hiera picra & hujuſmodi alia. Hujuſce enim acutiſſimis ſpiculis hæmorrhoidalia vaſa in iis præſertim, qui hæmorrhoidibus antea obnoxii fuerint, facile aperiuntur, vel vehementi irritatione facta inflammantur, ac dolor fere intolerabilis inducitur.

XIX. *Interim hauſtus ex aq. ſuc. meliſ. Betton. &c. cum ſpirit. ſanguin. human. gut. anglican. &c.*] Ad remedia quod ſpectat per os propinanda, quæ non ſolum ſolidas partes percellunt, eaſdem ſtimulando, ſed ſanguini immixta tenui oleo, ſale, ſeu ſpiritu, quo fæta ſunt, eumdem fundunt, atque exſolvunt, obſtructiones referant, ac ſpirituum animalium ſecretionem derivationemque promovent, plurima medicinam facientibus præſto ſunt. Primum cephalica omnis generis ſimplicia, quorum alia odore, & ſapore grata ſunt, & calida vocantur, ut abrotanum, bettonica, lavendula, majorana, meliſſa, ſalvia; alia vero odore grato nares afficiunt abſque calore, ut lilium vulgare, lilium conval. & frigida appellari conſueverunt. Confer. libel. qui inſcribitur de virib. medicam. Boerhaav. In calidorum cenſu numerantur ſpiritus alchalici volatiles, ſal. armoni. Cornu cer. fuligin. ſanguin. & cran. human., guttæ Anglicanæ dictæ ſpirit. ſeric. aliaque ejuſmodi. Huc ſpectant ſales volatiles oleoſi in forma ut ajunt ſolida, quorum mentionem ſilentio præterivimus, ne pompam magis, quam ſelectum quærere videremur. Nihil vero aliud ſunt, quam ſales volatiles alchalici urinoſi, oleis eſſentialibus quarumdam plantarum uniti, quæ his, vel illis noſtri corporis partibus ſpecifice opitulari creduntur. In horum cenſu veniunt ſales illi Anglicani, qui hoc vel illo odore donantur, prout hoc, vel illo oleo eſſentiali imbuti fuere, unde alia odorem roris marini, lavendulæ, menthæ, vel aliorum ſimplicium referunt. Plures ſunt modi hoſce ſales volatiles oleoſos componendi, quos deſcripſere viri præſtantiſſimi Boerhaavius in ſua Chem. & Fridericus Hoffmannus in obſervationibus chemico-phyſicis, qui doctrinam hanc ſolertiſſime pertractarunt.

Sed ad ſales volatiles oleoſos in forma, ut ajunt, liquida redeamus, de quibus notandum eſt, nihil eſſe aliud, quam ſpiritus volatiles alchalicos cum ſpiritu vini, & ſpiritu ſalis armoniaci in oleum tanquam in elixirium receptos. Neque illud ſilentio prætereundum eſt, quoſcumque ſpiritus volatiles adhiberi poſſe in hoc opere, dummodo optime fuerint volatilizati. Nullum enim diſcrimen intercedit inter ſpiritum v. gr. ſanguinis, & cranii humani, & cornu cervi, & ſimiles, ſi æque omnes volatiliſentur, ut ſupra laudati Boerhaavius, & Hoffmannus teſtati ſunt. Quid de celeberrimis illis guttis Anglicanis dicendum? Scire licet ab aliis ſpiritibus volatilibus oleoſis in hoc tantum differre, quod loco ſpiritus ſalis armoniaci, ſpiritus quidam ex ſerico deſtillatus adhibetur. Quamquam non ſolum ex ſerico, ut Angli ſolent, ſed ex aliis etiam filis, ac telis elici poſſunt hi ſpiritus, quod Gallis Anglos æmulantibus ſolemne eſt.

Cæterum ad uſum quod ſpectat horum medicamentorum ſedulo cavendum eſt, ne in fraudem facile inducamur, quibuſcumque apoplecticis præſcribentes, quemadmodum Sylvio aliiſque accidiſſe novimus. Licet enim grates habendæ ſint Sylvio, quod inventis hiſce medicinam ampliorem fecerit, plurima tamen incommoda, ac detrimenta hinc emanaſſe dolendum, cum in quacumque apoplexia, cæteriſque ejuſcemodi morbis miris laudibus extolleret. Quorſum hæc dicam etiam me tacente facile omnes intelligunt. Nimirum in humorum viſciditate, lentore, in ſeroſa colluvie, in ſolidarum partium atonia, atque ab hinc prodeuntibus vaſorum ſanguiferorum, vel glandularum cerebri obſtructionibus locum quidem habere, in iis tamen in quibus venæ ſectio indicatur non eſſe adhibenda priuſquam vaſa fuerint eadem depleta. Periculum enim eſt ne im-

impetus humorum ad caput, & inde ſtagnatio, neve irritatio, & conſtrictio major, quam par eſt, promoveatur.

XX. *Aquæ antapoplecticæ dictæ minus arrident.*] Idem plane dictum velim de ſpiritibus quibuſdam ardentibus, aut tincturis per ſpiritum vini ex ſimplicibus cephalicis paratis, quæ ſpecioſo aquarum antapoplecticarum titulo inſigniuntur, quæ præterquamquod tunc ſolum locum habere videntur, cum humores lenti, ac difficiles, vel feroſi, vel atonia ſolidarum partium morbo anſam dederit, non autem plethora, ſeu vera, ſeu apparens, vel convulſio, accedit præterea horum ſpirituum repetito uſu ſpiritus animales magis magiſque figi, ac cogi, quemadmodum in ebrietate contingit. Et ſane ardentes ſpiritus licet ſimul ac aſſumpti ſunt, fundendi, exſolvendique virtute præditi eſſe videantur (id quod calor, vis, robur, faciei, & oculorum rubor manifeſtant) poſt breve tamen tempus fluidis condenſandis, cogendiſque opportunos exiſtere ſupra a nobis demonſtratum eſt. Quare ab iiſdem vel omnino abſtinendum eſt, vel cautiſſime ſaltem utendum, ne ſumma in ægros detrimenta emanent, ac damna.

Salis volatilis ſuccini grana aliquot.] Diſtinguendus eſt ſal volatilis ſuccini ab aliis omnibus ſalibus volatilibus; cum his enim nihil fere commune habet. Acidum mite, ac blandum eſt, quod cum renum, tum pulmonum, ac cerebri, ac viſcerum fere omnium amicitia clarum fecit. Ut in renibus blanda titillatione ſeri urinarii ſeparationem promovet, in pulmonibus craſſarum, viſcidarumque ſordium expectorationem, ita in cerebro, qua leniter ſtimulando, qua lentos, ac difficiles humores reſolvendo, acidos aut alio quovis modo irritantes ſapores corrigendo, uberiorem ſpirituum ſecretionem excitare valet, atque eorumdem in nervos derivationem, unde ægros alacriores fieri contingit, atque ad motum voluntarium, & ſenſum expeditiores. Ex unione hujuſce ſalis volatilis cum ſpiritu cornu cervi fit mixtum quodam medicamentum, liquor cornu cervi ſuccinatus dictum in violentis capitis affectionibus convulſivis præſtantiſſimum, ſi quod aliud.

XXI. *Si paroxyſmus diutius protrahatur, ſpirituoſa naribus admoveantur. Ejuſmodi ſunt ſpiritus ſal. armoniaci &c.*] Spirituoſa, quæque odore acutiſſimo ſunt prædita, naribus admovere principio apoplexiæ periculoſum eſt. Cum enim in nulla corporis parte nervi magis conſpicui ſint, quam in membrana Schneidheriana olfactus organo, a tenuiſſimis illis, ac ſubtiliſſimis particulis naribus exceptis nervorum rami, qui per eamdem diſtribuuntur, vehementiſſime irritantur, vellicanturque. Verendum eſt autem, ne ſi inter initia ſtatim, & priuſquam fuerint vel venæ ſectione, vel morbi diuturnitate depleta, in partes cerebri turgidas, & nimis impeditas irritatio, & conſtrictio major, quam par ſit, promoveatur, ac major inde ſtagnatio, aut humorum e vaſis expreſſio, aut tumoris diſruptio ſuccedat. Quare ſalubre practicorum conſilium, ad ſpirituoſa hæc naribus admovenda ſolum paroxyſmo plus æquo perdurante, ac cæteris fruſtra adhibitis deveniendum. Quæ quomodo accepta eſſe poſſint iis, qui ejuſcemodi medicamenta non ſolum initio morbi, ſed quod magis eſt in apoplexia ab effuſo intra cranium cruore, aut ab infarctu inflammatorio, aut plethora nimis diſtendente prodeunte, in uſum vocant, viderint alii. De effluviorum efficacia legi meretur Boyle in tract. de mira eorumdem ſubtilitate, item Kerchringius in ſpicileg. anat. obſ. 15, ex quo habemus odorifera corpora unico temporis momento vel prodeſſe, vel nocere poſſe.

XXII. *Sternutatoria in hominibus præſertim laxioris ſtructuræ &c.*] Sternutatoria medicamenta cum membranam Schneidherianam, tum nervos omnes cum eadem conſentientes, maxime in organa reſpirationi dicata ſeſe inferentes in convulſiones agunt, unde capitis, thoracis, abdominis, ac totius corporis vali-

validiffima concuffio fequitur. Si igitur principio morbi adhibeantur corpore non bene prius præparato, vafifque depletis apoplexiam potius confirmare valent, quam tollere, ac profligare. Nec defunt exempla eorum, qui tales evaferunt propter fternutatoria. Vid. Rhodyana lecta ad Septalii librum fect. 17. item Nimannus de apoplexia cap. 46. Quid pulvere nicotiano hodie familiarius? Nullam enimvero ex eo noxam unquam obortam crederes. Et tamen eodem nimia quantitate affumpto quemdam civem Ferrarienfem comate fomnolento adeo potenti correptum fuiffe, ut nulla arte excitari potuerit, tandem feptima die mortuum fuiffe, alterum vero eadem de caufa ex phrenitide mifere interemptum memorat Jofephus Lanzarius in M. N. C. Dec. 1. an. 2. obf. 131. Animadverfione dignum eft, quod tradit Sigonius, multos tempore Gregorii Magni fternutando mortuos fuiffe, hinc morem fternutantes falutandi obortum. Quo plerique ad vehementer credendum adducti funt apoplexiæ caufam fuiffe cerebri concuffionem, quæ fternutando peragitur. Verum præterquamquod & Thucydides lib. de bello Pelopon. fect. 131. lethalis cujufdam fternutationis mentionem facit in famofa Athenienfium pefte graffantis, & Polydorus Virgilius lib. 6. de invent. rerum, falfum eft fternutantes falutandi confuetudinem tempore folum Gregorii Magni obortam effe, cum antiquiffimam effe confuetudinem, & Ariftotelis, & Plutarchi aliorumque teftimonia evincant, affirmantium id facere folitos Veteres, ob fummam erga cerebrum, quod principem hominis partem, nervorum, fpirituum, omniumque fenfationum originem animæ intelligentis fedem conftituebant, venerationem (Vid. quæft. Academi. Cl. Morini cui titulus: *Per qual cagione fi auguri del bene a chi ftarnuta: nelle memorie per la Storia delle Scienze, e belle arti trafportate dalla lingua francefe nell' italiana, in Venezia appreffo Antonio Groppo*) Præterea accedit fternutando cerebrum ita concuti non poffe, ut apoplexia fubfequatur. Quare fatius eft credere fternutationem effe fignum convulfionis meningum, qua facile occludi poffunt ductus, atque emiffaria fpirituum, unde apoplexia. Id quod confirmant alia graviffima incommoda, quæ fternutationem fequuntur, quæ non ad alias caufas quam ad convulfionem apte retuleris. Vid. Gulielm. Fabricius cent. 1. obf. 24. Platerus lib. 1. prax., Wagnerus in M. N. cur. an. 1. obf. 26. Theodor. Kerchringius obf. anat. cap. 2.

Quare ex hyfop. Satur. pul. &c.] Quamvis fternutationem excitare valeat irritatio quæcumque cum penna, vel cum papyro convoluta facta, vel tranfitus repentinus e loco obfcuro in valde lucidum, Ariftotele ac Cl. Schneidhero (tract. de fternut.) teftantibus; quæ tamen acribus, ftimulantibufque particulis conftant, quæque nerveas fibras, quæ in membranam narium interiora occupantem definunt pungere, mordere apta funt, errhinorum titulo infigniuntur. Quo acriora funt corpora, eo majorem faciunt irritationem. Sic errhina ex hyfop. Sature. & ejufmodi aliis parata levem excitant fternutationem, nec tanti facienda, quanti illa, quæ ab euphorbio, helleboro, aliifque acrioribus, corrugantibufque majorem in modum nerveas fibrillas, unde convulfio interdum lethalis meningum fupervenit.

XXIII. *Purgantia, vomitoria in iis qui fero abundant, & cacochymi funt tandem adhibenda.* Inter præfidia generalia, quæ apoplexiæ profligandæ apta cenfentur, numerantur quoque purgantia, atque vomitoria. Illud tamen hoc pariter loco animadvertendum eft in principio morbi, quod & de plerifque aliis dictum eft, peffime cedere. Quare fapienter admodum, ac fcite ftatutum eft a Cl. Rondeletio, monito Tralliani aliorumque exhibenda non effe nifi morbi decurfu. Periculum enim eft, ne irritatio major, & contractio quam par eft, promoveatur, unde obftructiones vaforum fanguiferorum, vel glandularum cerebri augeantur,

antur, aut confirmentur. Quid si apoplecticus homo factus sit ob plethoram seu veram, seu apparentem vasa plus æquo distendentem, glandulas, ac ductus cerebri comprimentem, ob velocem nimis motum sanguinis in cerebrum, vel effusionem ejusdem e vasis cerebri, vel convulsionem?

Quo magis patet, non solum morbo diutius protracto purgantia, atque vomitoria medicamenta esse adhibenda, sed in ea tantum apoplexiæ specie, quæ seri copiam, aut crassiores, difficilesque humores vasa cerebri obstruentes pro causa agnoscit. Purgantia enim medicamenta cum serum educant, quo solidæ nostri corporis partes flaccescunt, systalticum etiam earumdem motum intendant, efficacissima esse medicamenta ad prodeuntes abhinc obstructiones tollendas, torpentesque spiritus excitandos nemo est, qui non videat. Manifestior adhuc res est de vomitoriis; convulsio enim fibrarum ventriculi cerebro facile communicatur, hinc crassos, inertesque humores eidem tenaciter inhærentes dissolvi contingit, atque obstuctiones spirituum secretionem, derivationemque prohibentes referari. Huc accedit, quod in plerisque adest pravorum humorum in primis viis apparatus, qui ab emeticis medicamentis tolli commodissime potest. Solo usu emeticorum nonnullos apoplexia liberatos fuisse compertum est. Id quod Helmontius præ cæteris testatur in libro in quo morborum sedem in anima sensitiva ponit, ac Wedelius confirmat in pathologia dogmatica aperte scribens, Jenensem quemdam tegularium, qui in apoplexiam inciderat, hoc remedii genere in pristinum valetudinis statum restitutum fuisse, ac Riverius lib. 1. prax. cap. 20. memorans nobilem virum ter intra biennium apoplecticum factum ab obstructione usu emeticorum felicissime curatum. Quo loco animadvertendum est, hisce fere rationibus ductum Cl. Pitcarnium Etmullerum carpere, qui miratur, atque ignorare se affirmat cur vomitoria utiliter præscribantur in apoplexia. Elem. med. phys. math. lib. 2. cap. 11. sect. 18.

Pulvere ex Scammon., aut diagryd. a gr. x. ad xx. Castor. elect. pul. ℈ *i. ad* ℈ *ii. &c. radice Ipecacuan. &c.*] Haud equidem purgantia quævis, & emetica, quæ passim a Scriptoribus commendantur in usum vocaverim, sed ea tantum, quæ præstantissimorum virorum cum multis, ac frequentibus, tum certis, ac constantibus observationibus utilia inventa fuerunt, & rationibus ab experimentis ductis confirmata. Purgante ex Scammonio Castor. &c. mira se in soporosis affectibus gravissimis præstitisse testatus est Cl. Trallianus, qui primus fere eodem uti cæpit, unde etiam pulvis Tralliani dicitur. Etiamsi Scammonio ad pondus scrupuli unius, Castoreo vero duorum, qua dosi fere Trallianus solebat, uti minus tutum videatur, tamen pulcherrima hujusce laus est neque nimium motum, neque nimiam irritationem inducere. Si de Scammonio sermo sit, succo videlicet lacteo plantæ cujusdam Scammoneæ dictæ, ex genere lactiferarum concreto, & ad solis radios siccato, quamvis uti ex planta colligitur succus iste homini infestus sit, innocuum tamen reddere conati sunt Veteres fere medici. Itaque alii succo acido cydoniorum, alii fumo sulphuris corrigebant. Cl. Boulducius in A. R. S. A. P. plurima experimenta de Scammonio, variosque præparandi modos proponit. Quinam laudabiliores non facile dixerim. Vel scammonio fumo sulphuris correcto utamur, vel succo cydoniorum soluto, deinde inspissato, quæ præparatio diagrydii titulo insignitur, vel alio quovis modo, illud certum est humores omnes sine ullo discrimine, & in quocumque subjecto educere.

Castoreum præ cæteris omnibus volatilibus remediis valere plurimum adversus soporosos affectus cum Veteres; tum Recentiores fere omnes Medici testati sunt. Quibus quemadmodum explicandæ sint Juncheri observationes, qui Castoreum non solum remedium soporis esse vult, sed soporiferam eidem virtutem tribuit, viderint alii.

Rad ice

Radice Ipecuannæ ex Brafilia non ita pridem ad nos advecta ad emefim promovendam tandiu utar, quandiu tutiora eadem, ac meliora inventa effe noverim. Ea eft enim, quæ cum leniter ftimulando nerveas ventriculi, & inteftinorum fibras per fuperiora, vel inferiora purgat, tum ftipticas communicando particulas, folidas partes atonia correptas mire corroborat, atque earum tonum reftituit; hinc eximius etiam ejufdem ufus in dyfentericis, atque omnibus fere alvi fluxibus. Sed de eadem plura alibi.

XXIV. *Mirum hæc omnia in aduftis ftrigofifque corporibus &c.*] Divifio apoplexiæ in calidam, & frigidam, quam Veteres Medici duce Hippocrate tradiderunt, fi juxta modernorum doctrinas explicetur, nihil eft cur placere non debeat. Quam calidam ipfi appellarunt, moderni ab acri irritante materia nerveas cerebri, ac meningum fibrillas pungente, vellicante, convellente repetunt. Hæc porro eos adoritur, quorum fluida fulphureis fubtilioribufque particulis onufta funt, folida vero nimium tenfa, atque ad ofcillandum parata. Adufta, ac ftrigofa corpora hifce de caufis apoplexia calida frequentius corripi cenfendum eft. Quæ cum ita fint, fpiritus volatiles oleofos, falia volatilia, elixiria, frictiones dolorificas, fternutatoria, purgantia emetica, atque alia ejufmodi, quæ in folidas partes agunt eas ftimulando, atque in crebriores, validiorefque contractiones cogendo, in fluidas vero, eafdem fundendo, ac colliquando infenfiffima effe nemo eft qui non videat. Novit damna, quæ in ægros emanarunt ex ufu iftorum medicamentorum Profper Martianus fapientiffimus Hipprocratis commentator lib. 2. de morb. p. m. 133, ac merito conqueftus eft. *Cum hæ igitur*, inquit, *fint apoplexiæ differentiæ* (nempe ab Hippocrate defcriptæ) *earumque enarratæ caufæ, videant pofteriores, quantum a præceptoris doctrina, & ex confequenti a veritate recedant, dum cujuslibet apoplexiæ caufam, aut faltem pro majori parte in pituitam frigidam, & humidam referentes, curationem perpetuo calefacientibus, & exficcantibus inftituunt, quandoquidem facta totius corporis purgatione, fi morbus præter inducias, ad vulgata fua decocta ex Guajaco, Saffaphras, aliifque fimilibus, tamquam ad columnas Herculis (non plus ultra) confugiunt, cum animadvertere deberent ex tribus apoplexiæ fpeciebus unicam tantum, & de raro contingentem in frigidos fuccos Hippocratis confilio referendam effe.*

His porro folis Clifteres laxantes, potus feri deftillati cum cephalicis floribus temperatis &c. Ea igitur in hac apoplexiæ fpecie probantur, commendanturque Hippocratis, & Martiani præeunte exemplo, quæ refrigerare, diluere, humectare habent, acrium humorum fpicula obtundere, falefque detergere, qui nerveas cerebri fibrillas pungunt, ac dilaniant. Hac enim ratione tolletur fpafmodica nervearum fibrillarum contractio, qua ductus atque emiffaria fpirituum occluduntur, unde eofdem fuas nativas dimenfiones reacquirere contingit, ac fpiritus animales fuas antiquas femitas repetere. Huc fpectant Clifteres laxantes, ferum lactis, jufcula avenacea, aquæ infipidæ, nulloque activo fapore præditæ, aliaque ejufmodi, ut unicuique apparere facile poteft. Hac fere methodo Mulierem quandam fervidioris temperamenti, aduftique corporis, convulfionibus obnoxiam, cum in apoplexiam incidiffet, ab eadem feliciffime liberatam fuiffe bona fide teftor. Quam optandum effet, ut medentes miffis innumeris fere medicamentis, quæ in auratis fulgentibus propolarum vafis ad oftentationem, & pompam fervantur, ejufcemodi morbos folius aquæ ufu pertractarent! Proclive eft credere tot obliviofos fenfu, motuque carentes, qui præpoftera methodo medendi letho traduntur, ad extremam ufque fenectutem facile perventuros.

XXV. *Extra paroxyfmum, ut æger omnino reftituatur, neve morbus recrudefcat, venæ fectio &c. in plethoricis. Cauteria in obefis &c.*] Animadverfione dignum eft quod

Stahliani tradunt apoplecticos, epilepticos; aliofque fimiles affectus ab affuetudine quadam fieri, qua certis ftatifque temporibus, præfertim vero Lunæ phafibus recurrunt, quæ affuetudo fi vitetur, morbus ipfe certo, feliciterque debellari poteft. Illud igitur enixe curandum eft, ut novus paroxyfmus præcaveatur; ubi enim femel unum præpediveris, alterum quoque præpedire non ita difficile erit, alios autem, atque alios rurfus præcavendo fieri poterit, ut morbi radices penitus evellantur. Si igitur plethora caufa morbi fit, quid venæ fectione ad novum paroxyfmum prohibendum efficacius?

Quo loco memorabile eft, quod ipfe compertum habui, nobilem quemdam virum valde plethoricum, quem debilis apoplexia femel oppreferat, repetita venæ fectione, non folum feliciffime tunc fanatum fuiffe, fed eadem fingulis menfibus ante Lunæ phafes inftituta, a recidiva, quam vehemens dolor capitis, vertigines, aurium tinnitus aliaque hujufmodi fymptomata prope eafdem Lunæ phafes invadentia portendebant, diu immunem fervatum. Mirum dictu fufcepti itineris caufa fpreto per imprudentiam remedio in fortem apoplexiam incidiffe, quam paralyfis fequuta eft, tandem mors. Si de cauteriis fermo fit fonticulis excitatis, nova naturæ emunctoria parantur, quibus pravi incongruique humores, fi qui terfam cerebri fubftantiam obnubilent, ac liberam fpirituum fecretionem, derivationemque prohibeant, extra corporis confinia educantur. Nec defunt exempla eorum, qui fonticulis excitatis a graviffimis capitis morbis liberati funt, iifdem vero aut natura, aut arte occlufis in eofdem relapfi funt. Sed de his plura inferius.

Illud folum hoc loco animadvertendum eft cavendumque quam diligenter, ne aduftus fit æger, atque exfuccus, ne apoplexiam præcavere ftudentes a copia craf-forum, vifcidorumque humorum cerebri glandulas obftruentium eidem a nimia fibrarum rigiditate, nec non bonis, laudabilibufque fuccis eductis, a defectu rorida fubftantiæ cerebri fibras oblinientis, anfam præbeamus.

In ferofis pillulæ maftich. vel de fuccin. Craton &c. quolibet octavo, aut fexto die &c.] Cum folvitur apoplexia, per aliquam fenfibilem evacuationem, urinas fcilicet, fudorem, aut falivæ copiam, qualis effe folet lue venerea laborantibus poft ufum Mercurialium remediorum folvi deprehenfum eft. Alvi autem fluxum præ cæteris morbis capitis opitulari, vel lippis, ac tonforibus notum eft. Et fane inteftinorum canalis omnium commodiffima videtur effe via, atque incongruis humoribus fanguinis, ac fpirituum crafim confpurcantibus, ac cerebri fubftantiam obnubilantibus educendis opportuniffima. Bilis enim, fuccus pancreaticus, lympha a glandulis Peyeri extillans, quæ varia natura funt prædita, perpetuo, & copiofe depluunt in horum cavitatem. Quidni igitur liceat conjectare magnam fieri a capite revulfionem, hærentes in eodem humores cujufcumque tandem naturæ fint facile dimoveri, atque abhinc prodeuntes morbos vel profligari penitus, vel plurimum faltem imminui? Quare falubre practicorum confilium, nifi fponte alvus aperiatur, eamdem arte follicitandam. Id autem facere fortioribus purgantibus minus prudentis eft. Periculum enim eft; ne fanguinis maffam fundendo, exagitando, falefque ipfius acuendo in fummam ægrorum perniciem facile cedant. Mitiffimæ porro, atque efficaciffimæ funt pillulæ Maftichinæ, vel de fuccino Cratonis, illæ quidem ratione mafticbes ftomacho, hæ vero ratione fuccini Cerebro amiciffimæ, utræque ratione aloes, quarum bafis eft ad ferofos, craffos, vifcidos, ac difficiles humores expurgandos opportuniffimæ.

XXVI. *Ufus feri lactis cum cichor. endiv. &c. in temperamentis fervidioribus &c.*] Quemadmodum in ea apoplexiæ fpecie, quæ lentam craffioremque pituitam, craffiores vifcidiorefque humores pro caufa agnofcit, ea quæ fale volatili oleofo

oleoso donantur visa sunt convenire ad heterogeneas quasque, omnesque impuritates eliminandas, atque e sanguinis massa præcipitandas, qui propterea in tota sua crasi depuratus optimum partibus nutrimentum, ac materiam spiritibus præbeat convenientissimam, ita ex adverso in ea, quæ nimiam humorum tenuitatem, acrimoniam, mobilitatem, illa quæ diluere habent, temperare, acria humorum spicula obtundere, læves politasque particulas in sanguinem introducere, nimiam fibrarum rigiditatem tollere, spasmodicas constrictiones relaxare, cujusmodi sunt serum lactis, cum herbis refrigerantibus destillatum, aquæ insipidæ, manifestius quidem est quam ut ullis rationibus possit comprobari. Verbo dixerim quæ methodus in curatione, eadem plane in præservatione adhibenda. Vid. com. in aph. 24.

XXVII. *Victus ratio in paroxysmo sit tenuis: jusculis æger contentus sit &c.*] Longe utilissimam esse ad sanitatis conservationem abstinentiam a cibis docuit Hippocrates lib. de morbis, inquiens: *Sanitatis studium non satiari a cibis*; & alibi: *nihil magis ad sanitatem facit, quam non satiari cibis, & impigrum esse ad labores*. Item: *Si quis pauca edat, nullum morbum experietur*: ut mittam quod habet lib. de prisca medicina, ubi ait: *Fames plurimum potest in hominum natura ad sanitatem*: & quod Celsus in eamdem sententiam tulit lib. 2. cap. 16. *Non ulla res magis adjuvat laborantem, quam tempestiva abstinentia*. Quæ si vera sunt, cur non optima in cibis temperantia quamplurimis morbis profligandis opportunissima est? Id quidem maxime valet in morbis capitis plerisque. Animadversioni occasionem dedit Plinius lib. 18. cap. 5. *Ut enim*, inquit, *tempestiva abstinentia summas in valetudine partes sibi vindicat: ita quoque in adversa plurimum momenti obtinet. Sanat enim plenitudinem, nimirum obesos, pituitosos, vitiaque ex pituita nata, apoplexiam, epilepsiam, comata, vertigines, & id genus alia*.

C A P U T II.

De Paralysi.

I. Paralyseos tres sunt gradus; primus motum aufert a partibus, non sensum, aut vicissim sensum externarum, & internarum partium, non motum; alter & sensum, & motum aufert superstite partis calore; tertius sublato sensu, & motu partem frigidam relinquit, quæ propterea paulatim extenuatur, & contabescit.

II. Si sanguis crassus, viscidus, lentusque fit, vel fibræ musculorum duræ, rigidæ, vel contra nimis debiles, & atonia correptæ, influentibus adhuc in ipsas spiritibus, motus cessat, salvo sensu.

III. Si talis fit muscularium fibrarum constitutio, ut spirituum influxu inflentur, tendanturque, nervi autem ad ipsas pertinentes ita flaccescant, ut motum ab objectis externis in organa inductum in sensorium commune transmittere nequeant, sensus cessabit salvo motu.

IV. Uterque cessabit si nervi extra cerebrum ita obstruantur, comprimantur, lædanturque in sua structura, ut neque spirituum influxus in partes, neque eorumdem e partibus in cerebrum excursus haberi queat.

V. Superstite quidem partis calore, ac nutritione, si succi nutritii motus minime intercipiatur, ex adverso si intercipiatur cum frigore, & macie.

VI. Causæ externæ sunt immodicum frigus, immoderata exercitia, natatio frequens, tumores prope spinalem medullam geniti, fracturæ ossium, vulnus, contusio, ligatura fortis, fumi e fodinis arsenici, antimonii, mercurii aliorumque mineralium exhalantes.

VII. Tremorem partium resolutioni supervenire bonum.

VIII. Curationem hujusce morbi aggressurus, si æger sit laxioris, debiliorisque structuræ, cujus facies, & universum corpus pallidum sit, atque humidum, pillulas de succino Craton. vel capital. Paracelf. a ʒ .s. ad ʒ i. trochiscor. alhand. a gr. ii. ad v. qualibet octava die exhibere soleo. Horum intermedio in usu sit decoctio theiformis fol. primulæ ver. salv. ivæ artheti. chamædr. fl. anth. cum sequenti pulvere ℞ Cor. Cer. limat. antim. diaphor. a ʒ 1. Cinnaber. nativ. vel antim. ℈ i. M. f. pul. a ʒ .s. ad ʒ i. exhibendus ut dixi per quadraginta dies.

IX. Ineunte vere eximii usus est decoctio ex Sarf. peril. elect. lign. Guajac. cort. ejusdem a ʒ ii. rasur. Cor. Cerv. ebor. a ʒ i. fol. bettoni. Sal. flor. anth. M. i. Viper. montan. fæmin. medietat. Aq. font. lib. i. f. M. ebul. ad consumpt. medietat. colatura detur mane jejuno stomacho per triginta dies. Ex ressid. quod est lign. sassaphr. rad. gram. a ℥ i. s. cinamom. ʒ ii. aq. font. lib. x. fiat coctio ad consumpt. tert. partis pro potu ordinario. Horum intermedio qualibet octava die prædictis pillulis purgantibus utendum.

X. Progressu temporis frictiones sunt præstantissimæ. Quare mastiches, olibanum, succinum, flores anth. lavendul. betton. super prunas accensas spargantur, fumus excipiatur panno sicco ex lana, & fricentur partes paralyticæ. Eædem postea ol. succin. lavendul. ror. marin. lumbricor. terrestr. liniantur.

XI. Ad luta thermalia opportuno tempore deveniendum tandem.

XII. Victus sit ex carnibus, & jusculis volucrium, columborum sylvestrium; ab acidis, caseosis, a vino vel prorsus abstineat æger, vel dilutum sit. Hujusce loco sit aqua Kalybe, lentisco, vel flor. til. liljor. conval. alterata. Curru vehatur Cælo sereno, non humido, nec ventis australibus flantibus.

XIII. In adustis, strigosisque corporibus solis clisteribus contentus sum ex lacte, jure, aut aqua hordei, vel lenientibus tantum pharmacis.

XIV. Vere autem succis Cichor. Portulac. Endiv. taraxac. ex jusculo tenerioris pulli, vel sero lactis cum iisdem plantis destillato ad ℥ x. quotidie per xxx. circiter dies; jusculа quoque avenacea, hordeacea, emulsiones ex semin. melon. quat. frigidor. nec non balnea aquæ dulcis emollientibus plantis alteratæ, lac asininum ex decoct. Sar. peril. & radic. chin., unctiones ex pingued. animalium præsertim humana mirum in modum conferre visa sunt.

XV. Quæ læsam nervorum structuram pro causa agnoscit, incurabilis est. Cur remediorum farragine fatigetur æger?

CA-

CAPUT II.

De Paralyſi.

I. P*Aralyſeos tres ſunt gradus : primus motum aufert a partibus, non ſenſum &c.*] Quinam morbus paralyſeos nomine inſigniri debeat nondum conſtat inter veteres Medicos . Alii cum Galeno , & Aretæo voluerunt paralyſeos nomen tribuendum eſſe morbo , in quo aboletur ſenſus unius alicujus partis , alii cum Tralliano in quo & motus , & ſenſus pereunt , alii demum cum Cælio Aureliano paralyſeos nomen latiſſime ſumentes vocarunt illum morbum , in quo non ſolum amittitur motus , & ſenſus , ſed illum quoque , in quo torpeſcunt . Recentiores porro Medici dubitationem omnem ſuſtulerunt paralyſim in certos quaſi gradus dividentes . Tres autem ſunt maxime illuſtres . Horum primus motum aufert a partibus, non ſenſum , aut viciſſim ſenſum aufert externarum , & internarum partium ſalvo motu . Illam quidem ſpeciem , in qua amittitur ſenſus externarum partium , frequenter contingere hiſtoriæ medicæ paſſim teſtantur . Sic Fernelius path. lib. 5. cap. 3. teſtatur virum ob immodicum vini uſum , & temulentiam amiſiſſe ſenſum cutis motu ſuperſtite : altera, in qua amittitur ſenſus externarum , internarumque partium, rariſſima eſt , ut propterea non deſint , qui cum Cl. Diamerbroekio Anat. lib. 8. cap. 1. fieri poſſe negent . Quos tamen falſum ſentire liquido conſtat ex obſervatione Cl. Boylei de virgine quadam , quæ amiſit ſenſum manus , ut acicula perforata nullo ſenſu doloris premeretur , carpum vero , & digitos moveret commodiſſime . Mirum poſtea , viro traditam ſenſum recuperaſſe . De aliis duobus omnes fere conveniunt . His addunt alii ſpeciem quamdam omnium leviſſimam , in qua & motus , & ſenſus torpeſcunt tantum , atque alteram in qua remanet ſenſus tactus cum dolore conjunctus , quæ pareſis appellatur . Sed hæ differentiæ ſunt minus ſpectabiles , atque ad primas reduci facile poſſunt .

II. *Si ſanguis craſſus, viſcidus, lentuſque ſit, vel fibræ muſculorum duræ &c.*] In primo gradu paralyſeos explicando , in quo ſcilicet motus ceſſat , ſalvo ſenſu , aut e contra , plerique hærent . Rem tamen facillime expediunt , qui ad motum muſculorum non ſpiritus tantum , ſed ſubtiliorem etiam ſanguinis partem , ſeu liquidum arterioſum dictum , ac certam fibrarum muſcularium , tendinearumque conſtitutionem neceſſariam eſſe exiſtimarunt . Nempe fibras muſculares cavas faciunt Medici fere omnes , ſi Stenonem , & Schelhammerum excipias ; atque illi quidem motum muſculorum non explicant , quin ſpiritus animales , ac liquidum arterioſum in muneris partem vocent , quamvis de modo diſſentiant inter ſe . Si enim Borellum , Williſium , Bernoullium alioſque plurimos audimus , putant cauſam moventem muſculos eſſe ebullitionem quamdam , ſive effervefcentiam a liquido nerveo , & ſanguine ſimul commixtis excitatam ; qua muſculorum fibræ ita diſtenduntur , ut quantum in longitudine amittunt , tantum in latitudine acquirant , ſicque membrum verſus principium trahentes varias motus determinationes exhibeant . Quam ſententiam nullatenus ſectari auſim , quidquid aliis videatur , cum Cl. Boerhaavio, ac Cyrillo exiſtimantibus nullam eſſe effervefcentiæ neceſſitatem , at ſufficere ſpiritus animales , ſeu lympham nerveam fluidiſſimam , tenuiſſimam maxime mobilem , & quacumque vi extra muſculum applicabilem a nervis in fibras eiſdem correſpondentes fluentem , eaſque dilatantem , ita ut permanente eadem cauſa momento fere temporis omnes fibræ muſculi turgeant , & contractæ maneant : cum enim turgentes fibræ arctent ſibi interpoſita intervalla , & vaſa ſanguifera ibi poſita , venas evacuari

cuari contingit, & arterias compreſſas repellere craſſiora, ſeu rubra ſanguinis, ſubtiliſſima vero vi cordis, & ſua in exiliſſimos canales urgere, ſicque expulſo ſanguine totum muſculi corpus ſubtili humore per nervos, & arterias concurrente allato turgere, & contrahi, ceſſante autem hac cauſa flacceſcere muſculum, & vigente fibrarum elatere reſtitui æquabile in omnibus partibus æquilibrium. Dici vix poteſt quantum infirmetur illorum opinio, qui ebullitionem, ſeu efferveſcentiam a liquido nerveo, & ſanguine ſimul commixtis excitatam cauſam moventem muſculos prætendunt, ſolum affirmando gratis aſſumi, ac neceſſariam non eſſe; immo tale phænomenon multo facilius explicari poſſe, & obſervationibus anatomicis ſuffulta ratione, & mechanica. Tollitur enim principium illud ſufficientis rationis Leibnitii ad rem comprobandam, quod cum nihil aliud ſit in rebus probabilibus, quam neceſſitas effectum connectendi cum cauſa, ſi ea dematur, nullum ſuppetit principium rationis ſufficientis, ergo nihil dictum. Atqui nulla eſt neceſſitas connectendi muſculorum motum, qui effectus eſt, cum efferveſcentia, ſive ebullitione a liquido nerveo, & ſanguine ſimul commixtis excitata, quæ cauſa, ergo per ſe corruit illorum opinio.

Cæterum non ſpiritus tantum, ac ſanguinem, ſed etiam naturalem quamdam diſpoſitionem fibrarum muſcularium ad ſe contrahendum, neceſſariam eſſe ad muſculorum actionem, manifeſta res eſt. Hæc porro dependere videtur a ſtructura fibrarum mechanica, qualiſcumque ea ſit, & quæ ad inſtar chordarum tenſæ in continuo ſeſe contrahendi, & corrugandi niſu ſunt præditæ, ut præ cæteris oſtendit Cl. Etmullerus. Et ſane obſervationibus compertum eſt, arterias, nervos, fibras omnes, utcumque tenſas criſpas eſſe, ac vi contractili naturaliter præditas, ſciſſas multum abbreviari, longitudinemque minuere, & in undularem quaſi ſuperficiem ſe contrahere, hinc ſemper eſſe ubique in ſtatu ſibi violento, ac ſuæ elongationi reniti, ac niſum facere ut contrahantur. Ex his liquido conſtare arbitror cur motus interdum auferatur ſalvo ſenſu. Influentibus enim adhuc ſpiritibus animalibus, ſi ſanguis craſſus, viſcidus, lentuſque ſit, in partibus facile ſubſiſtit, congelaturque, ſi fibræ muſculorum nimis duræ, rigidæ, aut contra debiles, & atonia correptæ naturalem illam diſpoſitionem ad ſe contrahendum amittunt, hinc vel quantum opus eſt turgere non poſſunt, ac breviores fieri, unde ceſſare motum neceſſum eſt. Cum impreſſiones ab objectis externis in nervorum extremitates inductæ (ſeu per nervorum tremores, atque oſcillationes, ſeu ſpirituum, & medullaris ſubſtantiæ undulationes) uſque ad cerebrum tranſmittantur, ſenſus remanet. Senſus enim non in parte fit, ſed in ſenſorio communi, nempe cerebro. Partes inſtrumenta ſunt, quibus impreſſiones objectorum externorum per nervorum ductum ad cerebrum deferuntur.

III. *Si talis ſit muſcularium fibrarum conſtitutio, ut ſpirituum influxu inflentur &c.* Ex hactenus allatis conſtat, quod ſi muſculares fibræ ita ſint conſtitutæ, ut ſpirituoſis partibus a ſanguine fortaſſe ſibi communicatis vigorentur, inflentur, tendantur, nervi autem ad eaſdem pertinentes, vel quod deficiat ſpirituum animalium in eaſdem influxus, vel quod ſpiritus nimis craſſi, viſcidi, lentique ſint, aut ſeroſorum humorum copia adſit, flacceſcentes ſint, ac laxi, motus quidem habetur, cum vero impreſſionum ab exterioribus objectis receptarum excurſus uſque ad cerebrum per nervi flacceſcentis ductum continuari non poſſit, ſuperſtite motu ſenſus aufertur. Quod ſine admiratione minime accipietur ab iis, qui cum Diamerbroekio cit. loc. hanc paralyſeos ſpeciem cum ob alias rationes, tum ob hanc potiſſimum dari poſſe negant, quod ad motum majore ſpirituum copia opus ſit, quam ad ſenſum, ideoque vix, ac ne vix quidem fieri poſſit, ut tanta ſpirituum copia influat in nervos, qui ſufficiant ad muſculorum actionem, non influat tanta, qui ad ſenſus ſatis ſint. Qui dici vix pot-

poteſt in quanta obſcuritate verſentur. Quid enim quòd majori copia ſpirituum opus ſit ad ſenſum quam motum non validiſſimum quidem, quemadmodum in viro robuſto, atque in perfectiſſimo valetudinis ſtatu conſtituto, ſed debilem, languidum, qualis demum eſſe poteſt in membro paralytico? Qui nimirum ſedentes crus cruri imponunt, ſenſum amittunt pedis, digitorum motum autem non amittunt. Iis qui calculo renum laborant, crus quod eſt e directo renis, cui calculus inhæret, ſtupidum fit, motu autem non privatur. Et tamen compreſſo in illis nervo crurali, in iſtis vero, qui ad muſculos lumbares Pſoas pertinet, ſpirituum animalium motus intercipitur, evidenti ſatis argumento majore copia ſpirituum opus eſſe ad ſenſum, quam ad motum.

Quamquam vero ſi demus etiam majore ſpirituum copia opus eſſe ad motum, quam ad ſenſum, vix in oppoſitam noſtræ ire poterit ſententiam, qui rem ſedulo ad trutinam revocans animadverterit fibras, & muſculos, a quibus dependet ſenſus, manus, vel pedis in eadem manu, vel pede eſſe, muſculos vero, a quibus manus, vel pes movetur, ante manum eſſe, vel pedem, ut obſervationibus anatomicis compertum eſt. Ita potuit virgo cujus meminit Boyleus amittere ſenſum manus, ut acicula eadem perforata nullo dolore afficeretur, carpum tamen, & digitos moveret.

IV. *Uterque ceſſabit, ſi nervi extra cerebrum ita obſtruantur, comprimantur, lædanturque &c.*] Tertius paralyſeos gradus, in quo amittitur motus, & ſenſus partium, explicatu omnium facillimus eſt, ut unicuique conſideranti apparere poteſt. Non opus eſt igitur hac in re diutius immorari. Illud potius hoc loco animadvertendum eſt diſtinctionem eſſe faciendam inter impedimenta motuum ſpirituum animalium, quæ hærent in cerebro, & quæ extra cerebrum ſita ſunt, vel nervorum obſtructio hæc ſit, vel compreſſio, vel læſa ſtructura. Si enim in cerebro hæreant, vel medullari ejus parte ex filamentis contexta, ex quibus nervi originem mutuantur, manifeſtum eſt apoplexiam ſupervenire debere. Si vero extra cerebrum, paralyſim, quod diligenter tenendum eſt, cum in hoc ſita ſit potiſſimum paralyſeos ab apoplexia differentia, ut oſtendimus cap. 1. de apopl. com. in aph. 2.

V. *Superſtite quidem partis calore, ac nutritione, ſi ſucci nutritii motus minime intercipiatur &c.*] Veteribus Medicis perſuaſum erat partes omnes ſanguine nutriri, & augeri. Et quia ſanguis penes ipſos quatuor conſtat humoribus, in eam opinionem venerunt, ut crederent, unamquamque corporis partem convenientem ſibi portionem ex ſanguine elicere. Non eſt cur ſingula rationum momenta afferamus, quibus opinionem hanc ſuam firmabant, utpote quæ a viris præſtantiſſimis Gliſſonio, Williſio, Warthono aliiſque pugnantibus pro ſucco nutritio jamdudum in Scolis invaleſcens profligata. Iis igitur materia nutritionis nihil aliud eſſe videtur, quam humor quidam defæcatiſſimus a cerebro per nervos ad partes omnes deſcendens, quem & ratione viæ, & uſus ſuccum nutritium appellarunt, atque illud quidem a ſpiritibus differre, quod & craſſior ſit, & glutinoſior, immo ipſorum vehiculum. Quare cum in paralyſi diuturna, ac contumaci pervertatur plerunque nervorum ſtructura, vel perverſa ſtructura nervorum cauſa ejuſdem ſit, fieri minus vix poteſt, quin ſucci nutritii per eoſdem excurſus prohibeatur, unde macies.

VI. *Cauſæ externæ ſunt immodicum frigus, immoderata exercitia &c.*] Quæcumque ſanguinem, ac ſpiritus congelare habent, fibras muſculares duras, rigidas, vel contra nimis debiles efficere, vel nervos obſtruere, aut aliter afficere, ut munere ſuo fungi non poſſint, ea paralyſi producendæ opportuniſſima exiſtunt. Immodicum frigus ſanguinem, & ſpiritus congelare adeo manifeſta res eſt, ut manifeſtior ſit nulla. Quid de immoderatis exercitiis dicam? Obſervatione di-

gnum

gnum eſt ruſticis, & bajulis qui pane, & vino miſerrimo utuntur, robur inſigne adeſſe, divitibus contra, lautioribuſque alimentis utentibus nullam fere energiam, ac vim: indicio ſatis manifeſto in illis fibras aſſidua exercitatione roborari, tendi, ac criſpari, ſuumque elaterem intendentes magnos, vividoſque motus, atque inſignes vires eorum corporibus communicare, in his ex adverſo exercitationis defectu laxari minimorum componentium fibras compagem, indeque debilitatem exoriri, minoremque ad motum aptitudinem. Hinc cordate Cl. Mercurialis oſtendit veteres Græcorum, & Romanorum athletas, nec non gladiatores non aliunde robur ſibi adſciſcere ſolitos fuiſſe, quam a vi, elatere, ac criſpatura fibrarum, quam aſſidua exercitatione acquirebant. Quod monere volui, ut intelligerent adoleſcentes exercitia potiſſimum in ſolidas partes operari eas tendendo, criſpandoque, ita, ut ſi immoderata fuerint, & diuturna, minimorum componentium fibras compages dura, quaſique cornea reddatur, unde paralyſis.

Natatio frequens.] Contraria omnino ratione natatio frequens paralyſi tribuit, fibras nimirum muſculares laxando, ac reſolvendo. Quæ cauſa frequentiſſima eſt ſi quæ alia. Hinc eſt infantum crura nutare ſic, ut corpus ſuſtinere non valeant. Spiritus enim animales, & liquidum arterioſum in fibras muſculares influere manifeſtum eſt. Reliquum eſt igitur, ut muſculares, ac tendineæ fibræ ita molles ſint, ac flaceeſcentes, ut licet inflentur, turgere tamen, abbreviarique non valeant ea ratione qua opus eſt ad corpus ſuſtinendum.

Tumores prope ſpinalem medullam geniti, fracturæ oſſium &c.] Non poſſunt tumores prope ſpinalem medullam exoriri, quin eorumdem mole nervi ab eadem proficiſcentes comprimantur, compreſſione vero intercipiatur liber ſpirituum animalium in partes influxus. Hinc paralyſes non raro prælto ſunt. Quæ cauſa cum ignota ſit Medicis, dici vix poteſt quam facile in fraudem inducantur ad unctiones, balnea, fotus, atque ſexcenta alia remedia extrinſecus applicanda membris paralyticis confugientes, quin affectæ parti occurrant, in eam ſpem adducti ut credant morbum hac ratione profligatum iri. Idem plane dictum velim, ſi vulnera, contuſio, ligatura fortis, quibus nervorum ſtructura pervertitur, morbo anſam dederit.

Fumi e fodinis arſenici, antim. &c.] Ex fumis mineralium paralyſes frequentiſſime oboriri obſervationibus cum Veterum, tum Recentiorum Medicorum compertum eſt. Doctrinam hanc egregie pertractarunt viri præſtantiſſimi, *Ramazzinus de morbis artificum*, & Fridericus Hoffmannus metallur. morbifer. Fumi nempe ejuſcemodi nervis ſunt infenſiſſimi. Partibus excepti contractionem tantam nervorum progignunt, ut eorumdem ſtructura pervertatur, ac ſpiritibus tranſmittendis, evehendiſque inepti evadant. Hinc eſt metallorum foſſores præ cæteris omnibus huic morbo in iiſdem plane incurabili obnoxios eſſe.

VII. *Tremorem partium reſolutioni ſupervenire bonum.* Quotieſcumque ſpiritus animales æqualiter, ac pleno flumine per nervos in fibras muſculares deferuntur, eaſdem concurrente neceſſaria ſanguinis arterioſi quantitate tendunt, atque optima fibrarum diſpoſitione ad ſe contrahendum vigente, muſculi munere ſuo egregie funguntur. Si ob impedimenta, quæcumque tandem ſint, vel in nervis, vel in fibris muſcularibus exiſtentia æqualis ſpirituum animalium motus interrumpatur, quaſdam fibras inflari, ac tendi contingit, quaſdam vero iiſdem penitus deſtitutas flacceſcere, hinc muſculos inæqualiter, atque inconcinne moveri, unde tremor ſupervenit. Quoniam vero reſolutio partium ab intercepto ſpirituum animalium influxu dependet, ſi tremor ſuperveniat, quidni liceat conjectare nervos ſuas naturales dimenſiones reacquirere, ſpirituſque animales ſuas antiquas ſemitas repetere? Quod ubi contigerit, paralyſim certo, feliciterque debellari manifeſtius quidem eſt, quam ut ullis rationibus poſſit comprobari.

VIII.

VIII. *Curationem hujufce morbi aggreſſurus, ſi æger ſit laxioris, debilioriſque ſtructuræ &c. pillulas de ſuccin. Crat.*] Curatio ut in omnibus fere morbis, ita in Paralyſi varianda pro cauſarum diverſitate. Alexandri Tralliani monitum fere eſt perbella obſervatione illuſtratum. Refert enim de viro quodam, qui ob diuturnum mœrorem improviſo cecidit in paralyſim. Cum quidam Medicus Hieram picram adhibuiſſet (purgans ſatis ſtimulans ratione aloes, quam continet) ita in pejus ruit, ut morti proximus videretur. Humectantibus, atque emollientibus in uſum vocatis in priſtinum valetudinis ſtatum reſtitutus eſt. Et ſane cum a mœrore exſiccentur, aridæque fiant fibræ corporis, purgantia, atque ea quæ ſtimulando operantur, morbum augere, aut confirmare nemo eſt, qui non videat. Cauſæ paralyſeos, quæ medicam opem expoſcunt, vel ſunt ſerum abundans muſculares, ac tendineas fibras relaxans, vel materia craſſa, lenta, ac difficilis eaſdem, ac nervos obſtruens, vel contra Muſculorum, ſeu tendinum ariditas nimia, aut humor quidam iiſdem impactus, aut nimis contrahens, exſiccans. Nervorum læſam ſtructuram reſtituere velle ridiculum plane videtur. Itaque ad paralyticum accerſitus, ubi deprehenderis eumdem laxiori, ac debiliori habitu donari, ejus faciem, atque univerſum corpus pallore perfundi, tumere, nonne ſatis evidens ſuppetit argumentum non aliunde paralyſim repetendam eſſe, quam a laxitate ſolidarum partium, ab humore pituitoſo, ſeu mavis craſſo, lento, ac difficili obſtruente, aut ſero copioſo nerveas, ac tendineas fibras plus æquo relaxante? Si ita res habet, luce clarius apparet, ea in uſum eſſe vocanda, quæ ſerum, & pituitam educunt, quæ exſiccant, quæ obſtructiones reſerant. Huc ſpectant primum purgantia non quidem fortiora, quæ ſanguinis maſſam fundere, agitare, ſaleſque ipſius acuere valent non mediocri ægrotantis periculo, ſed ſolum leniter ſtimulantia, cujuſmodi ſunt maſſæ pillularum, quæ in officinis proſtant, quarum non paucas licet fateri fas ſit minus practicis commendandas eſſe, ſi tamen ſermo ſit de pillulis de ſuccin. Craton. capit. Paracelſ. aliiſque ſimilibus, dici vix poteſt quantæ ſint efficaciæ in pleriſque chronicis morbis capitis a viſcido, ac lento oriundis, nec non ſolidarum cerebri partium atonia.

Trochiſc. alhand.] Colocyntis raro apud nos in uſum vocatur (utcumque multi infenſam ejus vim corrigere conati ſint, ut cap. 1. de apoplex. com. in aph. 18. oſtendimus,) niſi in alias compoſitiones recepta ſit, quarum in cenſu veniunt trochiſci alhandal, ideſt de colocyntide, quæ Arabibus alhandal dicitur.

Horum porro trochiſcorum in parca doſi uſus eximius eſt ad addendum pillulis ſtimulum. Etenim ſine eodem parum vel nihil fere purgare compertum eſt.

Horum intermedio ex uſu ſit decoctio theiform. fol. primulæ ver. ſalv. &c.] Præter purgantia ea ſunt adhibenda quæ depurare, ac rarefacere ſanguinem valent, obſtructiones ſenſim, ſenſimque reſerare, ac ſuperfluitates omnes extra corporis confinia educere. In horum cenſu veniunt cephalica medicamenta, cujuſmodi ſunt primula ver. ſalv. aliaque ejuſmodi, quorum virtus ex ſale potiſſimum pendet volatili ſulphureo, qua ſanguinis, & humorum volatilizationem, ut ajunt, promovere valent, & reſinoſa, ac balſamica ſubſtantia, qua nimis laxos, & obſtructos nervos corroborant, ac confirmant.

Corn. cer. limat. antim. diaphor. &c.] Sanguinis quoque motum accelerare, tenuitatem fluiditatemque eidem conciliare, omneſque impuritates e ſanguine educere communiter reputantur nonnulla quæ diaphoreticorum nomine veniunt; unde in tota ſua craſi depuratus optimum partibus nutrimentum, ac materiam ſpiritibus præbeat convenientiſſimam. Diaphoretica vi pollere creduntur cornu cerv. antimon. diaphoret. aliaque hujuſmodi. Verum animadvertendum eſt horum virtutem non adeo manifeſtam eſſe, quin in dubium revocari poſſit illo-

rum operatio. Arridet potius illorum opinio, qui putant acorem, quo fucci primarum viarum imbibuntur, corrigere, a quo fanguinis, & humorum denfitas, & arctior compages oriebatur, unde ad refolutionem difponantur.

Cinnaber. nativ., vel antimon.] Si tamen de cinnaberi fermo fit, cum fulpuris, & mercurii particularum dives fit, mercuriales autem fubtilitate fumma, tenuitate, mobilitateque præditæ fint, arctam ejufdem fanguinis, atque humorum compagem penetrare, craffamenta quæque incidere, obftructiones, atque infarctus referare valet.

Ubi ad mercurialia medicamenta pervenerint Medici in paralyfi, ad columnas Herculis (non plus ultra) fe perveniffe putant: falivationem per unctiones mercuriales, panaceas, diaphorefim per mercurium diaphoreticum dictum ex defcriptione Thompfon promovent. Dolendum tamen eventui felicitatem plerumque deeffe. Novi paralyticos, qui falivatione mercuriali fic in pejus ruerunt, ut venenum haufiffe viderentur. Ipfe non femel fola cinnaberi contentus fui, ejufdemque pulcherrimam laudem effe deprehendi, nocere non poffe. Quid aliud in hifce morbis optandum?

IX. *Ineunte vere eximii ufus eft decoct. ex farf. peril. lign. Guajac. &c.*] Illud fummopere attendendum eft in refolventium ufu, ut ab iis, quæ humores ad fluendum difponunt, exordiamur. Sarfa perilla, ligna Guajac. & hujufmodi alia fudorifera, ac refolvente vi maxima pollere, vifcidiores fanguinis partes, & quæ facile in mufculorum, ac ligamentorum interftitiis hærent, acorem omnem præfertim fixiorem corrigere, & univerfam fluidorum maffam valide refermentare communiter reputantur. Hinc ubi contumax fuerit Paralyfis, & cætera mitiora fruftra tentata, ad eadem tandem deveniendum. Extracta ex viperis, & aliis animalibus fpiritibus abundantibus plurimum paralyfi curandæ conferre creduntur, tum quod contentorum fpirituum augendo activitatem nerveis filamentis tenfionem comparant, tum etiam quod nutrientes, & fumme activas particulas filamentorum meatibus inferendo, & validiorem tonum, & folidiorem texturam adipifcuntur. Sed plura ubi de Scorbuto.

Horum intermedio qualibet octava die prædictis pillulis purgantibus utendum.] Cum refolvuntur humores, aut ad refolutionem difponuntur, ut plurimum impuritates quædam deponuntur, quarum propterea eliminandarum cura habenda. Secus enim vel nobiliora membra invadent, vel iifdem extra corporis confinia minime eductis, vix, ac ne vix quidem optato fine potiri poterimus. Confultum hinc medentibus vifum eft, refolventium ufui nunc diuræticorum, nunc purgantium ufum interponere.

X. *Progreffu temporis frictiones funt præftantiffimæ. Quare maftiches &c.*] Ubi ægri multo fero, ac pituita abundant, frictiones in principio morbi adhibendas non effe facit potiffimum ea ratio, quia per frictiones nondum abfumto fero, refolutifque humoribus per interna medicamenta novi attrahuntur humores ad partes, & paralyfis augetur. Frictiones ficcæ non folis manibus, fed panno nunc afperiore, nunc minus afpero peraguntur. Hifce virtus plurimum refolvendi tribuitur. Quid fi fumus ex maftiche, olibano, fuccino, atque aromaticis, cephalicifque plantis fuper prunas ardentes fparfis exhalans eodem excipiatur? Refina nimirum balfamica, ac tenui, volatilique fulphure, quibus eadem fæta funt, hærentes in mufculorum fibris humores dimoveri, ferum omne fuperfluum abfumi contingit, nervos nimis laxos, & lentis, ac difficilibus humoribus obfefsos corroborari, obftructionem omnem penitus tolli, aut plurimum faltem imminui.

Ecquis juftis laudibus æquare valeat olea ftillatitia multa, lavendulæ, roris marini, & hujufmodi alia, quæ fubtiliffima cum fint, ac fale volatili fulphureo tenuiffimo prædita, poros cutis citiffime fubire valent, in fibrarum interftitia fefe infi-

infinuare, arctiora quæque penetrare, folidorum elaterem intendere? Quid aliud requiritur ad membra paralytica reftituenda? At proh dolor! quam fæpe oleum, & operam perdimus! Quam raro votis eventus refpondent!

XI. *Ad luta thermalia opportuno tempore deveniendum tandem.*] De lutis thermalibus teftatur Petrus Foreftus obf. lib. 10. obf. 85. egregie illa conducere ad paralyfim, idque a fe, cum Patavii effet, vidiffe confirmat. Luta ac balnea Aponenfia prope Patavium fita frequenti in ufu nobis funt. In horum operandi ratione non eft cur diutius immoremur, cum perbelle admodum, atque elegan-ter tradiderit Jo. Gratianus in eorumdem examine cap. 7. Cum enim modico, ac tenui fale, nec non fulphure lutum fcateat, poros circa fubire, atque interftitia quæque fibrarum penetrare contingit, impactam membris materiem commoveri, ac comminui, fundi eamdem, ac diffipari, tandem tonum partis reftitui. Balnea, & luta thermalia folent circa veris finem ufque ad autumni declinationem celebrari. Obfervationibus autem compertum eft, circa finem veris, & autumnali tempore inftituta debilius agere. Quod tunc præfertim contingit, cum aer, uti Vere, & Autumno folet, pluviofus, atque humidus eft. Baccius lib. 2. de therm. cap. 8. *Hæ autem*, inquit, *evidenter ex pluviis contaminantur tum præfentibus, tum prægreffis, ac vernalibus ante alias.* Et paulo poft fubdit: *Quamobrem magnis imbribus inter ufum balnei fientibus fuperfedendum aliquantulum eft.*

Licet porro eidem probetur balneorum ufus circa finem æftatis, atque autumni principium; nihilominus tamen debilius agere tunc temporis inftituta oftendit cap. 15. *Tum quia ante balneum corpora funt reficcata, ac laffata prægreffis æftibus; tum ob incommoda fupervenientis hyemis, quæ non adeo faufta folet effe balnei operationibus.*

XII. *Victus fit ex carnibus, & jufculis volucrium &c.*] Inter animantia, plus gelatinofæ fubftantiæ ineft in quadrupedibus domefticis, quam in fylveftribus, & volucribus, quæ propter vehementiorem corporis motum puriorem, & liberiorem aerem, in quo degunt, & ficciores cibos plus habent fubtilis, levioris, & mobilioris fubftantiæ, hinc in morbis a craffa, vifcida, ac difficili materia oriundis, a laxitate fibrarum, ac fpirituum jactura eximius eorumdem ufus.

Curru vehatur, cælo fereno &c.] Multa funt exercitationum genera, ambulatio, faltus, pilæ lufus, armorum tractatio, equitatio, currus, & hujufmodi alia. Propter motus impedimenta curru tantum exerceri poffunt paralytici, cujus quidem, uti & cæterorum omnium motuum hi fere funt effectus. Partes folidæ robuftiores fiunt, fluida vero alterna mufculorum contractione, & relaxatione attenuantur, funduntur que, unde fanguinis, ac fpirituum motum augeri contingit, in partes, quæ eorumdem influxu deftitutæ funt, promptius influere, atque membra paralytica corroborari, firmarique.

XIII. *In aduftis, ftrigofifque corporibus folis Clifteribus contentus fum &c.*] Ubi res fit cum aduftis, ftrigofifque corporibus ftatui citra ullius erroris fufpicionem illud poffe videtur, paralyfim a fibrarum mufcularium, ac tendinearum ariditate nimia ortum traducere. Tunc vero cane pejus, & angue vitanda funt omnia medicamenta, quæ exficcare, arefacere valent, quæ fanguinis maffam fundere, exagitare, falefque ipfius acuere. In horum cenfu veniunt in primis purgantia, decoctiones ex lignis fudoriferis, ex vegetabilibus fale volatili oleofo fæta, frictiones ficcæ, afperæ, aliaque id genus fupra recenfita. Corpus enim iftorum remediorum ufu exficcatur majorem in modum, & fibrofo generi ftimuli addun-tur, unde mufculos, ac tendines arefcere magis contingit, atque abhinc paralyfim augeri, aut confirmari. Ea igitur, quæ ariditatem nimiam, ficcitatemque tollunt, quæ univerfum corpus refrigerant, humorum maffam temperant,

ac nutritio rore humectant, visa sunt convenire. Primum locum sibi vindicant Clisteres emollientes. Hisce enim totus intestinorum canalis, ejusdemque tunicæ aridæ, atque exsuccæ, & viscera imi ventris mirum in modum refrigerantur, atque universum corpus, caput præsertim, cujus adeo insignis cum illis communicatio est, mirifice recreatur.

XIV. *Vere autem suc. cichor., portulac. &c.*] Egregie scriptum reliquit Hippocrates lib. de loc. in hom. *Morbus qui in sicco est stabilitur, & non cessat.* Quod sane ansam dat medentibus ad paralysim a siccitate nimia, & ariditate fibrarum muscularium, ac tendinearum continuo emollientium, atque humectantium usu pertractandam. Hinc succi plantarum, quæ nullo activo sapore sunt præditæ, quæ odoris expertes, ac succo plenæ, quæ farinosa sunt, & blando, mitique oleo demulcente donantur, cujusmodi sunt emulsiones ex seminibus frigidis, jusçula avenacea, hordeacea, lac præsertim asininum, utpote serosius, & ad diluendum aptius, cæteris posthabitis adhiberi solent.

Unctiones ex pinguedine animalium &c.] In nervorum affectibus a nimia tensione, & contractione obortis pinguedines animalium præ cæteris convenire, facit potissimum ea ratio, quia sale volatili blando, demulcente, naturæ animalium amico nervos, ac fibras laxante, atque ab ulteriori stimulo tuente prææditæ sunt. Quid naturæ hominis congruum magis, quam ipsius hominis pinguedo? Id diligenter tenentes empyrici desperatos istiusmodi morbos feliciffime curant non sine illorum admiratione, qui pretiosis chymiatrorum remediis indulgent. V. Hoffman. an. in Poter. obs. cent. 1. cap. 45.

C A P U T III.

De Comate vigili, Caro, Comate somnolento, & Lethargo.

I. SOmni contra naturam, eique vim inferentis, ac gravissimis symptomatibus stipati quatuor sunt species. Coma vigil, Carus, Coma somnolentum, Lethargus.

II. Coma vigil somnus est contra naturam, in quo æger externis plerunque sensibus dormit, internis vero vigilat, ac delirat.

III. Causa ejus proxima est partim spirituum animalium penuria, partim vero eorumdem acrimonia, veneni ad instar medullares Cerebri fibras, hisque appensos nervos mordens, ac vellicans.

IV. Plerunque comes est febrium malignarum.

V. Signa sunt oculi clausi, & conniventes, decubitus qualis dormientium non raro supinus, si excitetur æger, oculos aperit, mox vero claudit, quandoque e lecto prosiliens adstantes impetit ad instar furentis, facie torva intuetur, mox decumbit, summa inquietudine afficitur, dormiendi impotentia, rerum terribilium imagine, clamat, absurda loquitur, fixo delirio tenetur, manus, brachia, crura, aut totum etiam corpus inordinate jactat.

VI. Curatio omnis ad febrem, cujus symptoma est, dirigenda. Febris peculiari veneni naturæ adversantibus remediis tractanda.

VII. Somnus profundissimus, & ad Apoplexiam primus quasi gradus

Carus

Carus eft morbus ab exteriore aliqua caufa productus, aut alterius morbi fymptoma.

VIII. Huc Opii, Nucis mofchatæ Croci, Hyofciami, Mandragoræ immodicus ufus, necnon Opii, Croci, Hyofciami Mandragoræ effluvia, vinorum, & rerum fermentefcentium fumus, uti pariter carbonum, nucum juglandium, nucis vomicæ, hydrargyri, aliorumque foffilium, locorumque diu claufórum halitus, acceffiones febrium intermittentium, quæ perniciofæ vocantur, huc caufæ fingulæ, & univerfæ apoplexiæ remiffius operantes, præfertim ictus, percuffiones cranii, perforatio ejufdem.

IX. Signa funt profundiffimus fomnus ægrum fubito invadens, a quo nonnifi magno clamore, aut acus punctura excitatur, fed ægre admodum; oculos enim aperit, puncta membra contrahit, fed interrogatus non refpondet, ac eodem fere momento conniventibus oculis, membrifque quiefcentibus in eumdem foporem relabitur, refpirat libere, non ftertit, febre caret, nifi in acceffionibus febrium perniciofarum id contingat, atque earumdem fymptoma fit.

X. In Caro a narcoticis præpoftere adhibitis, vel ab halitibus ante memoratis oriundo frictiones, & cucurbitulæ ficcæ, clifteres acres, affufio aquæ frigidæ in caput mira præftant.

XI. Acetum tamen cum naribus admotum, tum intus propinatum cæteris palmam præripit.

XII. Ubi acceffiones febrium intermittentium morbo anfam dederint, Quinquinna quam citiffime, & antequam alter paroxyfmus invadat etiam ad unciam partitis vicibus exhibenda.

XIII. Coma fomnolentum nihil eft aliud, quam fopor profundus, a quo fi excitetur æger, oculos aperit, & interrogatus refpondet, neque valde obliviofus eft, ftatim vero in eamdem fomni imaginem delabitur, dormitque ut plurimum hiante ore, maxillaque inferiore demiffa, febre vel caret, vel exigua admodum tenetur.

XIV. Caufæ eædem funt, ac aliorum foporoforum affectuum remiffius operantes, quam in Caro, & Lethargo.

XV. Eft Lethargus profundiffima fomni fpecies cum febre continua, & lenta, delirio, atque oblivione.

XVI. A redundantia humoris aquei, ferofique fibrarum Cerebri tonum enervante, a fanguine craffo, vifcidoque, vel materia lenta, ac difficili corticalem cerebri fubftantiam obftruente, quandoque cum phlogofi ejufdem ortum traducens.

XVII. Caufæ antecedentes, & externæ funt ciborum, potuum, & rerum frigidarum abufus, aer paluftris, locorum humidorum incolatus, ætas fenilis, puerilis, vini, & veneris immodicus ufus, corporis fegnities, vel immoderata exercitia, fomni longi.

XVIII. Signa funt perpetua dormiendi neceffitas, difficilis a fomno excitatio, & ftatim in ipfum relapfus, oblivio, delirium, fupinus decubitus, rerum apprehenfarum e manibus delapfus, palpebræ imperfecte clau-

fæ,

fæ, os diductum, dilapfus in pedes, febris lenta fub noctem quotidie ingravefcens (nifi forte Lethargus fymptoma fit inflammationis vifcerum, vel male affecti ventriculi, aut acceffionum febrium intermittentium, quo cafu febris varia eft pro vario morbi ftatu, ac conditione) refpiratio debilis, & rara, pulfus tardus, rarus, undofus, inæqualis, & quandoque intermittens, alvus liquida, urina vel tenuis, & aquofa, vel turbida qualis jumentorum, facies tumida, & pallida, lingua mollis, & alba.

XIX. Lethargici feptem diebus moriuntur, fi vero hos evaferint, fani fiunt. Hip. 2. de morb.

XX. Dolor capitis vehemens, febris intenfior facta, univerfi corporis tremor, paralyfis lethargo fuperveniens brevi ægrum moriturum portendunt.

XXI. Si parotides erumpant, præfertim die critico, aut multa per nares, & fputum excernantur, febrifque, & cætera fymptomata mitefcant, fpes eft ægrum fervatum iri.

XXII. Qui ex Lethargo fanantur Empyci fiunt. in coac. & 3. de morb.

XXIII. Melius eft phrenitidem fupervenire lethargo, quam phrenitidi lethargum. Uterque tranfitus femper magni faciendus.

XXIV. In lethargi curatione, ubi febris acuta fit, fervidior ægri temperies, faciei, & oculorum rubor, virefque confiftant, venæ fectionem inftituo, primum quidem bafilicæ brachii, tum fi fuppreffæ fint improvifo naturales evacuationes fanguinis, menfium præfertim in Mulieribus faphænæ pedis.

XXV. Cucurbitula magna Occipiti applicata cui prodeffe non valeat ?

XXVI. Si vero febris lenta fit, ægri temperies frigida, ut ajunt, & humida, facies, & univerfum corpus pallidum, confuetas per os, nares feri, & pituitæ excretiones fuppreffas habeat, cucurbitulas, frictiones ficcas per univerfum corpus, cataplafmata ex feminibus Sinapeos fermento acerrimo, vel fapone nigro commixtis, aut ex limacibus cum cortice contufis plantis pedum applicari jubeo, naribus fpongias aceto forti imbutas admoveri.

XXVII. Si urina turbida, & qualis jumentorum appareat, purgans ex fcam. fulphur., vel diagryd. a gr. x. ad ℈ i. caftor. elect. ℈ ii. cum fyrup. acetof. fimplic. exhibeatur.

XXVIII. Si Lethargus febris alicujus, vel inflammationis, aut alterius morbi fymptoma fit, a purgantibus prorfus abftineo, contentufque fum folis Clifteribus bis, ter, quaterque in die inijciendis.

XXIX. In Lethargo primario, & frigido, ut ajunt, cæteris fruftra adhibitis, ad fternutatoria devenio, aquam frigidam capiti affundi, veficantia tandem brachiis, & cruribus applicari jubeo.

XXX. Suis nominibus exclamati excitentur ægri, deque rebus, quarum cura fumma iis fuit ante morbum, fermo habeatur. In cubili lucido, bene claufo, aere intus contento, vapore aceti, caftorei, pulegii, hyffopo, Majorana alterato ferventur.

CAP.

CAPUT III.

De Comate vigili , Caro &c.

I. S*Omni contra naturam , eique vim inferentis , ac graviſſimis &c.*] Nemo ignorat quandiu cerebrum , ejuſque medulla , & abhinc prodeuntes nervi , & muſculi debita ſpirituum copia turgent , adeoque debita tenſione gaudent , tandiu externorum internorumque ſenſuum organa , motuum item voluntariorum inſtrumenta ita eſſe diſpoſita , ut ab objectis facile affici , facile item conſuetos motus exercere poſſint . Hæc porro diſpoſitio vigilia naturalis dicitur. Si medullaribus cerebri fibris , hiſque appenſis nervis , & reliquis fibris debitus ſpirituum animalium influxus denegetur , unde minima , ac ſubtiliſſima vaſcula exinanita flacceſcant , externorum ſenſuum motuumque a voluntate pendentium organa libere , atque expedite munera ſua obire non poterunt ; hinc ſenſus externos obtundi primum , deinde aboleri , motus a voluntate pendentes retardari primum , deinde ceſſare , organa iiſdem deſtinata collabi , reſolvi , ac paralytica fieri , ac demum internos ſenſus inconcinne , ac non adeo prompte exerceri manifeſta res eſt . Qui ſtatus fere ſomnus appellatur . Somnus autem alius naturalis eſt , alius non naturalis . Naturalis , dummodo modum ſervet , tantum abeſt , ut hominem lædat , ut plurima ab eo emolumenta naſcantur . Cum enim muſculi voluntariis motibus deſtinati in ſomno collabantur , & flacceſcant , motuſque eorum ceſſent , motus vero cordis , vaſorum ; & viſcerum fiat fortior , æquabilior , robuſtior , ut cap. de apop. com. in aph. 8. demonſtratum eſt , hinc humorum circuitum per vaſa majora , & a corde non multum diſſita validiorem , & æquabiliorem fieri contingit , ſecretiones omnes promoveri , ciborum coctionem , perſpirationem , nutritionem perfectius peragi , vires quamplurimum refici , ac roborari . Ciborum coctionem multo facilius , & melius peragi ſomni tempore , quam vigilia veteres fere medici Hippocrates , Galenus tradiderunt . Ex quo liquet prudenter admodum ſapienterque ſe gerere ſolitos fuiſſe , qui parciſſimo cibo in prandio , uberiori autem in cœna utebantur . Quam quidem conſuetudinem Veterum Romanorum fuiſſe conſtat ex Cl. Mercuriali , qui teſtimonio Plutarchi aliorumque refert id agere ſolitos non tantum ob vitæ commodum , cum occupationibus privatis , publiciſque mane diſtinerentur , ſed ad valetudinem conſervandam , quod multo facilius , ac perfectius concoctio ciborum peragatur dormiendo , quam vigilando . Vim ſomni naturalis ad nutritionem augendam manifeſtant præ cæteris ea animalia , quæ cum bonam anni partem ſomno conſumant , pinguiora fiunt . Ejuſmodi ſunt Glires , Hyſtrices , Taſſi , & alia , de quibus Martialis:

Tota mihi dormitur hiems , & pinguior illo
Tempore ſum , quo me nil niſi ſomnus habet .

Uberiorem fieri inſenſibilem perſpirationem doctiſſimus Sanctorius in ſua medicina ſtatica expertus eſt . Quadraginta enim uncias ſanguinis ſomni tempore emitti , vigiliæ vero ſolum viginti æquali temporis ſpatio deprehendit .

Somnus non naturalis in ſomnum præter naturam dividitur , & contra naturam . Somnus præter naturam , naturæ quidem modum non ſervat , ei tamen vim non infert , & morboſus non eſt . Inter hujuſce ſomni ſpecies eminet ille qui deficit a ſomno naturali , ſeu pars ſomni , & vigiliæ eſt , in quo homines ſenſibus internis , & externis partim vigilant , partim dormiunt , quo ſomno corripiuntur noctambuli , ſomnambuli , qui dormientes ad interrogata reſpondent , quorum exempla extant apud Ariſtotelem , Diogenem Laertium , Gale-

num ,

num, Horſtium, Jonſtonum, Schenchium, Taſſonum, Clauderum, Grebnerum alioſque eximios Scriptores relatos a Jo. Maria Pigatto Medico apud Vicentinos ſupra ætatem florentiſſimo, qui ſingularem plane, mirabilemque hiſtoriam ſomnambuli cujuſdam adhuc viventis Italico ſermone conſcripſit (1743. In Venezia per Giuſeppe Bettinelli.) Hoc eodem ſomno corripiuntur Sagæ, quarum phantaſiæ variæ rerum ideæ a Diabolo objiciuntur, imprimunturque adeo vehementer, ut dormientes non ſolum varia imaginentur, ſed eadem ſibi contigiſſe pro certo credant experrectæ. Somnus tandem contra naturam non ſolum naturæ modum non ſervat, ſed eidem vim infert, atque inter graviſſimos morbos recenſetur. Quod erat Adoleſcentibus declarandum, ut traditæ ſomni diviſionis momentum aſſequi commode poſſent.

II. *Coma vigil ſomnus eſt contra naturam, in quo æger externis plerunque ſenſibus dormit &c.*] Coma vigil lethargus ſpurius a nonnullis dicitur, a Galeno typhomania, cæteris autem Græcis coma ἄγρυπνον, ideſt coma vigil medius quaſi inter pervigilium, & coma hypnodes, ideſt ſoporiferum. Cum dicimus hominem comate detentum externis ſenſibus dormire, nihil jam aliud intelligimus, quam defectum diſpoſitionis organorum, quæ iiſdem dicata ſunt ad aſſueta munia obeunda, unde obtundi primum, deinde deſinere neceſſum eſt: non illorum, quæ ſenſibus internis ſunt deſtinata; unde eoſdem inordinate, nec ita vivide exerceri contingat (in quo potiſſimum eſſentia ſomni naturalis ſita eſt) tantum enim abeſt, ut proxima diſpoſitio organorum ad internos ſenſus exercendos deficiat, aut langueſcat, ut potius aucta ſit; ex quo ſequitur, ut non ſolum vividius iidem exerceantur, & continuo homo vigilet, ſed cum medullarium cerebri fibrarum, nerveorumque filamentorum, ſeu organorum ſenſibus internis dicatorum motus inordinati, inconcinni, ac convulſivi ſequantur, anima falſum de rebus apprehenſis judicium ferat, ac vigiliæ delirium ſuperveniat, quod palam fit per ea verba, *internis vero* (nempe ſenſibus) *vigilat, ac delirat*.

III. *Cauſa ejus proxima eſt partim ſpirituum animalium penuria, partim vero eorumdem acrimonia &c.*] Ubi adeſt penuria ſpirituum animalium, medullares cerebri fibras, hiſque appenſos nervos, ac muſculos flacceſcere præter modum debere manifeſtum eſt; hinc exteriorum ſenſuum, motuumque voluntariorum organa inepta evadere ad actiones ſuas exercendas neceſſum eſt. Hinc eſt ceſſantibus omnino externis ſenſibus, motibuſque a voluntate pendentibus, nec non organis iiſdem comparatis collabentibus, corpus decumbere profundo veluti ſopore detentum.

Quod ſi adſit acrimonia eorumdem, medullares cerebri fibras, immo & nervorum his appenſorum filamenta inordinatis, atque inconcinnis cieri motibus, mire agitari, ac concuti contingit, hinc delirium, ac vigiliam ſupervenire.

IV. *Plerunque comes eſt febrium malignarum.*] Quænam febres malignæ dicendæ ſint, quæſtio eſt. In hac tamen opus non eſt diutius immorari. Sive enim illæ febres malignæ appellandæ ſint, quæ fraudulenter, veluti maligni homines procedunt, ac ſub alterius morbi ſpecie invadunt, ſive illæ, quæ ſymptomatibus inter ſe diſcrepantibus, pulſuum nimirum celeritate, ac modico calore, linguæ ariditate, ac nulla fere ſiti, ac morbi generali ſtatu cum urinarum cruditate, ac tenuitate conjuncto ſtipatæ ſunt, ſive demum illæ, quæ virium collapſu, pulſuum parvitate inter initia ſtatim ſe produnt ſine cauſa manifeſta, illud citra ullius erroris ſuſpicionem ſtatui poſſe videtur, non aliam malignarum febrium eſſe cauſam quam venenum. An venenum febrium malignarum vim coagulandi, figendique ſortitum ſit, ut placuit Cl. Williſio, vel diſſolvendi corrodendique, quemadmodum Sylvius arbitratus eſt, non facile dixerim.

Credi-

Crediderim enim quafdam effe febres malignas, quarum caufa venenum fit diffolvens, ac colliquans, quorum in cenfu veniunt illæ, quæ peftilentiales ftricte dicuntur, quafdam e contra, quarum caufa venenum fit cogendi figendique vi præditum, cum folidarum partium gangræna, ac fphacelo, quafdam demum non aliunde, quam a veneno partim coagulandi, partim folvendi facultatem nacto repetendas, quæ omnium frequentiffimæ funt, atque a medicis vix, ac ne vix quidem animadverfæ. Illud porro quam diligenter hoc loco tenendum eft, venenum cujufcumque tandem naturæ fuerit, fpiritibus maxime infeftum effe, profligare eofdem, atque incongruarum particularum adinixtione inquinare, unde eorumdem inopia, atque acrimonia peccante coma vigil fubfequi neceffum eft.

V. *Signa funt oculi claufi.*] Tentemus vires ingenioli noftri, an per affignatam inopiam, atque acrimoniam fpirituum fingula hujufce comatis fymptomata explicare valeamus. Nemo ignorat oculorum occlufionem fieri per contractionem Mufculi conftringentis palpebras, cujus naturalis vis major eft vi naturali Mufculi eafdem attollentis. Cum ob inopiam fpirituum mufculi palpebras attollentes non fatis vigorentur, ab actione fua feriantur, unde oculi conniventes, & fere claufi, volentibus, nolentibufque animalibus apparent.

Decubitus qualis dormientium non raro fupinus.] Quotiefcumque fpiritus parcius per nervos fluunt, quam ut organis fenfibus externis, ac motui voluntario dicatis roborandis fufficiant, eadem concidere, ac collabi neceffum eft, hifce autem collabentibus corpus non fecus ac in dormientibus decumbere manifeftum. Si vero fpiritus parcius adhuc fluant, quam fufficiant contrahendis tot Mufculis, quot funt neceffario contrahendi, ut Animal vel in latus, vel contractis cruribus, vel plicatis, complicatifque brachiis decumbere valeat, fupinum decumbere cogetur vi ipfiufmet fui ponderis concidente corpore.

Si excitetur æger, oculos aperit, mox vero claudit, quandoque e lecto profiliens &c.] Si nervi mufculorum attollentium palpebras majore copia fpirituum in eofdem influente inflentur, tendanturque, vel fponte id contingat, vel occafione impreffionis alicujus extrinfecus advenientis, oculos aperiet æger, fed iifdem fpiritibus propter inopiam intra mufculos quiefcentibus, ac flaccefcentibus nervis rurfus claudere cogetur. Ob id potiffimum exilit e lecto, manus infert, mox decumbit. Cum enim fpiritus particulis venenatis, acribus admixti per nervos cæco impetu irrumpant, medullarefque cerebri fibras, hifque appenforum nervorum filamenta confufe, varie, inordinateque concutiant, fpecies excitant irarum, injuriarum, & hujufmodi, hinc ii mufculorum motus præfto funt, qui ad odium, ad indignationem funt opportuni; deficiente autem neceffaria fpirituum copia ad eos motus diu confervandos, collapfis nervis rurfus Animal decumbit.

Summa inquietudine afficitur dormiendi impotentia &c.] An ad alias caufas melius, quam ad medullarium cerebri fibrarum, nervorumque his appenforum filamentorum inordinatam concuffionem retuleris inquietudinem, dormiendi impotentiam, rerum terribilium imaginem ? Si inordinata hac nervorum concuffione, perturbatoque motu terroris, rerum abfurdarum fpecies excitentur, clamat pavens, abfurda loquitur: immo fi certæ folum fibræ certa femper ratione tendantur, fixum contra definitam aliquam rem delirium orietur. Undenam tandem inordinatos motus manuum, brachiorum, crurum, ac totius corporis aptius repetas, quam ex perturbato, atque irregulari fpirituum, ac nervorum motu, atque abhinc prodeunte inculcata toties varia concuffione? Tamen facile conijcio non defuturos, quibus hæc philofophandi ratio difpliceat, cum in ea fint fententia, ut credant motus inordinatos corporis, delirium vix, ac ne vix

quidem oriri poffe, nifi fpiritus fummo impetu, concitato motu hac illac irrumpant. Cum vero impetus, feu quantitas motus ex maffa corporis moti multiplicata per celeritatem æftimetur, ac fpirituum in hujufmodi affectibus inopia adfit, apparet eam fieri non poffe concitationem, quæ ad motus inordinatos fufficiat. Recte illi quidem, nifi redargueret eofdem obfervatio tremere, ac delirare fenes, convelli, ac delirare, qui enormem aliquam evacuationem paffi funt, in quibus maximam adeffe fpirituum jacturam manifeftum eft. Nempe ad inordinatos motus, ad delirium fufficit perturbatus fpirituum animalium motus, inæqualis fibrarum, nerveorumque filamentorum tenfio. Id autem contingere, ubi adeft fpirituum animalium penuria, & quod magis eft, ubi peccet eorumdem acrimonia, manifeftius quidem eft, quam ut ullis rationibus poffit comprobari. Sed hac de re plura alibi dicemus.

VI. *Curatio omnis ad febrem cujus fymptoma eft dirigenda, Febris peculiari veneni naturæ adverfantibus remediis tractanda.*] In quanta obfcuritate verfentur, qui multorum præeunte exemplo, (*a*) qui de affectibus foporofis generatim agentes, una eademque methodo eofdem pertractare folent, dici vix poteft. Cum enim fibi in animum induxerint affectus foporofos ab inopia fpirituum animalium exoriri, ne fomniantes quidem de morbis, a quibus ortum traducunt, extimulantia omnis generis, emetica, purgantia, odoramenta fpirituofa, fternutatoria, veficantia, volatilia in ufum vocant eventu plerunque funeftiffimo. Cum coma vigil fymptoma fit febris malignæ, huic autem anfam triplex venenum natura quammaxime inter fe difcrepans præbeat, apparet manifeftiffime, pro ejufdem varietate varia effe adhibenda remedia. Theriaca Andromachi, auro potabili, lapide philofophorum, aliifque pretiofis chymiatrorum medicamentis, quæ catholica vocantur, quæque omnibus fpeciebus venenorum maffam fanguinis, ac folidarum partium texturam corrumpentium oppofita vi, & natura mederi communiter reputantur, ftulti omnino, ac defipientis eft uti velle. Cum venena alia fanguinem cogant, ac figant, ac folvant, ac colliquent, alia partim coagulandi, partim diffolvendi virtute prædita fint, ecquis eft, qui non videat nullum dari poffe univerfale medicamentum, quod omnibus venenis natura, & vi opponatur? Quod fi detur fibimetipfi & vi, & natura contrarium effe debere adeo manifefta res eft, ut manifeftior fit nulla.

VII. *Somnus profundiffimus, & ad apoplexiam primus quafi gradus Carus eft &c.*] Somnus profundiffimus haberi nequit, nifi medullares Cerebri fibræ, hifque appenfi nervi debita fpirituum copia deftituantur, unde exteriorum fenfuum, motuumque voluntariorum organa inepta reddantur ad actiones fuas exercendas, quo fit ut non folum iidem languefcant, fed omnino definant, interni etiam fenfus ceffent plane, atque aboleantur. En proximam Cari caufam, quam licet expreffe non fignificaverim; non aliam tamen, etiam me tacente, affignari aptius poffe unufquifque facile intelligere poterat, quotiefcumque primum quafi ad apoplexiam gradum effe affirmavi. Cum enim apoplexia pro caufa proxima agnofcat interceptum fpirituum animalium a cerebro ad organa motui, & fenfui dicata, & ab his ad cerebrum excurfum, languefcentem majorem in modum effe debere in Caro, qui primus ad eamdem gradus eft, lippis æque, ac tonforibus notum eft plus, quam ipforum digiti, atque ungues. Quæ potiffimum effecerunt, ut eamdem filentio prætermittens, eas quæ extrinfecus advenientes profundiffimo fomno occafionem præbent, attigerim.

VIII. *Huc fpectant Opii, Nucis mofchatæ, Croci, Hyofciami, Mandragoræ immodicus ufus.*] Succus ex vulneratis papaveris albi capitibus ftillans Opium eft, quod in placentas hodie nobis ex Natolia, Ægypto, & India affertur. Moderatus

(*a*) V. *River. Hartmann.*

ratus hujufce medicamenti ufus, quemadmodum fanguinis, & fpirituum immanes motus compefcit, dolores demulcet, corpus laboribus gravatum fublevat, ac gratum foporem inducit, fic immoderatus membrorum relaxationem, ac imbecillitatem, vertigines, oculorum caligines, fenfuum externorum, internorumque, motuumque a voluntate pendentium privationem progignit, ut non defint exempla eorum, qui fomno adeo profundo detenti funt, ut excitari nulla arte potuerint. Sic Diofcorides: *Opium, inquit, fumptum Erui magnitudine dolorem finit: concoquit, & fomnum allicit: tuffi atque cæliacorum valetudini auxiliatur. Verum fi copiofius hauriatur, nocet, cum lethargicos efficiens interimat &c.*

Non ita frequentes funt de *Nucis mofchatæ* noxa obfervationes, licet in conviviis ad ciborum condimenta frequentiffime ufurpetur. Ex immoderato tamen illius ufu non parum periclitatos fuiffe, qui per diem unum, aut alterum Caro correpti immobiles, & muti jacuerunt, obfervatio eft Cl. Jacobi Bontii in notis ad Garziam. Batavi quoque referente D. Geoffroii mat. medic. p. 2. art. 24. obfervant nuces conditas quotidie affidue, aut majore copia fumptas caput afficere, & affectus foporofos procreare, unde homines fomnolenti, pigri, & obliviofi dicuntur.

Crocum pariter qui a populis quamplurimis pro optimo ciborum condimento habetur, atque eximias in medicina habet facultates, nifi opportune, & jufta dofi ufurpetur, vi inebriante, & narcotica donari, capitis gravitatem infignem, fomnum, interdum rifum convulfivum, fæpe lethum inferre obfervationibus cum multis, ac frequentibus, tum certis, ac conftantibus compertum eft. Quemdam aromatarium ex plurimo Croci, qua carnes pro cœna decoquebantur injecto, poft earumdem efum in tantum folutum effe rifum, ut non multum abfuerit, quin medios inter cachinnos animam efflaverit, teftatus eft Amatus Lufitanus. Virginem quamdam ex croci ufu ad revocandos menfes enormibus, & continuis capitis doloribus per totum fuæ vitæ curfum affectam fuiffe obfervatione fe didiciffe narrat Simon Paulli Quadrip. Botan. Hifce adde fis obfervationes Cl. Hoffmanni, Emanuelis Konig, aliorumque, quæ cum eodem fere recidant, brevitatis gratia prætermitto.

Hyofciamum.] Intus affumptum foporem, & ftuporem inducere cum mentis alienatione, obfervationes Jo. Jac. Wepfferi tract. de cicuta aquat. & Simonis Schultzii in ephem. N. C. an. 4, & 5. Dec. 1. obf. 124. nec non aliæ in iifdem eph. Dec. 3. an. 9. & 10. in appendice & alibi teftantur. Memorabilis locus extat apud Scribonium Largum cap. 181. ubi ait: *Hyofciamum qui biberunt caput grave, venifque diftentum habent, mente abalienantur &c. .... poftea fopiuntur, & fenfu carent livefcentibus membris eorum.*

Mandragoram inter narcotica, & foporifera medicamenta recenferi debere nemo inficiabitur, qui odorem ejus ingratum, virofum, caput feriens perceperit. Soporiferam hujufce plantæ virtutem noviffe veteres medicos cenfendum eft; ii fiquidem vinum, in quo Mandragoræ radix infufa fuerat, ægris, quibus membrum aliquod amputandum erat, ad narcofim inducendam propinabant. Novere & Recentiores Medici, fed cum grano falis eamdem adhibere confueverunt. Cum enim fopores graviffimos ac perniciofiffimos obortos viderint ab ufu interno, eamdem exploferunt.

Nec non Opii, Croci, Hyofciami, Mandragoræ effluvia.] Solo odoratu opium foporiferum effe affirmat citatus Diofcorides, & Plutarchus in Sympof. lib. 3. quæft. 1. memorat *vaporem a papavere prodeuntem non caute obfervantibus iis, qui fuccum collegerunt, homines fubvertiffe.*

Ipfiufmet *Croci* odorem capiti infeftum effe Galenus teftatus eft. Celebris eft hiftoria apud Borellum (obfervat. cent. 3.) de quodam famulo Mercatoris,

 qui

qui cum decubuiffet, dormiiffetque juxta magnam croci copiam tanto dolore capitis, tantaque nervorum imbecillitate correptus eft, ut vitam cum morte commutaffet.

Multos croci facculo pulvinaris inftar ufos, oborto infigni capitis dolore cum incredibili gravitate interiiffe Coftæus litteris tradidit.

Effluvia ex *hyofciami* feminibus in hypocaufto reconditis exhalantia eofdem effectus producere, quos ex interno ejufdem ufu oriri fupra oftendimus, obferva-tione compertum habuit Chriftianus Fridericus Garmannus in eph. G. an. 7, & 8. Decur. 3. Fumum ex hyofciami femine prunis impofito qui adverfus capitis, aut dentium dolores ab Agyrtis plurimum laudatur, ftuporem, & imbecillitatem capitis procreaffe in ancilla quadam odontalgia immani diu vexata deprehendit Matthæus Jacobæus in act. Hafnienfibus T. 1. obf. 14. p. 209. Sed infinitus fim fi fingula velim perfequi.

Carbonum, nucum juglandium, nucis vomicæ, hydrargyri aliorumque foffilium, locorumque diu claufurum halitus.] Si carbones ardentes in recipiente apto, puta illo, quo utuntur phyfici ad experimenta Machinæ Guerikianæ immittantur, ut flamma extincta, infigniter fument, atque volucria animalia intus occludantur, carotica fieri, omnique fere fenfu motuque privari haud injucundo fpectaculo deprehenfum eft. Mirum autem quædam alto fopore detenta in aere libero, & aperto in aquam frigidam immerfa ab eodem excitari. Neque defunt exempla eorum qui integre valentes a folo accenforum carbonum fumo intra anguftum cubile conclufo affectibus apoplecticis foporofis, & fimilibus correpti funt. Ita Cæfarem Jovinianum fumo carbonum in conclavi mortuum effe teftatur Eutro-pius, & Cellarius in notis ad lib. 10. cap. 10. item Galenus lib. 7. de ufu par-tium cap. 8. Plures hiftorias vide in Marcello Donato *hiftor. memorab. pag.* 107. Velfchio *in fylloge curation. & obfervatio. inter. Rhumelianas obf.* 54. Solenandri confiliis *fect.* 5., Forefto *lib.* 4. *obf.* 4. Chefneau *obf. lib.* 1. Amato Lufitano *cent.* 7. *curat.* 33. Cælio Aureliano *lib.* 2. *cap.* 10. Hiftor. Reg. Sc. Ac. Par. an. 1710. Loffio *in obfer. lib.* 1. *cap.* 4. *obf.* 2., Lancifio *de fubitan. morti. lib.* 1. *cap.* 4. *obf.* 2. Ramazzini in fupplemento diatribes de morb. artificum, quo-rum meminit Frid. Hoffmannus M. S. T. 2. cap. 9. ut mittam quæ in eodem legi poffunt *de noxa carbonum accenforum*, qui quam plurimis etiam exemplis ex Livio, Plutarcho, Hieronymo eamdem confirmat, ut nullus hac de re fuper-fit dubitandi locus.

Umbram *nucum juglandium* cum humano capiti, tum ftirpibus omnibus juxta fatis infeftam nonnulli pronuntiare aufi funt. Hinc a græcis Κάρυα dictas volunt, quod Κάρα, ideft caput fua umbra lædant. Atque hinc eft quod in hortis, & agris extremis partibus locatur ac plantatur: unde verfus:

Me, fata ne lædam, quoniam fata lædere dicor,
Cultus in extremo margine fundus habet.

Quamquam decubitu fub hac arbore nonnullis caput gravari experientia com-probatum eft, id tamen a graveolentibus halitibus ex foliis arboris emanantibus provenire, Jo. Rayus aliique teftati funt.

Nux Vomica ab Arabibus inter alexipharmaca recenfetur, unde electuarium de ovo ingreditur. Et Wepfferus refert fe ipfum pefte correptum electuarii de ovo portiunculam non folum innoxie, fed felici cum fucceffu fumpfiffe. At ve-ro fi quid fentio, nunquam eodem cum Celfo utendum traderem. Narcotico enim fulphure fœta eft nux vomica, quod animalia certiffime necat, homini-bus vero infenfiffimum eft, unde foporofi affectus, interdum mors ipfa fubfe-quitur. Id quod Matthioli in com. ad Diofcorid. libr. 4. cap. 73. Fallop. t. 1. tract. de tumoribus præternaturalibus cap. 27. Antonii de Heyde obf. cent.

50. laudati Wepferi tract. de cicut. aquat. , Geoffroii Mat. Med. p. 2. de nuc. Vomic. obfervationibus compertum eft. Quamobrem Cl. Hoffmannus lib. 2. de medicament. officin. ab electuario de ovo propter nucem vomicam abitinendum effe tradidit, ut liquet etiam ex Cratone lib. 1. de pefte ejufque epift. med. ad Camerarium lib. 5. Qui plura cupit adeat Cl. Sennertum lib. 6. part. 7. cap. 20. qui de nuce vomica, ejufque effectibus, & fymptomatibus ab ejus ufu prodeuntibus diligentiffime fcripfit.

Hydrargyri aliorumque foffilium locorumque diu claufor um halitus.] Foffores atque artifices hydrargyri licet robuftiffimi fuerint temperamenti, in hoc opere vix quadriennium vivere incolumes, fed vel Caro aliifque foporofis affectibus corripi, vel tremore, & paralyfi manuum mifellos mori compertum eft. De his legi meretur Ramazzinus de morb. artific. & Hoffmannus Metallurg. morbif., qui unus inftar omnium noxam Mineralium, metallorumque exhalationum expofuit, atque obfervationibus prope innumerabilibus virorum præftantiffimorum confirmavit. Sed erunt molefti quidam qui a nobis quærent, qua potiffimum ratione Opium, Crocus, aliaque recenfita corpora, atque eorumdem effluvia Carum inducant. Quo loco quæftio occurrit perdifficilis, quæque Veterum, & Recentiorum Medicorum ingenia plurimum torfit. Mitto Veterum opinionem, qui cum narcotica medicamenta frigida effe exiftimaverint, ob id potiffimum foporem inducere voluerunt, quod univerfa fanguinis maffa mirum in modum refrigeretur, fumi frigidi in cerebrum eleventur, quibus ejufdem pori conftipentur, unde fpirituum fecretio, ac diffufio in univerfas corporis partes inhibeatur. Sennertus enim adeo firmis eam confutavit argumentis, ut nullus fuperfit dicendi locus. Opium inter Narcotica Medicamenta principem obtinere locum manifefta res eft. Frigidiffimum idcirco Veteres prætendebant. Si tamen ejus fapor, odor, effectus, qui ab ejufdem ufu nafcuntur, refolutione chymica ad trutinam, ut ajunt, revocentur, tantum abeft, ut frigidum dici poffit, ut inter calida primatum fere obtinere videatur. Odor ei virofus, graveolens eft, fapor amarus, acris; quæ graveolentia funt, quæ acria, amara, calida, feu particulis volatilibus donari extra omnem dubitationis aleam pofitum eft: externe adhibitum frigidifque tumoribus admotum incidit eofdem, refolvit, difcutit, pruritum in cute excitat, interdum exulcerat, & in veficulas eamdem attollit, atque alia id genus fymptomata progignit. Ecquis a frigido corpore fieri hæc poffe putet? Analyfi opii inftituta præftantiores Chymici multum falis volatilis urinofi in eodem deprehenderunt. Alii quidem cum Cl. Pitcarnio folum prætendunt, alii vero unitum fali acido, & quidem potenti, atque vulgatiffimo experimento opinionem fuam confirmant. Si enim folutio opii in Heliotropii tincturam affundatur, colorem rubrum, igneum huic conciliat, acidi præfentia indicio manifeftiffimo. Idque Pitcarnius, Boyleus, atque Hombergius facile concedunt. Ex fale cum acido, tum alchali & oleo fimul arcte unitis compofitum exfurgere volunt refinofum, & gumofum, quod igne inflammabile eft, & fummę raritatis capax. Quæ omnia an frigidum opium evincant alii viderint. Opium fequitur nux mofchata, crocus &c. Si nucis mofchatæ odorem aromaticum gratum, faporem acrem aromaticum confideremus, fulphure turgere ambigendum non eft. Turgere multo magis fimili fulphure crocum nemo inficiabitur, qui odorem peculiarem, jucundum, acrem, aromaticum, fubtilem, & late fpirantem, oculos nonnihil mordicantem, faporem amariufculum eidem ineffe deprehenderit. Id porro experimentis compertum habuerunt Chymici. Quid plura? Sulphur atque oleum cum tenue, tum craffum divifibilitatis, rarefactionis, atque expanfionis capax continent Hyofciamus, Mandragora, Vinum, aliique liquores fermentefcentes, carbones accenfi, & alia hujufcemodi. Quæ quidem omnia protenfo quafi digito commonftrant propter

frigi-

frigiditatem fomnum inducere nulla ratione poffe. Mirum fupra laudatum Sennertum, qui pro Galeniftis acerrime pugnavit, adverfus eofdem tandem tuliffe, nihil in medica facultate perniciofius effe, quam omnes morbos quatuor qualitatibus velle explicare. Explofa Veterum fententia, aliam invexerunt Recentiores, exiftimantes vim foporiferam a fulphure pendere; atque hi quidem in diverfas iverunt opiniones. Sunt enim qui volunt fulphur graveolens narcoticorum, atque aduftum fpiritibus animalibus, qui fumme tenues ac volatiles funt, infeftiffimum effe, eofdemque vel folo odore, & halitu opprimere atque enecare. Ita fere Wilifius. Verum ne is quidem quæftionem fugit, & difficultates. Quotiefcumque enim enecentur fpiritus, fummam fequi debere virium proftrationem, ac debilitatem nemo non videt. Opium autem, ut obfervationibus compertum eft, contrarios omnino effectus edit: Siquidem debita dofi exhibitum animum ad hilaritatem promovet, quemadmodum fit ex modica vini generofi potatione, curas, & mœftitias abigit, animum ad fua munia obeunda alacriorem, ac vegetiorem reddit, unde audacia, feu fortitudo, magnanimitas, & periculorum contemptus ut plurimum fequuntur. Eam ob rem Turcæ ampla ejus dofi fefe ad prælium accingunt. Si larga dofi hauriatur, in cute ruborem, & levem pruritum excitat, femen auget, & venereum appetitum ftimulat, quæ an a fulphure narcoticorum fpiritus profligante, atque enecante præftari poffint, lippis, ac tonforibus judicandum relinquo.

Hifce fere rationum momentis utitur Cl. Rolfinkius ad opinionem hancce confutandam. Mitto illorum fententiam, qui narcoticorum fulphur fomnum inducere exiftimarunt propter ramofas partes, quæ hamorum, ac laqueorum ad inftar fpiritus animales irretiant, tardos ad motum reddant, unde flaccefcentibus nervis Animal in fomnum delabitur, atque illorum, qui voluerunt fulphure infigni qua pollet aciditate fpiritus quos alchalinæ naturæ faciunt, figere, cogere, & in neutram naturam convertere. (Siquidem fpiritus falis armoniaci, qui alchalinus, & volatilis eft, fi cum fpiritu vini commifceatur, qui infigni aciditate præftat, compactum quoddam corpus exfurgere, quod mediam naturam induit, experimento Cl. Helmontii compertum eft.) Hos enim irrident, qui fpiritus animales aereo-æthereæ lucidæ, aut fimilis naturæ effe poffe negant, aut fpirituofis liquoribus arte chymica paratis comparari; quippe ut ait Hoffmannus, qui lucis, ignis, ætheris, & aeris propietates perfpectas habeat, is facile judicabit, ejufmodi fluidum a fanguine per canales tenuiffimos, ac fumme exquifitos neque fecerni poffe, neque iifdem contineri, qui vero horum liquorum proprietates fpectet, is facile deprehendet eas a fluidi nervei proprietatibus longe alieniffimas effe. Hodie maxime illuftris eft Cl. Friderici Hoffmanni opinio differt. phyf. med. chym. dif. 16. aliorumque exiftimantium narcoticorum fulphur, quod igne inflammabile eft, ac fummæ raritatis capax, ubi ad maffam fanguinis pervenit, a fpirituofis fanguinis partibus in motum agi, cum fulphureis arcte fimul uniri, ac commifceri, eafdem attenuare, dividere, ficque totam fanguinis maffam majorem in modum diffolvere, expandere, rarefacere, rarefactum fanguinem per vafa cerebri permeantem arteriolas diftendere, diftentas arteriolas, & majus fpatium occupantes nerveos canales intertextos comprimere plus minus, unde minorem fieri fpirituum animalium fecretionem contingit, eofque per nervos in univerfum corpus diffundi, membra flaccefcere, atque Animal in fomnum labi. Atque id quidem diligenter tenent, & obfervationibus comprobant. Pulfus magnus, elatus, mollis tamen, & infrequens, facies tumidior cum rubore, calor per univerfum corpus diffufus, fluiditas fanguinis eorum, qui opio affidue utuntur, maxime Turcarum, & Indorum in præliis occiforum, qui poft unum alterumve diem æque fluidus dimanat, ac fi

novif-

novissime fuissent enecati, certissima dissolutionis ac rarefactionis sanguinis præbent argumenta. Apertis cadaveribus ob nimiam narcoticorum dosim interemptis, vasa cerebri mirifice distenta observantur, indicio satis manifesto rarefactionis sanguinis, atque abhinc prodeuntis glandularum cerebri compressionis. Ingeniosa quidem arduæ quæstionis solutio, quæ tamen difficultates omnes, ut de cæteris dictum est, non fugit. Illud enim arduum, atque insolens explicatu est, quommodo hac posita narcoticorum operandi ratione, hæmorrhagiæ ab æstuante sanguine sistantur. Quid est enim cur a rarescente magis, magisque sanguine non disrumpantur magis, magisque vasa sanguifera, atque idem pleniori flumine effundatur?

Sentio jam languescentem solidarum partium tonum in medium ferri, quo fit, ut fluida minore vi per vasa corporis moveantur, unde subsistere fere contingit, minore quantitate ad affectam partem affluere, atque e disruptis vasis effundi. Verum præterquamquod vereor ne hæc cum solutione sanguinis conjungi possint, illud præterea accedit ab aliis narcoticis, quæ simili sulphure sunt turgida, non solum hæmorrhagias imminui, ac sisti, sed majorem in modum augeri. Hujusmodi sunt Crocus, Nux moschata, Vinum, & alia hujusmodi. Ecquis sputo sanguinis, hæmorrhagia ab utero, vel simili immodica evacuatione laboranti Crocum, Meracum liberaliter hauriendum præscribat? Nemo ignorat in mensium suppressionibus, in cachexiis, Cholorosibus, viscerum obstructionibus adhibitum Crocum cum grano salis summum attenuans, incidens, deobstruens esse. Qui baccho abutuntur in hæmorrhagias maxime proclives esse manifesta res est. Quid plura? Galenus lib. 3. de simpl. Med. facul. cap. 19. vinum calidum, vetus, generosum, polyphorum præsentissimum opio sumpto remedium esse docet. Dioscorides lib. 6. cap. de Meconio, & Opio, ubi plura ad assumptum opium commemorat, Merum cum absyntio, aut cinnamomo miris laudibus extollit. Easdem fere observationes & Rondeletius, & Grevinus aliique habuerunt. Ex quibus liquido constare arbitror opii vim a rarefacientibus, ac dissolventibus corporibus profligari penitus, vel majorem in modum imminui. Imminui autem quotidie experimur eas præparationes in usum vocantes, quæ maximam partem ex aromatibus, ac volatilibus corporibus componuntur, quæ si ea dosi exhibeantur ad somnum conciliandum, doloresque sedandos, ut granum e. gr. unum opii contineant, multo debilius, atque imbecillius agere, quam si grani dimidium simplex exhibeatur compertum est. Quæ cum ita sint, citra ullius erroris suspicionem ita concludi posse videtur. Si narcotica medicamenta vi sulphuris rarefacientis, ac dissolventis sanguinem operarentur, tunc maxime eorum vim intendi oporteret, cum aromata tenui, ac volatili sulphure turgida eisdem adduntur; atqui imminui eamdem videmus, ergo narcotica medicamenta vi sulphuris rarefacientis sanguinem minime operantur. Adde experimentis a Cl. Stancario in com. A. Bon. institutis deprehensum esse opiata maxime sanguinis serum aggredi, & ad concrescendum disponere. Semen enim hyosciami, papaveris, & paullum Opii cum sanguini recenter e vena extracto affudisset, observavit statim magnam vim sanguinis a sero secretam esse, altera vero die multo majorem vim seri apparuisse a sanguine secretam, eamque pœne totam in gelatinam concrevisse instar Cornu cervi, vel etiam concreti illius, quod in sanguine illorum, qui pleuritide affecti sunt, solet observari, superficie ejus universa quadam quasi membrana obducta, quæ cultri anatomici, vel acutissimi aciem posset effugere. Reliquo sanguinis in quodam vase adservato eo consilio, ut hujus cum illo comparatione, quæ in sanguine mutatio sequuta esset, appareret, nihil ei simile accidisse deprehendit: indicio manifestissimo constitutionem illam seri ad polyposam fere accedentem ex opiatis medicamentis exortam. Si quam muta-

mutationem, atque alterationem efficiunt ejufcemodi medicamenta in fanguine e vena recenter extracto, eamdem faciunt in fanguine per venas excurrente fi intus fumantur, corruere illorum fententiam, qui fomnum a rarefactione fanguinis repetunt nemo eft qui non videat. Id autem evenire verofimillimum videtur, cum & hæmorrhagiæ fanguinis egregie fiftantur, & apertis cadaveribus ob nimiam narcoticorum dofim peremptis vafa cerebri mirifice diftenta obfervantur, fed fanguine congrumato exiftente. V. Lentilius in med. pract. & Joach. Curæus lib. 2. de fenfu. Hactenus quæftionem tractavimus implicatiffimam non afferentes quidem neque intelligi, neque explicari poffe qua ratione narcotica medicamenta operentur, fed illud folum probantes fuas quamque hypothefim habere difficultates quæ difficillime declinari poffunt. Quo loco filentio prætereundum non eft fapienter admodum fenfiffe Sennertum, qui narcotica medicamenta fpecifica, & occulta vi agere arbitratus eft. In cujus fententiam quid eft tandem, cur pedibus uno fœdere inito non eamus hodie, dummodo per fpecificam, & occultam vim intelligamus complexum omnium qualitatum, quæ narcoticorum propriæ funt, & per quas ab omnibus aliis differunt rebus? Cum nempe complexus harum qualitatum, feu magnitudo, figura, contextus, & proportio elementorum, unde eædem qualitates pendent, conftituant eorumdem effentiam, ac fubftantiam, haud multum a ratione aberrare videatur, qui vim narcoticorum a fpecifica illorum proprietate, & fubftantia proficifci affirmet. Cum demum magnitudo, figura, contextus, & proportio eorumdem elementorum Philofophis, & Medicis fint ignota, quid vetat, quominus dicatur, vim eorum foporiferam a fpecifica, & occulta proprietate, & fubftantia proficifci? Si id in tanta medicinæ claritate, ac fplendore minus arrideat, quidni liceat conjectare alia narcotica foporem inducere, quod fanguinem, ac materiam proximam fpirituum figant, & cogant (five id contingat, quod eorum fulphur ramofas cum habeat particulas, fpiritus animales valde volatiles, ac tenues tamquam hamis, & laqueis irretiat, ut placuit Cartefio, five quod acidum cum fit, ac fpiritibus, qui alchalinæ naturæ creduntur fociatum, concrefcant fimul in medium quoddam compactum corpus, ut chymici volunt, five demum, quod utrorumque facies, & plana fic fibi mutuo congruant, ut nimio plus fe contingant, ac moleculæ lentiores fiant tardiorefque, ut Mechanici putant, non decernimus) alia quod fanguinem rarefaciant, unde comprimantur ductus, atque emiffaria fpirituum feparationi deftinata, aliaque ob utramque caufam, alia demum quod peculiare in nerveos tubulos vitium inducant? Primi generis funt femina multa, inter quæ frigida majora, minora, & ex his paratæ emulfiones, quorum oleum probe adeo farinofo principio unitum eft, ut vix percipi queat. Hæc fequuntur papaver, & ex eo deprompta medicamenta, quæ fulphure a reliquis principiis magis expedito donantur, unde majore etiam fedandi vi pollent. Inter hæc principem obtinet locum Opium, fuccus videlicet ex vulneratis papaveris albi capitibus ftillans, quod fulphure maxime abundat, hinc eft foporiferam facultatem cæteris omnibus præftantem fortitum effe.

Si confideremus Nucem mofchatam ciborum concoctionem juvare, bilis actionem promovere, vifcera roborare, fanguinis motum augere, in catharis, & frigidis nervorum affectionibus plurimum conducere, ut non defint, qui cum Etmullero ad paralyfim partium deglutitioni infervientium mafticatam, & deglutitam commendent; Si Crocus aperit, digerit, refolvit, fpiritus recreat, unde cordialis dicitur, & in fyncope, palpitatione cordis, & adverfus venena præfcribitur, difficilem ciborum concoctionem juvat, pulmones a materia lenta, & difficili liberat, hepatis obftructiones refolvit, menfes movet, fœtum pellit, vim figendi, cogendique fpiritui tribui eifdem non poffe luce clarius apparet.

Reli-

Reliquum eſt igitur, ut exſolvendo nimis maſſam ſanguinis, & rarefaciendo operentur. Si quis intra cubile degat, in quo fumus ſit carbonum ardentium omni ex parte coercitus, ejus faciem, atque oculos rubere videmus, venas turgere, univerſum corpus tumere, angi pectore, ac ſuffocationis ſenſum percipere. Haud igitur multum a veritate aberrare videatur, qui affirmet, ab inſpirato aere igneis particulis impraegnato rarefieri, atque expandi plus aequo maſſam ſanguinis, vaſa ſanguifera majorem in modum diſtendi, glandulas, ductus, atque emiſſaria cerebri comprimi, & ſpirituum animalium influxum prohiberi in partes, hinc Animal in ſomnum labi. Notum eſt ex vini generoſi, & liquorum fermentatione confectorum potu ſanguinem plurimum incaleſcere, venas tumere, motum cordis vegetiorem fieri. Quid eſt cur ſoporem abhinc prodeuntem a rarefactione ſanguinis cerebri glandulas, ac ductus comprimentis primum fieri non dicamus, poſtquam vero exhalatae fuerint partes volatiles, ſulphureae, ſpirituoſae, ſalinis, acidis, & terreis remanentibus, ex eo potiſſimum quod ſanguis, ac ſpiritus figantur coganturque? Virium debilitas, inertia ad motum, morbi a craſſa, lenta, ac difficili materia, qui ab immodico vini, & liquorum acidorum enaſcuntur, id manifeſto evincunt. Nihil tandem vetat, quominus a nonnullis effluviis, atque halitibus e fodinis Mineralium, e locis diu clauſis, e cloacis, vel e corporibus quibuſdam foetidiſſimis emanantibus membranam Schneidherianam primum, quae exquiſitiſſimo ſenſu pollet, tum membranas cerebri convelli dicamus, diſtorqueri, aut ſimili alia ratione affici qua opus eſt ad ſpirituum animalium in organa ſenſibus externis, & motibus a voluntate pendentibus dicata, ab his in cerebrum liberum excurſum praepediendum. Quae cum ita ſint, liquido conſtat pluribus de cauſis Animal in ſomnum delabi poſſe, & ſi vehementius operentur, in Carum.

Acceſſiones febrium intermittentium, quae perniciosae vocantur.] De febribus intermittentibus, quae perniciosae vocantur, adeo egregie tractavit Ludovicus Mercatus, ut nullus ſupra. V. lib. 6. de febribus. Uvarlhof quoque de hiſce febribus egit nomine febrium intermittentium ſoporoſarum, & apoplecticarum. Richardus Mortonus exercitat. prima de febribus cap. 9. titulo de proteiformi intermittentis febris genio. Franciſcus demum Torti in therapeutica ſpeciali ad febres periodicas perniciosas lib. 3. &c. Iſtarum febrium acceſſionibus conjungitur Carus, eo quod materia febrilis lentiſſima eſt, ac difficillima, ideoque una cum ſanguine circulationem efficiens cum ad vaſa capillaria univerſae peripheriae corporis ſubſiſtit, & frigus immodicum excitat, tum in vaſis cerebri haerens, atque intertextorum nervorum oſtiola premens ſpirituum ſecretionem, ac derivationem in nervos prohibet, hinc Carus. Repetitis cordis, & arteriarum ictibus ſolvi tandem ſanguinem contingit, & cerebri vaſa ab infarctu, atque diſtentione liberari, reſtitui denuo liberum a cerebro in partes, & ab his ad cerebrum eorumdem excurſum, atque Animal a profundo ſomno excitari.

Huc cauſae ſingulae & univerſae apoplexiae remiſſius operantes, praeſertim ictus &c.] Quotieſcumque cauſae apoplexiae remiſſius operantur, ſpirituum animalium excurſum a Cerebro ad partes, a partibus ad cerebrum non intercipiunt quidem, ſed plurimum tantum imminuunt, hinc Carus ſubſequitur. Compreſſionem factam a Chirurgo, qui perforavit cranium, & membranam cerebrum ambientem inter ſoporoſorum affectuum cauſas recenſet Galenus; ac Mercurialis in praelect. Bat. p. 22. ex importuna perforatione cranii a Chirurgo vulneratum quemdam ſtatim Caroticum factum fuiſſe teſtatur.

IX. *Signa ſunt profundiſſimus ſomnus aegrum ſubito invadens, a quo nonniſi magno clamore &c.*] Ex eo potiſſimum quod Carus, non ſecus ac Apoplexia ſubito hominem invadat, atque ipſum ad inſtar profundiſſimi ſomni obruat,

Apoplexia quædam levis, & primus quasi ad eamdem gradus appellari solet. Singula autem Cari symptomata per languescentem, ac fere interceptum motum spirituum animalium commodissime explicari manifestius quidem est, quam ut ullis rationibus possit comprobari. Deficiente nimirum spirituum secretione, atque eorumdem in nervos derivatione necessaria ad tot resistentias pressionum, occlusionumque superandas, sensus externos, atque internos, motusque a voluntate pendentes cessare necessum est. Forti clamore spiritus refluere contingit in organa auditus, acus punctura in membra, hinc nonnihil excitatur æger, clamorem, ac puncturam persentiens oculos aperit, puncta membra contrahit, sed neque medullares cerebri fibræ ita sunt constitutæ, ut certæ quædam motiones ad alicujus rei meditationem necessariæ excitentur, hinc interrogatus non respondet, musculi sive palpebras attollentes, sive membrorum motui inservientes diu in contractione permanere non possunt, hinc denuo oculorum occlusio, membrorum resolutio, demum sopor.

Respirat libere, non stertit, febre caret nisi in accessionibus febrium perniciosarum &c.] Cur in apoplexia levi libere respiret Animal ostendimus cap. 1. de apopl. com. in aph. 8. Nempe solas cerebri fibras affici diximus, non Cerebelli, spirituum animalium a cerebro, non a cerebello motum in partes intercipi. Cum autem a Cerebello originem mutuentur nervi, qui naturalibus motibus inserviunt, spiritus animales per eosdem perpetuo fluere contingit; hinc motum cordis, ac respirationem non solum perturbari, sed lentiorem, profundiorem, & æquabiliorem fieri.

Quod Carotici febre careant facit potissimum ea ratio, quia a causis extrinsecus advenientibus, atque extra sanguinem Carus progignitur, immodico nempe Opii, Nucis moschatæ, Croci, Hyosciami, Mandragoræ usu, ac similibus causis, quæ licet Cerebrum afficiant, ac spirituum animalium motum liberum in partes prohibeant, circulationem tamen sanguinis, motumque cordis minime perturbant, hinc nulla febris, nisi in accessionibus febrium perniciosarum exoriatur, quo casu febris causa morbi est, non effectus.

X. *In Caro a narcoticis præpostere adhibitis &c. frictiones, & cucurbitulæ siccæ, clisteres acres &c.*] Carum non morbum primarium, sed ab exterioribus causis productum, aut morbi alterius symptoma esse demonstratum cum sit, ad easdem tanquam illas, quæ in curatione principem obtinent locum, respiciendum esse manifestum est. Cum igitur ab halitibus, atque effluviis e quibusdam corporibus exhalantibus morbus exoritur, nihil aliud præstandum est, quam ut torpentibus spiritibus calcar addatur, laxatæque, ac collabentes nerveæ partes erigantur, tendanturque. Id porro efficiunt ea remedia, quæ asperum sensum, atque dolorem inducendo universum nervorum genus percellunt, omnesque partes in reciproco motu constrictionis, & relaxationis excitant. Ejusmodi sunt frictiones asperæ, & cucurbitulæ siccæ, præ cæteris vero Clisteres acres, quibus cum nerveæ intestinorum fibræ, tum maxime cerebrum nervorum origo in validiores contractiones agitur, unde torpentes spiritus refluere libere contingit, atque altum profundumque somnum profligari.

Affusio aquæ frigidæ in caput.] Aqua frigida uti in morbis a laxo oriundis Methodicis olim solemne fuit. Cum enim duplex morborum genus facerent; alterum quod ab adstrictione, alterum quod a laxitate oriretur, duæ ipsis indicationes adimplendæ occurrebant, laxandi quod adstrictum est, & quod laxum est adstringendi. Vim porro adstringendi maximam aquæ frigidæ inesse putabant, eamque, ubi res, & occasio ferebat, cum intrinsecus, tum extrinsecus adhibebant. Quam methodum oblivioni fere per sæcula traditam in lucem denuo produxerunt maxime illustres Medici, quos Neapolitani præsertim aliique novi-

novitatis amore illecti adeo fequuti funt, ut aquæ frigidæ ufum non certis tantum finibus coercere contenti fuerint, fed omnium fere morborum, quæcumque fuerit illorum caufa, Medicinam fecerint. Quem morem noftris hifce temporibus vigentem ut cum maxime miror cur medicinæ proceres uno fœdere inito altiore voce non damnent, & e medio quantum illis fas eft aliquando non tollant. Quis enim vel e medicinæ tyronibus nefciat varia inde, & gravia in ægros detrimenta emanare? Affufionem aquæ frigidæ in caput ad foporem profligandum valere plurimum ultra quam quod experimentis, & obfervationibus compertum eft, ratio præterea eifdem ducta confirmat. Frigore enim percelli mirum in modum nervofas partes contingit, torpentibus vero fpiritibus calcar addi. Eodem fere res recidet, fi dicas membranas cerebri, cum fuerint minus ad ofcillandum paratæ, affufa aqua frigida, tendi, atque obrigefcere, fpiritus vero ad fluendum ineptos in motum adigi, atque Animal a profundo fomno excitari.

XI. *Acetum tamen cum naribus admotum, tum intus propinatum &c.*] Spiritus cujufdam dives eft acetum tantæ fubtilitatis, tenuitatifque, ut poros omnes quamtumvis minimos, ac receffus pervadat quam expeditiffime, nihilque offendere poffit, quod ipfum a fluendo retardet. In medullares ufque cerebri fibras, & appenfos nervos fefe infinuat nullo virium fuarum detrimento, quaquaverfum fe fe diffundens per anguftiffimos nervorum tubulos, torpentibus fpiritibus viam fternit, & in motum concitat, quo fit, ut laxatæ partes vigorentur, tendanturque, interceptus in organa fenfibus externis, motibufque a voluntate pendentibus dicata influxus fpirituum reftituatur, atque Animal a fopore excitetur. Mirum acetum ebrietati adeo effe contrarium, ut cum fpiritus Vini fermentatione confecti, unicum fere fit temulentiam quod concitat, aceti fpiritus eamdem jam citam domet. V. Boerhaav. Op. Chem. p. 2. proc. 50. Quod fine admiratione accipi folet ab iis, qui fubtiliorem Chemiam aggreffi, fic perfæpe mutari medicamentorum vires variis præparationibus, ut contrariam omnino naturam induant, edocti fuerunt. Quid quod ex aceti deftillatione ne veftigium quidem Alcoholis remaneat in magna ipfius copia, nihil Tartari, fed volatilia omnia pauca parte excepta? Ex his acetum differre tota natura non folum a vino, fed ab acidis quibufcumque notis colligit laudatus Boerhaavius Ch. p. 2. pr. 51. Hinc eft quæcumque acida fero fanguinis affufa, idem cogere, ac figere fpiritu aceti excepto. Quæ cum ita fint, quid eft cur pretiofis Chymiatrorum remediis multo pretio comparandis utamur adverfus Carum? An fales volatiles, an fpiritus quilibet volatiliffimi alchalini aceto pares habent vires?

Id quidem non facile concefferim, quidquid aliis videatur, qui miris laudibus extollunt fpiritum falis armoniaci, aliofque fimiles liquores, licet haud inficias ire aufim firmis rationum momentis fuam opinionem confirmare. Cum enim fpiritus falis armoniaci cum fpiritu vini prompte coagulari deprehenderint, fimile omnino evenire in Caro ab ebrietate opinantur, coagulari nimirum cum fpiritu falis armoniaci, atque in neutram naturam converti vini fpiritum, qui cum acidiffimus fit, fpiritus animales cogit, ac figit, fieri hinc ut iidem influant in organa fenfibus externis, motibufque voluntariis dicata, & æger ab alto fopore excitetur. Ne autem concedam facit ea ratio, quod hujufce fpiritus efficaciam, licet non femel ufus fuerim, nondum deprehendere potui, cum aceti vires mirabiles plane noverim. Quam fæpe pompa, & ambitio nos ducit ad eligenda remedia rariora, ea negligentes, quæ familiaria nobis funt? Quam in rem apte cadit quod tradit Democritus, ut notat Cicero de Divinit.

Quod eft ante pedes nemo fpectat,
Cæli fcrutantur plagas.

XII. *Ubi accessiones febrium intermittentium perniciosarum &c. Quinquinna quam citissime &c.*] De tempore quo China China in febribus intermittentibus sit exhibenda lis est inter medicos longe gravissima. Nonnulli cum Sebastiano Baldo *ana. corti. peruvian. cap.* 21. Mortono *exercitatione prim. de febr. cap.* 5. Uvarlhof *observat. de febr. sect.* 4. *de praenoscendis, & praecavendis febrium recidivis*, Zendrino in libr. trattato della China, post primam, aut secundam accessionem exhibendam esse Chin. sustinent, ut quam celeriter febris debelletur, ac venienti morbo occurratur. Si Sydenhamum, (quem quis non audiat?) audimus; *curandum esse*, ait, *ante omnia, ne praemature nimis cortex ingeratur, antequam scilicet morbus suo se marte aliquantisper protriverit; nisi collabentes, & jam fractae vires eumdem temporius suggerendum esse dictaverint*. Ex quibus liquet in ea esse sententia ut credat non prius exhibendam esse Chin. Chin. quam elapsae fuerint aliquot accessiones, ab aliis tam dissentire, quam qui maxime. Cum Sydenhamo assentiatur aliqua ex parte Franciscus Torti, haerere coguntur qui nondum ulteriorem praxim sunt assequuti. Ne diutius quam par est hacce in quaestione immoremur, animadvertendum est perniciosam febrem cum dicimus, febrem intelligere, quae citissime aegros in summum vitae discrimen adducit, praecipue novo invadente paroxysmo, quocum gravissima simptomata conjunguntur, Cholera scilicet, Dysenteria, Vomitus atrae bilis, Cardialgia, Syncope, vel, quod frequentissime succedit, Carus, ut prae caeteris ostendit citatus Torti. Cum igitur usu Chi. Chi. cito, & larga manu exhibitae extinguere penitus eamdem valeamus, vel saltem praecavere ne novus paroxysmus enormibus, horrendisque symptomatibus stipatus recurrat, ecquis non videt ad eamdem posthabitis aliis omnibus remediis quamcitissime confugiendum esse? Quod ad Sydenhamum attinet, aliosque qui putant elapsis aliquot accessionibus Chin. Chin. esse praescribendam, quidni liceat conjectare de febribus benignis, quaeque nullum adjunctum habent symptoma, quod aut gravitatem morbi portendat, & ingens vitium humorum, aut decubitum materiae morbificae in aliquod viscus magni usus, verbo dixerim, de illis quae omni periculo vacant loquutos fuisse? Si ita res habet, ab illis sumus. Sunt vero & aliae febres, quas Hippocrates, & Galenus depuratorias vocarunt, multorum morborum remedium, & medicina. Pravi enim humores, quibus aegri ante morbum infecti erant, concoquuntur, & qua data porta per emissaria corporis foras eliminantur. In hisce porro statim concoctionis indicia apparent, quae brevitatem morbi portendunt. Si vix, ac ne vix quidem post plures accessiones ad Chin. Chin. confugias in hujusmodi febribus parum, aut nihil interest, cum sponte desinant, cessantibus vero aegri melius quam ante se habeant. Sed haec hactenus de Caro.

XV. *Est Lethargus profundissima somni species cum febre &c.*] Lethargus, qui lethargia, latine Veternus, seu ut Celso placet, inexpugnabilis dormiendi necessitas, & coma somnolentum, seu cataphora, subeta Avic. adeo affines sunt morbi, ut gradu tantum differant inter se. Dicitur *profundissima somni species cum febre*, quae in comate somnolento vel nulla est, vel adeo exigua, ut pro nulla haberi possit, *delirio, & memoria amissa*, quae in comate servatur. De causa hujusce morbi proxima vix ulla dicenda erant, cum ex dictis de comate vigili, & Caro erui commode posset. Eam nimirum esse ostendimus languescentem, ac fere interceptum motum spirituum animalium ad organa sensui, & motui voluntario dicata, & ab his ad cerebrum excursum ab exterioribus causis, vel ab alio morbo productum. In hoc discrimen situm esse aliquod videtur, quod causae remotae a vitio sanguinis, humorumque repetendae sunt, & primo

XVI. *A redundantia humoris aquei, serosi &c.*] Quotiescunque adsit humoris

aquei,

aquei, ferofique copia, ac fibræ cerebri flaccefcant, manifeftum eft non eam fpirituum copiam fecerni poffe, vel non illius effe efficaciæ, quæ ad nervos inflandos, ac tendendos fufficiat: hinc eft Animal in profundum foporem delabi. Adeffe autem in Lethargo obfervationibus præftantiffimorum Anatomicorum compertum eft, præ cæteris Willifii lib. de ani. brutor. qui in quodam poft cephalalgiam diuturnam ex Lethargo demortuo cerebri anfractus tam exteriores, quam cavitatem internam aqua limpida impletam invenit: & cap. 9. de paralyfi qui in puero trium annorum ex ophthalmia, & exanthematibus faciei foporofo, & cæco facto fub meningibus infignem lymphæ ftagnantis copiam invenit, qui ventriculos, ac thalamos opticos implendo, comprimendoque cæcitatem procreavit. Nifi peccet medullarium fibrarum cerebri atonia, fufficit, ut materia lenta, ac difficilis, vel fanguis craffus, vifcidufque cerebri glandulas obftruat. Hifce enim obftructis neque fpirituum animalium fecretionem, neque earumdem derivationem in partes haberi poffe adeo manifefta res eft, ut manifeftior fit nulla.

XVII. *Caufæ antecedentes, & externæ funt ciborum, potuum, & rerum frigidarum abufus &c.*] Quæcumque ferofis, lentis, ac difficilibus humoribus progignendis, vel fanguini cogendo figendoque apta exiftunt, ambigendum non eft, ea Lethargo producendo opportuniffima exiftere. Primi generis funt cibi, & potus rerum frigidarum, aer paluftris, locorum humidorum incolatus, ætas fenilis, puerilis. Si de immodico vini ufu fermo fit, cum præter fulphureas, tartareas, acidafque partes contineat, illud fit, ut illis exhalantibus, hæ in fanguine congerantur, atque ejufdem craffitiem, lentoremque progignant, folidarum vero partium tonum plurimum imminuant. Idem plane de immodica Venere dictum velim, ut etiam cap. 1. de apopl. com. in aph. 6. demonftratum eft; hinc recte Poeta ille, qui Apollinem Medicorum æque, ac Poetarum parentem agnofcit, ait:

Ut Venus enervat vires, fic copia Bacchi
Et tentat greffus, debilitatque pedes.

Corporis fegnities, vel immoderata exercitia.] Utilitates moderati exercitii perftrinxit Hippocrates inquiens: *Labor articulis, & carnibus confert, cibus vero, & fomnus vifceribus.* Carnes enim, & mufculofas partes per exercitia confolidari, & validiores fieri docuerat Hippocrates in lib. 2. de diæt. obfervans, quod pifces undas verberantes, ac laboribus affueti folidiorem carnem habent. *Labor enim*, inquit, *ficcat, & robuftum corpus facit.* Cum igitur Mufculi in iis, qui otiofam, & fedentariam agunt vitam, exceptis iis, qui refpirationi inferviunt, ferientur, fequitur fanguinem lente moveri per vafa corporis, præfertim minima, ac ceffante alterna Mufculorum conftrictione, & relaxatione, eumdem vix, ac ne vix quidem atteri, fundi, attenuari, fulphureas fubtilioresque fanguinis partes minime exfolvi, hinc totam maffam refrigerari, craffis, difficilibus mucofifque quifquiliis onuftam reddi, unde morbi a craffo, vifcido, ac lento oriundi præfto funt. Eadem fere incommoda fequuntur fi corpus immoderate exerceatur. Diffipantur enim fpiritus, partium robur infringitur, fluidiores humorum partes, tenujorefque difperduntur, hinc languefcente folidarum partium tono, terreftribus, craffioribufque remanentibus, obftructiones, congeftionefque facile fubfequuntur, quæ fpirituum animalium fecretionem, ac derivationem in partes prohibent, unde Lethargus. Quam apte cadit in hunc locum quod cecinit Ovid. l. 1. de Ponto:

Me quoque debilitat feries immenfa laborum,
Ante meum tempus cogit & effe fenem.
Otia corpus alunt, animus quoque pafcitur illis:
Immodicus contra carpit utrumque labor.

Somni

Somni longi.] Idem omnino dicendum de fomnis longis, & diuturnis. Mufculi enim voluntario motui deftinati non folum feriantur, fed omnino flaccefcunt, collabuntur, & paralytici fiunt. Huc accedit fanguinem craffum, vifcidum, & lentum in minimis vafis facile fubfiftere, iis præfertim, quæ mollia funt, ac minimo elatere funt prædita, ut fere funt vafa cerebri. Nil ergo mirum fi congeftiones, obftructionefque glandularum cerebri facile fubfequantur, quæ liberum fpirituum animalium motum prohibendo Lethargum procreent. Cui quidem plurimum etiam tribuit decubitus horizontalis, quo fanguis multo facilius in caput trajicitur, unde vaforum nimia diftentio, ac glandularum compreffio fuccedit, quæ fi diuturna fit, fieri minus vix poteft, quin etiam earundem ftructura pervertatur, atque apoplexiæ impetus detur.

Quam apte dicebat Plato lib. 30. cap. 9. fomnum immodicum & corpori, & animo obeffe. Ipfe propterea prima nocte furgebat, & non plus dormire folebat, quam quod fatis effet ad vitandam ex nimia vigilia malam habitudinem. Hinc Homer. Iliad.

Turpe duci totam fomno confumere noctem.

Ac jure exclamavit Hippocrates de diæt. *Multi corrumpunt corpus fuum, & quod Deus dedit aptum faciunt ineptum, idque labefactant otio, fomnolentia, vino, vigiliis venereis, & immodica libidine.*

XVIII. *Signa funt perpetua dormiendi neceffitas &c.*] Quæcumque fit lethargi caufa, cum non ea fpirituum copia fecernatur, quæ medullarium, nervearumque fibrarum naturali tenfioni fufficiat, manifeftum eft, nec objectorum impreffiones a fenfuum organis ad cerebrum, nec viciffim a cerebro ad organa fenfibus, & motibus voluntariis dicata motiones tam facile propagari poffe; hinc fenfus, & motus ceffare neceffum eft, & inexpugnabilem dormiendi neceffitatem exoriri.

Oblivio, delirium] Eadem de caufa fit, ut fibræ cerebri tremores, quos alias receperunt, quique animæ rerum imagines objiciebant, vix iterum poffint concipere, hinc anima comparare non poffit motus cum motibus, unde oblivio.

Cum vero per intervalla aliqua fiat fpirituum fecretio, cum quædam tenuiffima filamenta nervea inflentur, tendanturque, quædam vero fpirituum eorumdem influxu deftituta flaccefcant, ac collabantur, inordinatos, atque inconcinnos motus excitari contingit, atque animam falfum de rebus apprehenfis judicium ferre, unde delirium.

Supinus decubitus, rerum apprehenfarum e manibus delapfus, palpebræ imperfecte claufæ &c.] Deficiente fpirituum animalium copia, ac flaccefcentibus nerveis fibris, manifeftum eft Mufculos motui voluntario dicatos contrahi, tendi, inflari non poffe, ergo ne illos quidem, qui funt neceffario contrahendi, inflandique, ut Animal vel in latus, vel contractis cruribus, vel plicatis, complicatifque brachiis decumbere poffit; confequens ergo eft ut fupinus decumbat æger. Eadem de caufa tendi, ac contrahi non poffunt Mufculi manus complicantes, quæ contractio neceffaria eft ad res apprehenfas retinendas, hinc earumdem e manibus delapfus.

Mufculos quoque conftringentes palpebras, maxillam adducentes, caput, & reliquum corpus ad pofteriora trahentes ab actione fua feriari neceffum eft, hinc palpebræ imperfecte claufæ apparent, os diductum, ac univerfi capitis, & reliqui corporis moles fuo ipfomet pondere ad partes anteriores cadit, feu dilapfus in pedes proficifcitur.

Febris lenta fub noctem quotidie ingravefcens (nifi forte Lethargus fymptoma fit inflammationis vifcerum, vel &c.] Cum humores craffi, vifcidi, ferofique fanguini admixti circulationem ejufdem perturbant, febrem quidem progignunt, fed fulphureæ, fubtiliorefque particulæ in motum non aguntur, hinc nullus calor,

lor, effervefcentia nulla eamdem comitatur. Æquum ac confentaneum vifum fuit fubnectere (*nifi forte Lethargus fymptoma fit inflammationis vifcerum &c.*) Lethargum enim præfertim pulmonum inflammationi fuccedere adnotavit præftantiffimus Ballonius tex. Hipp. lib. 2. & 3. de morbis. Hoc autem cafu acuta febris, & vehemens apparet, quæ tamen Lethargi non eft, fed inflammationis. Interdum etiam fymptoma effe affecti Ventriculi, & inteftinorum notavit Riverius in prax., cum hæc ab acribus humoribus, ac præfertim vermibus mordentur. Veteres ajebant a craffis, & copiofis vaporibus ex crudorum, & & pituitoforum humorum copia elevari fpiritus animales aggravari, & veluti caligine fuffundi, quemadmodum nubes in majori Mundo Solis radios obtenebrant; quæ tamen fententia jamdudum obfolevit, affirmantibus aliis, & melius a morfu, atque erofione in extremitatibus nervorum inteftina perreptantium convulfionem excitari, quæ ad Cerebrum ufque propagata occludere valet oftiola glandularum, ac fpirituum animalium liberum a cerebro ad partes, a partibus ad cerebrum excurfum prohibere. Tunc vero febrem vagam, & inæqualem exoriri ab accuratioribus practicis adnotatum eft.

Refpiratio debilis, ac rara, pulfus tardus, rarus, undofus &c.] Craffis, vifcidis, ferofifque peccantibus humoribus, licet Cerebellum nullam offenfam acceperit, fpiritus tamen vel pauci etiam in eodem feparantur, vel non ejus energiæ quæ fufficiat nervis inflandis, ac tendendis, qui naturalibus motibus, cordis fcilicet, & refpirationis, famulantur, ea ratione, qua opus eft ad validiores, crebriorefque contractiones, quemadmodum contingit in fomno, fanguine naturaliter conftituto. Reliquum eft igitur, ut refpiratio debilis, ac rara, pulfus item tardus, rarus fubfequatur. Undofus porro pulfus non aliunde repetendus eft, quam ex eo quod craffis, lentis, ac difficilibus peccantibus humoribus, in extremis corporis partibus obftructiones facile contingunt, quæ liberum fanguinis per minima capillaria vafa curfum impediunt, unde fanguis in truncis majoribus, vi atque impetu impulfus cum obicem offendat, neceffe eft, ut refluat verfus Cor, ut undæ maris, aut fluminum ab allifu fcopulorum, riparum, aut ejufmodi, ut præ cæteris oftendit luculentiffime Bellinus. Cætera fymptomata, quæ Lethargum comitari folent, quoniam a laudato folertiffimo viro perbelle admodum explicantur, legi ex eodem malumus, quam hic referri.

XIX. *Lethargici feptem diebus moriuntur, fi vero hos evaferint, fani fiunt.* Hip.] Cum cerebrum fubftantia molliffima fit ac tenerrima, a putrefcentibus in eodem humoribus fic lædi poteft, ac labefactari, ut fphacelo facile corripiatur: hinc eft Lethargicos non fanaturos cito de medio tolli. Hippocrates tempus definivit, inquiens: *Lethargici feptem diebus moriuntur*. Si vero intra id tempus cerebrum fphacelo non corripiatur, materia in eodem fubfiftens, atque vafa obftruens incipit mitefcere, fluiditatem acquirere, & per infignes excretionum vias foras eliminari; hinc eft elapfis feptem diebus in fanitatem plerunque terminari Lethargum.

Id quidem peracutis omnibus morbis commune eft, ut nifi citiffime in mortem definant, mitefcente, vel aliunde translata materia peccante, vel in fanitatem, vel alios morbos terminentur.

XX. *Dolor capitis vehemens, febris intenfior facta, univerfi corporis tremor, paralyfis &c.*] Vifcera noftri corporis in fphacelum plerumque abeunt poft inflammationem. Materia enim inflammans, vel corruptis folidis partibus in bonum pus convertitur, qui ftatus fuppuratio dicitur, vel acrem, cauftицam naturam induit, folidafque partes corrodit, putrefacit, liquidi nervei, ac fanguinis arteriofi irrigationem, atque influxum in eafdem prohibet, unde omnis vitalis actio in iifdem perfecta morte deftruitur, qui ftatus proprie Sphacelus appellatur.

tur. Ad rem noſtram quod ſpectat, hæc pauca habeto. Sphacelus cerebri fieri non poteſt, niſi materiæ in eodem ſubſiſtentis componentes partes, ſenſim a ſe mutuo ſolvantur, atque ſecedant, ſubtiliores avolent, craſſiores vero remaneant, ac corrumpantur. Quæ dum fiunt, acres volatiles, ſulphureæ particulæ exaltatæ, atque in univerſam ſanguinis maſſam diffuſæ agitationem, ejuſque furorem efficiunt, unde febris intenſior fit, dolor capitis vehemens ſupervenit. Corrupta jam materie peccante, atque una cerebri ſubſtantia, inhiberi æqualem ſpirituum animalium ſecretionem, atque eorumdem in organa ſenſuum, & motuum derivationem contingit: hinc cum quædam nervorum filamenta inflentur, tendanturque, quædam vero flacceſcant, ac collabantur, tremor corporis ſupervenit: ſi corruptio tanta ſit, ut ſpirituum animalium influxus omnino prohibeatur, paralyſis. Hæc fere accidere ſolent iis, qui Lethargo ante ſeptimum diem moriuntur.

XXI. *Si parotides erumpant præſertim die critico, aut multa per nares &c.*] Materia Lethargum efficiens moveri cum incipit, ac fluere, undecumque illa profluat, bonum eſt; ſi parotides appareant, materiem ſanguinis circulo reſtitutam eſſe, & in glandulis parotidum depoſitam ſignificatur: hinc ſalutis ſpes aliqua. Quamquam autem quocumque tempore ſuperveniant parotides boni ominis ſunt, obſervatione tamen compertum eſt diebus criticis erumpentes raro fallere. Cujus phænomeni ratio non alia eſſe videtur, quam quod congruo tempore materia fluere incipit, & citra violentiam.

XXII. *Qui ex Lethargo ſanantur Empyci fiunt. in coace. & 3. de morb.* Hip.] Hoc Hippocratis effatum plurimorum Medicorum ingenia plurimum torſit. Proſper Martianus Hippocratis interpres accuratiſſimus eo adductus eſt, ut crederet per Lethargicos non intelligi qui ſomno contra naturam, qui communiter Lethargus appellatur, detinentur, ſed qui vitio aliquo pectoris laborant, unde ſuppurata materie morbum faciente Empyci fiunt. Contrarium ſuſtinent Williſius aliique, afferentes per Lethargicos revera intelligi illos, qui Veterno correpti ſunt, fieri tamen, ut humores in cerebro hærentes, ubi moveri, ac fluere incæperint, reabſorbeantur a venis, circuitioni reſtituantur, & in pectus decumbant, unde Empyema. Alii demum rem paulo ſubtilius ad trutinam revocantes, cum animadvertiſſent excreto pure per nares, & aures Lethargum ſolvi, in eam opinionem venerunt, ut crederent, non eam, quæ in Thorace fit, ſuppurationem intellexiſſe Hippocratem, quæ communiter Empyematis nomine venit, ſed quæ in ſingulis partibus, & in caſu propoſito de Lethargo ad aures, & nares contingit. Hæc fere Cl. Mercurialis interpretatio eſt, quam præ cæteris omnibus ad veritatem propius accedere a præſtantiſſimis viris Fernelio, Riverio, Bellino notatum eſt: ut mittam hancce Empycorum acceptionem Hippocrati familiarem eſſe, ut Galenus com. aph. 7. ſect. 5. & aph. 44. ſect. 7. teſtatus eſt.

XXIII. *Melius eſt phrenitidem ſupervenire lethargo, quam &c.*] Cum lethargus ſeroſam, craſſam, lentam, ac difficilem materiem pro cauſa agnoſcat, & fibrarum cerebri laxitatem, phrenitis contra acrem, mordentem, convellentem, fibrarumque cerebri elaterem inſigniter auctum, ſi lethargo phrenitis ſuperveniat, indicatur materiem lethargum efficientem loco dimotam eſſe, ſolutam, & ad fluendum aptiſſimam factam. In eam propterea ſpem nonnulli facile adducuntur, ut credant extra cerebrum tandem per inſignes excretionum vias facile eductam, ac morbum profligatum iri. Verum cum materia nimis tenuis, acris, irritans fibras nimis tenſas, & ad oſcillandum nimis promptas convellat, & inflammationem membranarum cerebri progignere valeat (quæ præcipua phrenitidis cauſa eſt) verendum iis eſt, ne æger a lethargo liberatus phrenitide ſuperveniente moriatur, ut præ cæteris notavit Cl. Bellinus. Ex quo liquido conſtat tranſitum e letargo in phrenitidem tutum omni ex parte non eſſe. Multo autem

autem minus e phrenitide in lethargum. Indicio enim eſt ſolidarum cerebri partium tonum labefactari, ſenſum, ac motum amittere, tumoremque inflammatorium in Sphacelum abire.

XXIV. *In Lethargi curatione, ubi febris acuta ſit, fervidior ægri temperies &c. venæ ſectionem &c.*] In lethargi curatione ad febrem, & cætera quæ eumdem comitantur ſymptomata reſpiciendum eſſe facit potiſſimum ea ratio, quod via nobis illorum conſideratione ſternitur ad dignoſcendas cauſas, quæ principem in curatione obtinent locum. Quæ res a pleriſque neglecta effecit, ut lethargum una eademque methodo pertractaverint, vel in ſeligendis remediis, quæ cauſis morbum facientibus adverſari reputantur dubii, atque ancipites hærere coacti fuerint. Ut a fonte Chirurgico exordiamur, utrum in Lethargo detrahendus ſit ſanguis lis eſt.

Nonnulli ad ſpirituum animalium inopiam reſpicientes, quæ proximi lethargi cauſa eſt, nec non ad craſſos, viſcidos, ſeroſoſque humores, quibus imbuta corticalis cerebri ſubſtantia iiſdem ſecernendis impar redditur, qui remotæ cauſæ ſunt, detrahendum non eſſe ſanguinem pugnaciſſime ſuſtinent. Primum enim verentur, ne ſanguinis miſſione materia proxima ſpirituum exhauriatur, ac flacceſcentibus magis, magiſque nervis virium collapſus major, ac ſomnus profundior excitetur, hinc morbus augeatur, aut confirmetur. Atque hi quidem, humores craſſos, lentos, ſeroſoſque non venæ ſectione, ſed purgantibus medicamentis eſſe educendos haud dubie affirmant.

Alii e contra non ſolum venæ ſectionem pertimeſcunt, ſed illud eſſe remedii genus, quo nullum præſtantius, aut pro ægrorum opportunitate valentius excogitari poteſt, arbitrantur. Si craſſi, lenti, ac difficiles peccent humores, cum imminuta ſanguinis copia amplior vaſis concedatur diameter, validius, & fortius ſe ſe contrahendo, quod craſſum eſt attenuare valent, quod tenaciter adhæret dimovere, ac circulo reſtituere. Si ſeroſi, vel effuſi ii ſint e propriis vaſis, diffuſique per cerebri ſubſtantiam, vel in parte peculiari collecti reabſorberi a venis poſſunt, hinc a ſeroſa colluvie liberato cerebro, majorem fieri ſpirituum animalium ſecretionem contingit, atque ægrum a lethargo excitari. Ne in fraudem inducerentur Adoleſcentes per opiniones duas maxime celebres, placuit cautiones nonnullas in medium afferre, quæ dubitationem iis tollant omnem. Ubi enim febris acuta ſit, calida temperies, faciei, & oculorum rubor adſit, ſuppreſſæ ſint naturales evacuationes ſanguinis, ecquis non ſolum ad ſuſpicandum, ſed ad credendum vehementer adducatur cerebri phlogoſim, vel plenitudinem tantam adeſſe, ut eamdem minitetur? Niſi virium debilitas venæ ſectionem prohibeat, curationem ab eadem exordiendum eſſe cum Cl. Tralliano facile judicaverim. Ex baſilica quidem brachii ſanguinem prius mittere in capitis affectionibus oſtendimus cap. 1. de apopl. com. in aph. 15., niſi ob velocem motum ſanguinis in caput ob ſuppreſſos improviſo Menſes, aut Hæmorrhoides aliter Medico videatur.

Sunt qui venas frontis, vel jugulares ſecandas imperant, verum ſi quid ſentio, ſolum in ſumma rerum anguſtia, & ubi morbus ad apoplexiam accedat, id præſtandum traderem.

XXV. *Cucurbitula magna Occipiti applicata, cui prodeſſe non valeat?*] Cucurbitula Occipiti applicata magna fit ſanguinis derivatio a parte affecta, hinc illud eſt remedii genus, quo certo feliciterque debellari deſperatas fere iſtiuſmodi affectiones teſtatus eſt Zacutus Luſitanus de Medic. princ. hiſtor. lib. 1. hiſ. 31. Hoc idem remedii genus inſignis Medicus, ac Poeta Fracaſtoreus Apoplexia correptus nutibus ſuis indicaſſe fertur, ſed non intellectus periit.

Cum nempe vires ſuas exerceat citra virium jacturam, in quocumque ſub-

jecto utiliter applicari poteſt. De loco Vid. Com. in Aph. 17. Cap. 1.

XXVI. *Si vero febris lenta ſit, ægri temperies frigida &c. Cucurbitulas, frictiones ſiccas &c. cataplaſmata ex ſeminibus Sinap. &c. aut ex limacibus &c.*] Nullum adeo ignarum inveniri poſſe crediderim, qui ad febrem lentam reſpiciens, ægri temperiem frigidam, ut ajunt, & humidam ad univerſum corpus pallidum, aliaque ſupra recenſita, ad credendum non adducatur lethargum a redundantia humorum ſeroſorum, craſſorum, ac difficilium, a ſolidarum partium laxitate ortum traducere. Tunc vero ad repetitam venæ ſectionem devenire, nihil per me licet aliud eſt, quam ægrum in ſummum vitæ diſcrimen adducere. Exhauſta enim materia proxima ſpirituum ſolidæ partes, magis, magiſque flacceſcunt, ſanguinis compages ſolvitur, unde ſeroſa pars a reliquarum nexu ſecedens facile e glandularum, & membranarum poris elabitur, atque inde vel in cavitates cerebri tranſudat, vel intra partium laxam ſtructuram ſubſiſtit, unde lethargum augeri contingit, aut confirmari. Alia propterea ſuppetunt auxilia, ut neceſſaria ſpirituum copia in cerebro ſecernatur, ac nerveæ fibræ debito eorumdem influxu vigorentur, inflentur, tendantur. Ejuſmodi porro ſunt illa, quæ aſperum ſenſum, ac dolorem inducendo univerſum nervorum genus percellunt, atque in reciproco motu conſtrictionis, & relaxationis excitant, unde craſſos, viſcidoſque humores attenuari, ſerum omne ſuperfluum abſumi contingit, fibras flacceſcentes firmari, ſpirituum motum liberum in partes redire. Huc ſpectant cucurbitulæ, frictiones ſiccæ, cataplaſmata ſtimulantia acria, vel rubefacientia plantis pedum applicata, quorum in cenſu veniunt quæ ex ſeminibus ſinap. fermento acerrimo, vel ſapone nigro commixtis parantur, aut ex limacibus cum cortice contuſis, quod Bononiæ præſertim frequenti in uſu eſt, idque magno cum fructu. Grates habendæ ſunt viro præſtantiſſimo Hippolyto Franciſco Albertino, quod primus fere Bononiæ uti eodem cœperit (narrantibus id mihi, teſtantibuſque viris fide digniſſimis) & ad lethargum profligandum tutiſſimum æque, atque efficaciſſimum, ſi quod aliud remedium reliquerit.

De aceti viribus in ſoporoſis affectionibus V. com. in aph. 11. cap. 3.

XXVII. *Si urina turbida, & qualis jumentorum appareat, purgans ex Scam. &c.*] Utrum purgantia medicamenta in principio morbi conveniant quæſtio eſt perdifficilis, & a pleriſque pertractata quidem, verum a paucis diſcuſſa. Qui in ea ſunt opinione ut credant humores craſſos, viſcidos, feroſoſque lethargo occaſionem præbere, exiſtimant eoſdem educendos eſſe dum adhuc fluunt, turgent, & nondum firmam in cerebro ſedem ſtatuerunt. Non ſolum igitur purgantia in principio morbi adhibenda eſſe volunt, ſed vehementia. Alii ex adverſo verentes, ne vaſa ſanguifera cerebri obſtructa ſint, & phlogoſi tentata, a purgantibus abſtinendum eſſe pugnaciſſime ſuſtinent, ne ſcilicet tenujoribus eductis humoribus, craſſioribuſque remanentibus, ac præ ſtimulo ſolidis partibus plus æquo conſtrictis, obſtructiones, ſtagnationeſque augeantur, atque in veram inflammationem deſinant. In fraudem vix, ac ne vix quidem induci poterunt Adoleſcentes per opiniones duas maxime illuſtres, ſi ad cautiones allatas diligenter attendant. Primum enim de lethargo ſermo eſt, qui morbus primarius eſt, non vero alterius morbi ſymptoma, quique a craſſis, lentis, feroſiſque humoribus terſam, perſpicuamque cerebri ſubſtantiam obnubilantibus citra phlogoſim, & inflammationem ortum traducit.

Hujuſce indicia præterquamquod ſupra oſtendimus eſſe febrem lentam, ægri temperiem frigidam, & humidam, aliaque id genus, unum preterea omnium tutiſſimum, & quo ad purgantia adhibenda manu ducimur adjecimus, urinam ſcilicet turbidam, & jumentorum urinæ ſimilem, quæ craſſos viſcidoſque humores adhuc in motu eſſe,

turge -

turgere, & per purgantia commode educi poſſe protenſo quaſi digito common-ſtrat, ut Proſper Martianus com. in aph. Hippoc. 22. ſect. 1. præ cæteris ad-notavit.

Si de purgatione hiſce cautelis inſtituenda loquutus ſit Etmullerus, mirari mi-nus ſubit, cur in ea procuranda nec timidum, nec cunctabundum eſſe debere medicum pronunciaverit. Inter cætera purgantia pillulæ cochiæ ad ℨ i. Fore-ſti, & aliorum experimento probantur; aliis pulvis ille ex Scam. & Caſtor. quo multos lethargicos deploratos ſe reſtituiſſe doctiſſimus Trallianus teſtatus eſt. Qua in re quid ipſe ſentiam pronunciare vix audeo. Eas pillulas in ejuſce-modi morbis nunquam adhibui, pulvere Tralliani non ſemel uſus ſum even-tu feliciſſimo. Quid eſt cur illis potius, quam hoc utar? In delectu nimirum remediorum experimentis quemque a ſe ipſo inſtitutis credere magis, quam ab aliis debere exiſtimo, hoc potius, an illo utatur. De Scam. & Caſtor. V. com. in aph. 23. cap. 1.

XXVIII. *Si lethargus febris alicujus, vel inflammationis, aut alterius morbi ſymptoma ſit, a purgantibus prorſus abſtineo &c.*] Cum lethargus eſt ſymptoma febris alicujus, vel eſt ſymptoma febris acutæ, & fortis, ut vocat Hippocrates, vel febrium intermittentium, quas Ludovicus Mercatus perniciofas vocat. Si primum, purgantia in principio exhibere res plena periculi eſt. Cum enim humores crudi ſint, & ſecretioni inepti, non ſolum nihil purgatur, nihil edu-citur, ſed in vehementiores, validioreſque contractiones acto nervoſo genere febris majorem in modum intenditur. *In acutis morbis*, inquit Hippocrates, *raro & in principiis, medicamentis purgantibus utendum eſt, & hoc cum præmedita-tione faciendum*. Raro inquit, quia id ſolum faciendum eſt cum materia tur-get, ideſt ut ex Phoeſii verſione, ait idem Hippocrates, impetu ſuo ad excre-tionem fertur. Raro autem id contingit, ſi eidem Hippocrati fides habenda 1. aph. 24. dicenti. *Concocta medicari oportet, & moveri non cruda, neque per ini-tia, niſi materia turgeat, raro autem turget*. Quibus ſic conſtitutis licet collige-re ſatius eſſe in Lethargo quod ſymptoma ſit febris acutæ abſtinere in principio a purgantibus medicamentis, atque expectare morbi declinationem, modo fœcu-lenti humores eo tempore e ſanguinis maſſa ſecreti ad inteſtinorum glandulas ablegentur. Quod evenire facile poterit, ſi continuo Cliſterum uſu eoſdem invi-temus.

Si lethargus ſymptoma ſit febrium intermittentium de genere perniciofarum, a purgante medicamento abſtinendum eſſe nemo eſt qui non videat. Si præter ſtimulum atque offenſam, quam fert natura invadente morbo, etiam a purgan-te medicamento irritetur, quæ damna in ægrum emanatura non ſunt?

Quamquam vero ſi Cl. Sydenhamum audimus in epiſt. reſponſ. ad Robertum Bradii vix, ac ne vix quidem ullo tempore medicamentis purgantibus uti ex-pedit, ubi lethargus in acceſſione febrium invadat. Ait enim: *Quantumlibet evacuationes omnes cujuſcumque demum generis ſint indicari videantur, ad revel-lendos ſcilicet ex cerebro humores, ut in apoplexia primaria fieri ſolet; eædem ta-men omnino omittendæ ſunt, utpote quæ originariæ hujus ſymptomatis cauſæ, febri nempe intermittenti prorſus adverſentur, ac proinde mortem accerſant*.

Purgantia exhibere medicamenta in viſcerum inflammationibus, quibuſcum ad-notante Cl. Ballonio lethargus plerunque conjungitur, idem eſſe, ac experimen-ta per mortes agere velle facile judicaverim.

XXIX. *In Lethargo primario, & frigido, ut ajunt, cæteris fruſtra adhibitis ad ſternutatoria devenio, aquam frigidam &c.*] Multi cum Cælio Aureliano a ſter-nutatoriis aliiſque ſtimulantibus medicamentis abhorrent, verentes ne tanta in partes cerebri turgidas, & nimis impeditas irritatio, & contractio induca-

 tur,

tur, ut major inde ſtagnatio, aut humoris e vaſis expreſſio contingat. Quotieſcumque tamen hiſce utimur in lethargo ab humoribus craſſis, lentis, feroſiſque cerebrum infarcientibus, atque a ſolidarum partium laxitate oriundo, & ſolum aliis fruſtra adhibitis, ut viri præſtantiſſimi Alexander Trallianus, & Ludovicus Mercatus tradiderunt, quid tandem mali ab iſtorum uſu pertimeſcendum eſt? Aucto nimirum ſyſtaltico nervoſarum partium motu, atque in priſtinum ſui elaterij ſtatum iiſdem reſtitutis, hærentibus humoribus calcar addi contingit, ſerum omne ſuperfluum abſumi, torpentes ſpiritus in motum agi, & ſomnum arceri. Aqua frigida, hiſce cautelis ſervatis, uti minime veritus eſt Cornelius Celſus. Ne Veſicantibus quidem uti vereri medentibus fas eſt. Cum nimirum cantharides in horum compoſitione principem locum obtineant, quæ acerrimo ſale abundant, non ſolum cutim cui applicantur extimulant eam divellendo, lacerandoque, ſed cum cauſticæ, ac fere urentes particulæ in ſanguinem intro-ducantur, (id quod manifeſtum reddunt pulſus concitatiores, mictus ſanguinei, urinæ ardores, & aliquando ſuppreſſiones, veſicæ dolores, vigiliæ, ſitis intenſiſſima, calor urens, & alia hujuſmodi, quæ a veſicantibus admotis obſervari ſolent,) nervoſum genus majorem in modum percellunt, & in validiores, vehementioreſque contractiones agunt, unde circulationem ſanguinis augeri contingit, ejuſdem principia fundi, ſi quid lentum, ac viſcidum eſt, diſſolvi, torpentibus ſpiritibus calcar addi, atque ægrum a lethargo excitari. V. Uvaldchmidius in M. C. Dec. 1. An. 2. obſ. 214. Ex quibus apparet ſolum in morbis a craſſis, viſcidis, ac difficilibus humoribus, a ſolidarum partium laxitate, & ubi cætera præſidia prodeſſe non valeant, eſſe adhibenda. Cæterum periculum eſt, ne quem excitare voluimus, ſoporare poſtea non poſſimus, immo delirio, convulſionibus, viſcerumque inflammationibus ſupervenientibus eumdem inopinate letho tradamus. Quo loco fateor me juſtis laudibus æquare non valere Georgii Baglivii monitum diſsertat. de uſu, & abuſu veſicantium cap. 2. de incommodis, ab eorum uſu cavendum eſſe in nervorum affectibus, & deliriis, contra Joan. Freindii opinionem com. de feb. com. 9. qui in omnibus acutis morbis, atque iis præfertim qui caput impetunt expeditum, nec opinatum levamen Veſicantia præbere teſtatur, neque audiendos eſſe illos, qui in affectibus nervoſis in febribus ardentibus, & continuis, etiamſi delirium acceſſerit, eorum uſum repudiant. Sed de his etiam dicemus cap. de phrenitide.

XXX. *Suis nominibus exclamati excitentur ægri, deque rebus &c.*] Monitum Cl. Cælii Aureliani eſt ſatius eſſe lethargicos ſuis nominibus exclamatos excitare, quam titillatu, impreſſione forti, ac punctione eoſdem cruciare. Poſtremum enim hoc facere nihil eſt aliud, quam ſtricturam aſperare ob inquietudinem vexationis. Si excitati cum fuerint, de rebus, de quibus optime valentes ſedulo cogitarunt, ſermo habeatur, cum anima validas motiones in medullares cerebri fibras imprimat, eaſdem tendi aliquantiſper contingit, ac ſpirituum animalium motum reſtitui. Sic avarum quemdam ope ingentis ſtrepitus numorum a Medico quodam excitatum fuiſſe a lethargo narrat Horatius, ſerm. lib. 2. ſerm. 3. Quam pulchrum eſt paucis remediis uti, iiſque tutis, quantum fas eſt, & pompæ nihil habentibus!

CA-

CAPUT IV.

De Delirio in genere & speciatim de Phrenitide, ac Paraphrenitide.

I. DElirium cum dicimus, aberrationem a recta ratione, quæ in judicii depravatione consistit, intelligimus.

II. Quod tunc contingit cum nerveæ cerebri fibræ varie, inordinateque concutiuntur, atque inconcinnis cientur motibus.

III. Hisce porro perturbatus spirituum animalium motus occasionem præbet.

IV. Causæ remotius operantes vel externæ sunt, vel internæ. Externæ sunt opium, crocus, hyosciamus, cicuta, belladonna, morsus venenatorum animalium, philtra.

V. Inter deliria, quæ a causis intrinsecis fiunt, atrox, ac vehemens illud, continuam febrim adjunctam habens, a meningum, & cerebri phlogosi, vel inflammatione ortum traducens, quod phrenitis appellatur, primatum obtinet.

VI. Hujusce causæ antecedentes, & externæ sunt immoderatus vini, & spirituum ardentium, & rerum calidarum usus, aer nimis calidus, insolatus, vehementes corporis, animique motus, febres ardentes, acutæ, erysipelata, variolæ, tumoresque cujusvis generis retropulsi, contusio, vulnus capitis, & alia hujusmodi.

VII. Signa imminentis phrenitidis sunt urinæ albæ, & lucidæ in acutis morbis, præsertim si tales ex crassis, & rubris evaserint, vigiliæ, somni perturbati, inquieti, terrifica insomnia, ad iram proclivitas, insolita garrulitas, morum actionumque mutatio, oblivio, dolor capitis vehemens; qui

VIII. Si eo usque increverit, ut præ atrocitate ægri perpetuo fere manus capiti admoveant, capillos avellant, e lecto prosiliant, in adstantes impetant, furant, carotidum adsit & temporalium arteriarum pulsatio, & turgentia, oculorum rubor, objectorum geminatio, lucis aversatio, lacrymatio, stillæ sanguinis e naribus, aliquando rubræ; pulsus durus, celer, frequens, ac parvus, respiratio magna, ac rara, lingua arida, nigra, flava, sitis fere nulla, stridor dentium, phlocorum, & festucarum collectio cum tremore manuum, & convulsione, urinæ suppressio, de phrenitide jam ægrum dire exercente ambigendum non est.

IX. Ægrum a garrulitate in silentium, a vigiliis in somnum, a variis membrorum gesticulationibus, convulsionibus in impotentiam ad motum, a delirio, & dolore in profundissimum somnum non remittente febre transire, malum.

X. Dolor capitis acutissimus in gravativum mutatus; sopor improviso in-

invadens, pulfus valde debiles, frequentes, parvi, virium collapfu, fæcum, urinæ involuntaria excretione fupervenientibus, ægrum brevi periturum portendunt.

XI. Satius eft febrem prius definere, quam delirium.

XII. Copiofam, & largam narium hæmorrhagiam, alvi fluxum, aut infignem aliquam evacuationem phrenitidi poft vigorem fupervenire bonum.

XIII. Simul ac phrenitis fe prodit, virefque robuftæ funt, venæ fectionem in brachio, & fi fuppreffio fit Menfium, aut Hæmorrhoidum, in pede inftitui, tandem fi morbus urgeat, ex jugularibus fanguinem detrahi jubeo.

XIV. Si vires imbecilles fint, vix falvatella fecanda. Cucurbitula vero magna fcharificata Occipiti applicata eximii ufus eft.

XV. Hirudines quoque, præfertim ubi fuppreffio fit hæmorrhoidum, fedalibus venis appofitæ mirum in modum conferre vifæ funt.

XVI. A purgantibus cujufvis generis prorfus abftineo, contentufque fum fero lactis Tamarindato ad libras duas propinando, necnon Clifteribus emollientibus bis, terque in die inijciendis.

XVII. Copiofæ potiones ex fero lactis deftillato, aquæ ftillat. portulac., malv. viol. nymph. lactuc. & fi nimius fit orgafmus, ac fervor, acetofæ, additis fuccis, vel fyrupis Ribi., Berber., Citr. Limon. eximiam operam præftant.

Decoctiones earumdem plantarum ad uncias fex mane quotidie pro alterante cum nitri puriffimi ℈ i. fyrup. Violar. ℥ i. exhibendæ. Emulfiones femin. melon. quat. frigidor. in aquis fupra recenfitis cum eadem nitri, & fyrupi quantitate vefpere non omittendæ.

XVIII. Depletis vafis, & impuritatibus humorum eductis ad camphoratam emulfionem devenio, quam fere parare foleo ex Semin. quat. frigid. ℥ i. s. aq. lactuc. violar. nymph. Lib. i. Emulfioni ad. nitr. puris. ftib. diaph. a ʒ .s. Camphor. ras. ℈ i. fyrup. de fuc. violar. ℥ i. M. detur ad ℥ .s. quocumque bihorio femper agitando vas.

XIX. Ubi vigiliæ intenfiffimæ urgeant, ac malignitas conjuncta fit, bolum ex camphor. cinnab. nativ. vel antimon. a gr. vi. cum extract. flor. papaver. rhæad. ℈ i. ægro præfcribo.

XX. Opiata, ac narcotica rafo capiti applicata, uti pariter repellentia, ac frigida minus tuta funt. Animalibus porro vivis, & præfertim columbis per medium diffectis calidis adhuc exiftentibus utendum, impofitis pannis calidis, ne cito frigefcant.

XXI. Veficantia perquam raro bene cedunt in phrenitide.

XXII. Victus fit tenuiffimus, panis fcilicet tritus jufculo tenui dilutus: Potus præ cæteris aquæ hordeaceæ tepidæ liberalis imperandus

XXIII. Septi tranfverfi inflammatio frequens paraphrenitidis caufa, non autem fola, ac conftans: cætera enim vifcera inflammata quandoque delirium inducunt.

XXIV. Signa funt extremarum coftarum, fterni, illius ventris partis, ad

ad quam circumextenſum eſt ſeptum ipſum dolor, præcordiorum pulſatio, ſurſum, & deorſum revulſio, reſpiratio ut plurimum parva, frequens, inæqualis, quandoque rara, vox acuta, tuſſis, riſus citra cauſam.

XXV. Curatio eadem fere, ac phrenitidis.

CAPUT IV.

De Delirio in genere, & ſpeciatim de Phrenitide, ac Paraphrenitide.

I. D*Elirium cum dicimus, aberrationem a recta ratione, quæ &c.*] Cerebrum viſcus illud, quod cæteris omnibus incumbens, ac ſupereminens iiſdem dominatur, divinum a Platone dictum, ſingulari plane artificio in hominibus elaboratum, ut non ſolum voluptate, & dolore perciti, quas Epicurus jure vocavit paſſiones primas, ac Gaſſendus, ut notat Euſebius, voluit eſſe *nobis principia, & criteria electionis, & fugæ*, ea quæ ad vitam tuendam, ac conſervandam faciunt, atque ad declinanda contraria agnoſcerent, ſed rationis ſplendore illuſtrati, atque mirabili arguendarum rerum facultate valentes, quidquid in perfectiſſima hac rerum congerie occurrit contemplarentur, quæ in re qualibet optima ſunt, & a ſenſibus aliena ſeligerent, ſic perſæpe labefactatur, ut non modo ſenſus interni, externique, motuſque a voluntate pendentes aboleantur (quod quidem miſerationem hominum movet) ſed ipſum rationis lumen extinguatur; atque homines brutis omni ratione carentibus ſimillimi evadant. Jam etiam me tacente facile omnes intelligunt de delirio ſermonem eſſe, quod inter capitis affectiones, quibus principes animæ operationes alterantur, primatum obtinet.

Quod latinis delirium, græcis παραλήρημα audit, nihil aliud eſſe, quam aberrationem a recta ratione omnes fere Philoſophi uno ore conſentiunt. De modo autem quo Animal a recta ratione aberret, lis orta maxime illuſtris. Plerique in eam opinionem venerunt, ut crederent, tunc oriri delirium cum imaginatio, & ratiocinatio depravantur. Aliquando ſolam imaginationem depravari, illæſa ratiocinatione. Sic Theophilus Medicus (ex Galen. lib. de ſympt. differ. cap. 3.) putans tibicines quoſdam angulum domus ubi decumbebat occupare, tamquam ſibi moleſtos eijciendos exclamabat. Quandoque ratiocinationem lædi illæſa imaginatione, ut ei contigit, qui ſingula vaſa rectiſſime nominans, illa tamen projecit. Errorem illorum, qui voluerunt imaginationem lædi poſſe, illæſa ratiocinatione, ſuſtuliſſe egregie nonnullis viſus eſt Euſtachius Rudius, aliique poſt illum judicantes Theophilo Medico non ſolum imaginationem, ſed etiam ratiocinationem læſam fuiſſe. Putabat enim tibicines adeſſe (qui error imaginationis eſt) eoſque eijciendos curabat, qui error eſt ratiocinationis, errorem imaginationis ſequutus.

Ratiocinationem lædi quotieſcumque ad imaginationem puriſſima afferuntur phantaſmata, nec aliquo modo falſitatis vitio coinquinata, fieri nullo modo poſſe pugnaciſſime ſuſtinent alii. Atque id quidem exemplo præclare illuſtrant. Si enim furens aliquis recte apprehendat, & cognoſcat hominem prout eſt v. gr. ambulantem, ſedentem, veſtitum, loquentem &c. & deinde eum ſine cauſa interimat, ſane facinus hoc non perpetraret, ni per delirium, odium in eum concitatum fuiſſet, ideſt imaginatio repræſentaſſet illum aliquo pacto odioſum, vel ſibi non convenientem, vel voluptatem aliquam conſequuturum, ſi eumdem gladio confoderet. Quod pariter dicendum de illo qui omnia vaſa rectiſſime nominans illa tamen projecit. Id enim minime effeciſſet, niſi imaginatio re-

repræfentaffet inutilia, atque idcirco proijcienda. Quæ fane oftendunt ratiocinationem lædi non poffe, illæfa imaginatione. Hæc fere communis & trita plerorumque fententia. Quam tamen profligare penitus conantur, qui omnem a recta ratione aberrationem non ad imaginationis, & ratiocinationis depravationem, fed ad falfa judicia referendam effe arbitrantur. Ab his non fumus. Cum enim Theophilus Medicus putet tibicines angulum domus occupare, rem quidem falfam apprehendit, cum tamen apprehendat, judicat rem effe, uti apprehendit, ideo tamquam fibi moleftos ejiciendos exclamat. Ita qui hominem fine caufa occidit, apprehendit quidem eum vel odiofum, vel fibi non convenientem, cum tamen illum apprehendat, judicat effe uti apprehendit, ideoque gladio confodit. Ergo error non imaginationis eft, fed judicij. Qui ad errorem ratiocinationis eumdem referunt, caveant ne falfa opinione adducti plus ei tribuant quam par eft. Quem enim errorem vocant ratiocinationis, judicii error eft. Quid enim eft aliud ratiocinari, quam aliquid de re aliqua affirmare, aut negare? Affirmare autem, aut negare judicium fere eft. Apparet ergo errorem ratiocinationis ad falfum judicium referendum effe. Quapropter illud citra ullius erroris fufpicionem affirmari poffe videtur, tunc a recta ratione aberrare homines, ac delirare, cum illorum judicium depravatur. Quod tamen fic accipias velim, ut non quodcumque falfum judicium, delirium dicas, fed illud tantum, quo a communi confuetudine, & officiorum mediocritate homines defcifcunt. Apte cadit in hunc locum ingeniofa celeberrimi P. Mallebranchii animadverfio, infanos communiter appellari non qui dicunt, efficiuntque, quæ veritati, ac rationi repugnant, fed illos tantum, qui aut dicunt, aut efficiunt, quæ communiter falfa reputantur. Quod exemplo illuftrat idiotæ cujufdam, cui Deus Opt. Max. dediffet oculos intuendis rebus longiffime a nobis diffitis aptos ea prorfus ratione, qua Aftronomi oculis perfectiffimo Telefcopio armatis Cœlorum phænomena clare perfpiciunt. Si enim idem Lunæ faciem infpiciens & Montes, & Valles, & Maria, & Lacus, audientibus aliis, qui harum rerum apparatu minime inftructi, nihil tale jurati credunt, fortaffe fylvas in eadem apparere haud dubie affirmaret, quamvis veriffima fint, quæ diceret, cum tamen falfa communi aliorum confenfu reputentur, infani, ac defipientis reprehenfionem effugere nullo modo poffet.

II. *Quod tunc contingit, cum nerveæ cerebri fibræ varie, inordinateque concutiuntur &c.*] Cum delirium in genere in judicii depravatione confiftat, perfpicuum eft, quidquid judicium depravare valet, id delirio proxime procreando opportuniffimum exiftere. Quo loco animadvertendum eft neceffarium non effe percipere, quæ fit animi, & corporis natura, quæ propietates, quæ affectiones, quæ ratio confenfus affectionum earumdem. De his enim, & fimilibus quærere non Medicorum, immo ne Philofophorum quidem provincia eft: ad magiftros pertinet primæ Philofophiæ, quorum officium eft, quæ ab omni fenfu, & imaginatione disjuncta, & remota funt, aut fcientia comprehendere, aut conjecturis perfequi. V. Jac. Placent. Orat. p. 26. Conftat enim certis mentis cogitationibus certos in corpore motus effe conjunctos, & certis motibus corporis certas mentis cogitationes. *Certis inquam mentis cogitationibus certos in corpore motus effe conjunctos*; neque enim omnes mentis cogitationes occafione alicujus motus in corpore fufcitantur, neque omnes corporis motus a cogitatione aliqua mentis dependent, fed quædam animæ cogitationes ex fola cogitatione pura, quædam ex mutata corporis conditione fequuntur: atque e contra motus quidam in corpore non advertente, non imperante anima, alii vero cum attentione, & imperio animæ, alii occafione utriufque excitantur. Quomodo autem res mere fpiritualis in corpus agere poffit, aut ab ea quodammodo pati, nemo

nemo adhuc satis explicavit. An propter facultates illas Veterum medias quasi inter mentem, & corpus? Verum quis mediam hanc naturam, quæ neque spiritualis sit, neque corporea, seu materialis, assignavit? An propter causas occasionales, quas P. Mallebranchius cum Cartesianis excogitavit, seu sancitam a Deo Omnipotenti legem, ut anima occasio sit, ob quam Deus ipse moveat corpus, corpus causam esse ob quam Deus perpetuo, & constanter moveat animam? An propter harmoniam præstabilitam, quam Leibnitius Physicus magnus, & doctus invexit, seu successivam illam motuum seriem Dei Omnipotentis virtute humano corpori communicatorum, ut unus certis temporibus oriretur vicissim ex altero, ejusque animæ inter infinitas, quæ esse poterant, eidem corpori unionem, quæ cum præstabilitis motibus conveniret? Subtilius ne an verius dicta hæc sint a Philosophis magnis, & doctis non facile dixerim (*a*). Ignota enimvero est nobis adhuc, & erit fortasse ratio, qua mens, & corpus substantiæ inter se diversissimæ in se mutuo agant, aut a se mutuo patiantur. Si quis ergo quærat quam ob causam principes animæ operationes lædantur, depraventurque, ad hæc respondebit luculentissime, si afferat vitia cerebri, nerveorumque filamentorum, quibus contextum idem est. Secus finibus artis prætergressis, quæstionem obscurissimam, & quod magis est ad primam philosophiam pertinentem pertractabit, atque in ipso quasi limine hærere cogetur. Interea certum est nostræ mentis cogitationibus certos in fibris cerebri motus, certasque ipsarum flexiones respondere, & vicissim certis motibus, & flexionibus fibrarum cerebri certas quoque in mente cogitationes excitari, unde apparet causam proximam, & continentem, seu occasionem cogitationum, aliarumque animæ operationum esse motus fibrarum cerebri. Quod quidem aperte docuit Plato in Timæo, quo loco: *Excogitaverunt*, inquit, *Dii caput motuum omnium compos id fore*. Si enim caput motuum omnium compos est, in compote radices, & principia motuum esse debuerunt, a quibus specificis motibus singulæ, & specificæ animæ operationes exerceri quasi potuissent. Quid aliud significare voluit Hippocrates lib. 6. de morb. pop. cum dixit *animam deambulare*, quam organa animæ functionibus obeundis destinata perpetuo, & constanter specificis cieri motibus, ac varie concuti pro muneribus ejusdem animæ imperio exequendis? Quid plura? A Recentioribus Medicis stabilitum est res sensibiles nulla alia ratione sensibiles esse, & Cerebrum afficere, quam motu. Colores, odores, sapores, sonos esse motus, qui impressi organis sensibus externis dicatis per nervos usque in cerebrum transmittuntur; licet hi motus nullam habeant similitudinem cum iis rebus, quæ motus efficiunt. Quemadmodum enim voces, & characteres instituti sunt ad significandas res, quæ per voces, & characteres significantur, licet nullam hi similitudinem habeant cum rebus quas exprimunt, ita verosimile videtur legem a Deo sancitam esse, ut certis motibus fibrarum cerebri certæ ideæ conjungantur, licet motus nullam habeant similitudinem cum rebus, quas motus iidem repræsentant. Neque illud quærendum est, an hujusmodi motus tremuli sint, an undulosi, an alterius naturæ; Satis superque est haud ignorare, ubi ii motus concinni sint, ordinati, si ad ea quæ nobis objiciuntur accommodati, eosque anima ipsa ad arbitrium moderari, ac regere possit, congruas quoque, & rationi consentaneas mentis cogitationes, ac recta judicia exoriri. Si vero inconcinni sint, inordinati, si ad ea quæ nobis objiciuntur non accommodati, & animæ imperio non subsint, confusas, irregulares cogitationes, ac falsa judicia. Cum ergo delirium in falso judicio consistere ex dictis manifestum sit, proximam, & continentem causam delirii esse inordinatos, atque inconcinnos motus fibrarum cerebri, manifestius quidem est, quam ut ul-

(*a*) *Vid. P. Tournemin. Memoir. de Trev. Mart.* 1704. *pag.* 231.

lis rationibus poffit comprobari. Ex quibus liquet quanti facienda fit Veterum opinio, qui caufam delirii proximam, & continentem voluerunt effe imagines, & fimulacra quædam in cerebro tamquam figillo falfo cufa, & impreffa. Huc accedit Cerebrum ex duplici fubftantia corticali, & medullari conftare. Si ergo in corticali hæc fimulacra cudantur, quoniam hæc minutiffimis, & microfcopio vix, ac ne vix quidem confpicuis glandulis conftat, five eæ glandulæ Malpighianæ fint, five Ruyfchianæ, per quas fpiritus animales fecernuntur, quomodo ab hac impreffione earumdem ftructura non pervertatur, atque muneribus fuis obeundis impares minime evadant omnino non video. Quod fi in medullari, quoniam hæc contextus eft ductuum tenuiffimorum, per quos continuo flumine fecreti fpiritus in nervos depluunt, continuum fpirituum fluxum impedire, quominus cufæ, & impreffæ imagines permanere poffint, luce clarius appareret. An fpirituum animalium incendium pro caufa delirii proxima habendum, ut Willifius arbitratus eft? Hæc quidem fententia iis maxime arridet, qui fpiritus animales aereo-æthereæ, lucidæ atque igneæ naturæ effe ftatuunt. Verum qui ignis proprietates perfpectas habet, is facile judicabit ejufmodi fluidum a fanguine per canales tenuiffimos neque feparari, neque contineri poffe, ut præ cæteris teftatus eft Fr. Hoffmannus.

III. *Hifce porro perturbatus fpirituum animalium motus occafionem præbet.*] Ad veritatem propius acceffiffe vifus eft Cl. Etmullerus, qui perturbatum motum fpirituum animalium delirii caufam prætendit, in hoc tamen falfus, quod proximam, & continentem caufam conftituit, cum pro remota tantum haberi poffit, ac debeat.

Nempe fpiritus animales cæco impetu hac illac irruentes nerveorum filamentorum inconcinnos, atque inordinatos motus ciere valent, qui motus delirio producendo proxime operantur. Quemadmodum proxime tremores, motufque chordarum citharæ, remote vero digitos citharam pulfantes ad fonum gratum, & jucundum, vel ingratum, & injucundum agere perfpicuum eft.

IV. *Caufæ remotius operantes vel externæ funt, vel internæ. Externæ funt opium, crocus, hyofciamus.*] Plures delirii, & infaniæ differentiæ a Medicis ftatuuntur. Et primo celebris eft divifio in deliria a caufis extrinfecus advenientibus, vel intrinfecus, atque aliquibus intra corpus latentibus. Inter caufas, quæ extrinfecus advenientes deliria fufcitant, primum obtinent locum narcotica pleraque. Sic ab opio deliria fufcitari a Scriptoribus magnis, & doctis traditum eft. Helmontius lib. de lithiafi: *Errant*, inquit, *infigniter, qui maniam opiatis compefcere fatagunt, cum omne opiatum fit in fe amens.* & alibi: *Narcotica vix fomnum conciliant amentibus quadrupla dofi, fed amentiam infuper augent.* Plures hiftorias eorum, qui in infaniam lapfi funt propter opiata, vide in Willifio, Etmullero, præ cæteris vero Alexandro Thompfon Anglo dif. de Opio.

Huc quoque fpectat Crocus, quem perturbare mentem afferit Galenus 2. top. 1. & 5. fimpli. 19. Quod aliis obfervationibus confirmarunt plerique: inter hos Joan. Michael Amatus Lufitanus, Emmanuel Konig Medicinæ profeffor Bafileenfis, aliique.

Memorabilis eft de hyofciamo locus apud Scribonium Largum cap. 18. ubi ait: *Hyofciamum qui biberunt caput grave, venifque diftentum habent, mente abalienantur cum verborum altercatione.* Perbellas, atque elegantes obfervationes vid. in Uvepffero tract. de cicuta aquatica, de hyofciami radicibus comeftis, & abhinc deliriis curiofiffimis, & plane ridiculis obortis, & in Simo. Schultzio, in Eph. N. C. an. 4., & 5. decur. 1. obf. 124. Verum, quod mirari magis fubit, hyofciamo, vel exterius applicato, homines dementare, ut ex Rondeletii fide Platerus prax. T. 1. c. 3. teftatur. Delirii ex hyofciami decocto Cliftere exce-

pto

pto oborti mentio fit in eph. N. C. Dec. 2. obſ. 78., nec non Decur. 3. ann. 9. & 10. in appendice. Delirium etiam ex decocti foliorum hyoſciami vaporibus, quin immo ex ſolis effluviis ex hyoſciami ſeminibus in hypocauſto reconditis exhalantibus refert Chriſtian. Frider. Garmannus in iiſdem eph. G. an. 7., & 8. decur, 3. p. 106.

Cicuta, *Belladonna*.] Ex radicibus cicutæ pro petroſelini radicibus comeſtis religioſum quemdam ſic mente captum fuiſſe, ut in vicinum lacum ſe præcipitaverit, in anatem ſe tranſmutatum fuiſſe exiſtimantem refert Kircherus Tr. de peſte. Simile quid ſocio accidiſſe memorat.

Quod homines dementent ex uſu Belladonnæ, ſolanum furioſum, ſolanum maniacum a multis fuit appellata. Cujus rei exemplum proſtat apud Cl. Hoechſtædterum Decad. obſ. 7. qui refert Belladonna per noctem in vino malvatico infuſa, atque infuſo fratri cuidam mendicanti propinato, primo breve delirium, cachinnos, geſticulationes varias, dein inſaniam, poſtea ſtuporem mentis, qualis eſt ebriorum vigilantium, ſuperveniſſe. In eamdem rem legi meretur obſervatio 161. M. N. C. Decur. 3. an. 7., qua compertum eſt ſex liberos aſſumpto rob baccarum ſolani ſomniferi (Belladonna enim, & ſolanum ſomniferum appellatur) quod loco baccarum ebuli confectum fuit, ſomno expergefactos tantum in furorem actos fuiſſe, ut dimiſſis veſtimentis, ac ſolo induſio velati clara die hac illac per vias plateaſque diſcurrerent geſticulando, tripudiando, cachinnando, & delira multa dicendo, peragendoque. Non ſolum autem homines dementant, ſi aſſumant ſolanum iſtud, ſed plerunque morte capiuntur. Cujus rei locupletiſſimos teſtes habemus Simon. Paulli in quadr. Bot., Lobelium in adverſariis, Fabrum in Strychnomania, Wepfferum tract. de cicut. aquat., ut mittam Matthiolum com. in Dioſcor. lib. 4., Vierum de præſtigiis dæmon. l. 3. cap. 17., Mercurialem lib. 1. de venenis cap. 13. Quo loco animadverſione digna ſunt, quæ proſtant in hiſt. Reg. S. A. P. an. 1731. Solanum furioſum, & braſſicam capitatam per analyſim principia dediſſe adeo ſimilia, ut pro ejuſdem plantæ principiis ſumi poſſent, cujus analyſis repetita eſſet. Mirum illius naturam adeo malignam, & deleteriam eſſe, hanc vero cibum ſaluberrimum, ac medicinam plane ſingularem, qua Romanos per ſexcentos annos ad omnes fere morbos uſos fuiſſe, & cujus ope familiam ſuam a lue peſtilenti Catonem immunem ſervaviſſe, tradunt fere Veteres rerum Scriptores. Ex quibus illud colligi jure poſſe videtur, vix, ac ne vix quidem fidendum eſſe Chymicis experimentis, quibus hodie maxime illuſtres Medici utuntur ad remediorum vires indagandas. Nempe narcoticæ plantæ, ac cephalicæ calidiores, deleteriæ, alexipharmacæ, febrifugæ, catharticæ in ſalia, atque olea æquo penetrantia, æquo acida, aut acria reſolvuntur, & a Cerealibus, ac Stramentariis ſtirpibus eadem eruitur ſalium, ac ſulphurum copia, ita ut analyſis oſtendat non quænam ſint medicamentorum principia, ſed quas mutationes ſubeant ipſarum virium ſubjecta, & in quid tranſmutentur. V. Maccop. pro *Empirica Secta*. Alias obſervationes, quæ ad rem faciunt vid. in Williſio lib. de an. brutor., Helmont. libr. *Demens idea*, alioſque.

Morſus venenatorum Animalium, *philtra*.] Nemo ignorat ex morſu Canis, vel Lupi, Aſini, Felis, aliorumque Animalium in rabiem actorum deliria ſuſcitari, quibus homines eorum animalium mores induunt, de quibus dicemus infra cap. de Hydrophob. Morſu Tarantulæ homines ad ſaltandum excitari manifeſta res eſt. Qua de re animadverſione digna extant in Kirchero, Boyle, ac præ cæteris Baglivo, qui de morſu Apuli Phalangii perbellam diſſertationem conſcripſit. Mirum autem una cum motibus corporis mentem perturbari.

Huc referri debent *philtra*, quæ latinis amatoria venena, ſeu medicamenta

K 2 audiunt.

audiunt. Horum etiam mentio fit a Marco Tullio amatorii poculi nomine, & ab Horatio Epod. ode 17. nomine defiderii poculi. Varia afferuntur a Roderico a Caftro in Med. polit. nec non a Syl. Rattrai in adit. ad fympath. rer., inter quæ meliora Semen virile, Sanguis Menftruus, Cerebrum felis, item virga lupi, fcincus marinus, aliaque hujufmodi. Valere autem ad mutuum amorem ita conciliandum inter marem, & fœminam, ut qui amantem non redamat, efficiant, ut redamet, cum Helmontio pugnaciffime fuftinet Etmullerus Colleg. pract. p. 2. cap. 16. de deliriis in genere, & fpecie p. 502. Si tamen rem paulo ferius, ac diligentius ad examen revoces, nullus dubito, quin nullius plane momenti rationibus fuffultam effe ejufdem opinionem deprehendas, atque propterea in illam doctiffimi Sennerti priore relicta quafi pedibus iturus fis, qui inftit. Med. lib. 2. p. 3. fect. 2. cap. 4. & pract. lib. 1. p. 2. cap. 10., virtutem hancce naturalibus philtris ineffe negat, licet quædam philtra dari poffe concedat, quæ dum Veneris ftimulos, furoremque inducunt, homines dementant. Quorum meminit Ovidius de arte amatoria lib. 2. ver. 106. ubi habet

Philtra nocent animis, vimque furoris habent.

Et Juvenalis fat. 6. v. 609.

---------------- *Theffala vendit*
Philtra, quibus valeant mentem vexare mariti.

Quæ de Lucio Lucullo Imperatore, qui haufto amatorio poculo in furorem pertractus fuiffe, & obijffe creditur, refert Plutarchus, & de Lucretio Poeta Hieronymus *in chronic. Eufeb.* nugas effe, ac pharmacis quidem, fed venenatis in furorem actos illos perijffe extra omnem dubitationis aleam eft pofitum. Quamquam vero fi amorem conciliandi virtutem habeant, cum delirium in falfo judicio confiftat, amantes autem marem, aut fæminam quam depereunt fummum, ac fibi convenientiffimum bonum, ejus poffeffionem fummam felicitatem, privationem e contra fummum infortunium falfo arbitrentur, a recta ratione aberrare, & infanire eofdem manifeftiffima res eft: unde illud

Che non è in fomma amor, fe non infania
A giudizio de' Savj univerfale.

V. *Inter deliria, quæ a caufis intrinfecis fiunt, atrox, ac vehemens illud, continuum &c.*] Cum dicimus phrenitidem delirium effe atrox, vehemens, continuum, eo fane dicimus, ut difcrimen appareat, quod inter hoc, & illas delirii fpecies intercedit, quæ nafcunrur in progreffu febrium continuarum, acutarum, quas fortes vocat Hippocrates, vel in principio febrium intermittentium, quas Ludovicus Mercatus, aliique perniciofas vocant. Quæ enim in febribus acutis, & principio febrium intermittentium nafcuntur deliria, neque continua funt, neque vehementia; intermittentibus enim, vel remittentibus febribus ceffant, ac definunt.

Febrim adjunctam habens. Per febrim phrenitis ab aliis omnibus delirii fpeciebus, quorum pulcherrima laus eft febre carere, Mania fcilicet, Melancholia, amore infano diftinguitur.

A meningum, & cerebri phlogofi, vel inflammatione.] Ob id tandem quod phrenitis a Meningum, & Cerebri phlogofi, vel inflammatione ortum traducat tum ab aliis quibufcumque delirii fpeciebus difcernitur, quæ a caufis extrinfecis fiunt, cujufmodi funt Opium &c. tum ab aliis, quæ ab intrinfecis caufis exoriuntur citra phlogofim, & inflammationem: quæ tunc oriri creduntur, cum fanguinis circa cerebrum nimius motus, fervorque peccat, & acres ftimulantefque particulæ in eodem exaltantur, atque una cum fpiritibus animalibus in cerebri fibras illabuntur, ac tenuiffima nervea filamenta pungunt, mordent,

atque varie, inordinateque concutiunt, unde inconcinni tremores, falfa judicia, ac delirium. Illud tamen animadvertendum eft fanguinis nimium motum, fervoremque, ac fulphurearum, fubtiliorumque particularum exfolutionem, fe u ut cum Bellino loquar, calorem, & ficcitatem haberi quoque in Meningum, & Cerebri inflammatione, aut phlogofi, quæ propterea Veteribus fere omnibus cum Hippocrate, & Galeno, ac plerifque Recentiorum ita phrenitidis propria reputatur, ut folum hoc delirium in quo adeft inflammatio phrenitidem nominent. Cl. Willifius (*a*) cum in ea effet opinione, ut crederet caufam phrenitidis effe incendium fpirituum animalium, hanc fententiam multis rationibus profligare conatus eft. Atque ab anatomicis quidem obfervationibus exordiens teftatur fæpius vidiffe Meninges, immo & Cerebri exteriorem ambitum tumore phlegmonode obfeffas, laborantes vero minime phrenefi: verum e contra torpore affectos, a Caro, aliifque foporofis affectionibus periiffe. Huic favent quoque obfervationes Cl. Sennerti, Heurnii, Walefii, aliorumque, quibus compertum eft cerebrum, ejufque membranas inflammatas fuiffe abfque delirio, & phrenitidem obortam abfque earumdem inflammatione. Huc accedit inflammatis Meningibus, ac Cerebro, fpirituum animalium vias anguftiores fieri, & fecretionem eorumdem, derivationemque in nervos imminui, unde foporofi affectus, ac virium collapfus. Cum igitur in phrenitide firmiores, fortiorefque fint vires, ut ægri in furorem acti in adftantes impetant, luce clarius apparet phrenitidem ab inflammatione membranarum Cerebri, atque ejufdem fubftantiæ exoriri non poffe. Verum præterquamquod Willifium damnant obfervationes multæ in M. N. C. Dec. 2. an. 5. obf. 63., & Blancardi in anat. pract. obf. 3., & Schenchii lib. 1. fol. 64. & Petri Pavv. obf. 8. & Jo. Rhodii obf. 39. & 40. cent. 1. qui fectionibus cadaverum phrenitide defunctorum inftitutis inflammatas Meninges, ac Cerebrum deprehenderunt, accedit præterea ad furorem phreneticorum non opus effe majore copia fpirituum animalium in nervos irruentium, fed inordinatum eorumdem, ac perturbatum motum fufficere. Cum enim quædam nerveæ fibrillæ eorumdem influxu vigorentur, tendantur, quædam vero deftitutæ flaccefcant, ac collabantur, ecquis eft qui non videat varias inordinatafque corporis concuffiones furoremque exoriri? Nonne etiam qui propter enormes fanguinis effufiones deficiunt, convelluntur? Quis tamen deficiente materia proxima fpirituum, uberiorem eorumdem influxum in partes concedat? Vel fi demus ab inflammatione cerebri, & meningum fpirituum animalium fecretionem, ac derivationem in organa fenfuum, & motuum imminui, cum non æque atque in quacumque peculiari cerebri parte imminuatur, quædam nervea filamenta inflari contingit, & tendi, quædam relaxari, & flaccefcere, hinc inordinatæ, variæque corporis concuffiones, hinc validæ membrorum concuffiones præfto funt. Quid fi fecreti jam fpiritus tenujum, ac fumme mobilium, acrium, ac ftimulantium particularum admixtione coinquinentur? Quotiefcumque nimirum fanguis aut plus jufto rarefcens, aut craffus, vifcidufque non ea velocitate venularum capillarium extremitates cerebri ingreditur, qua per extremitates arteriolarum advehitur, fibimetipfi liberum excurfum præpedit, vel nimis adftrictis eorumdem vafculorum extremitatibus fanguis fegnius, quam par eft in vafis ejufdem movetur, oritur inflammatio imperfecta, quæ phlogofis appellatur. Si vero intra eadem vafa plane fubfiftat, a fanguine continuo huc appellente globulofæ fanguinis particulæ in lymphatica arteriofa coguntur, quæ propterea ob nimiam tenuitatem præternaturaliter diftenduntur, atque infignem fibrillarum quibus contexta funt diftractionem patiuntur, unde tumor, rubor, dolor, verbo dixerim vera inflammatio. Facta inflammatione, partes fanguinis componentes fenfim a fe mutuo fece-

(*a*) *De an. brut. p.* 2. *c.* 10.

fecedunt, fubtiliores avolant, craffiores vero remanent, ac fenfim fenfimque corrumpuntur; hinc fulphureæ, volatiles, acres, ftimulantefque particulæ in fanguine exaltantur, in univerfam ejufdem maffam diffunduntur, atque cum fpiritibus animalibus in Cerebri fibras, hifque appenfos nervos illabentes delirium cum furore, audacia, febre, calore progignunt.

VI. *Hujufce caufæ antecedentes, & externæ funt immoderatus vini, & fpirituum ardentium, & rerum calidarum ufus.*] Vinum atque ardentes fpiritus valere plurimum ad fanguinem fulphureis quibus fcatet particulis exfolvendum, ac rarefaciendum, hifce vero exhalantibus, craffis, ac terreftribus relictis, aciditate infigni qua pollent ad ipfum cogendum figendumque perfpicuum eft. Cum fanguis vel plus jufto rarefcens, vel craffus, vifcidufque, ex fuperius allatis, inflammationi progignendæ opportuniffimus exiftat, jure merito inter caufas phrenitidis externas recenferi nemo eft, qui non videat. Quid quod fola ebrietate homines delirare coguntur? Apte cadit in hanc rem elegans Senecæ locus epif. 83. *Vinolentiam crudelitas fequitur, violatur enim exafperaturque exinde fanitas mentis.* Quod ipfe Hollerius in com. fect. 5. aph. 5. confirmavit inquiens: *Sepe accidit noftris, ut per ebrietatem fiant phreneticis fimiles, & delirent.* Hinc Plato in fecundo de legibus pueris præcepiffe fertur, ne ufque ad duodevigefimum annum vinum guftarent, cum ob alias rationes, tum ob hanc potiffimum, quod partem animi rationalem hebetem, turbidamque efficit, ut Galenus lib. 1. de tuenda fanitate oftendit. Unde olim Eohanus cecinit:

Immodici fenfus perturbat copia Bacchi,
Inde quis enumeret, quot mala proveniant?
Corporis exhaurit fuccos, animique vigorem
Opprimit, ingenium ftrangulat, atque necat.

Si de calidis rebus fermo fit, tenui, ac volatili fulphure, quo fœtæ funt, ubi ingeruntur, vafa, ac vifcera ftimulando in validiores, fortiorefque contractiones agunt, unde fanguis attenuatur, exfolvitur, atque ejufdem moleculis divifis, nimis tenuis, acrifque redditur, unde capillarium vaforum extremitatibus plus æquo conftrictis, inflammatio.

Aer nimis calidus, infolatus.] Aerem nimis calidum fanguinem nimis funderе, rarefacere manifefta adeo res eft, ut manifeftior fit nulla. Illud tamen animadvertendum eft, ubi calor aeris intenfus, & diuturnus fit, humores incraffare, vifcidos lentofque reddere. Cum enim humidæ particulæ, tenues, ac volatiles abfcedant, craffiores vero relinquantur, fanguinem infpiffari, & cogi neceffum eft.

Hinc experientia compertum eft poft longam, & calidam æftatem, morbos a nimia craffitie, & vifciditate fanguinis exoriri. A melancholia dicebant Veteres: idque pluribus locis, præfertim vero fect. 3. aph. 22. docuit Hippocrates. Et Profper Alpinus in Medicina Ægyptiorum refert, Ægyptios morbis ex craffo oriundis multo frequentius vexari, quam qui frigidas, & temperatas regiones incolunt. Alterutrum vero horum contingat, cum fanguis haud rapida per vafa Cerebri circulatione trajiciatur, inflammationem exoriri manifeftius quidem eft, quam ut ullis rationibus poffit comprobari.

Infolatus præterquamquod fibras præcipue capitis, quæ externis injuriis expofitæ funt, arefacit, duras, corneafque, & quod confequens eft, ad ofcillandum ineptas reddit, fanguinem præterea affat, & congelat, hinc deficiente qua folidarum partium elatere, qua humorum fluiditate, facile obftructiones, ftagnationefque contingunt, & inflammationes.

Vehementes corporis, animique motus.] Per vehementes corporis motus, feu magnos labores, atque exercitationes Mufculi nimis frequenter, & fortiter con-

contrahuntur relaxanturque, hinc sanguinem majorem in modum exagitari, ac fundi manifestum est. Illud tamen etiam hoc loco animadvertendum est ab exercitationibus, laboribusque corporis nimis magnis, ac diuturnis atteri plus æquo, ac solvi sanguinem, tenues ejus partes, sulphureas, ac volatiles abscedere, crassiores relinqui, unde crassus, viscidus, ac lentus tandem evadit: hinc quotidiana experientia compertum est, sanguinem illorum, qui magnis, diuturnisque laboribus assueti sunt, viscidiorem, lentioremque esse sanguine eorum qui iisdem non exercentur. Sanguinem seu plus justo rarescentem, seu crassum viscidum, ac lentum inflammationibus occasionem præbere adeo manifestum est, ut nihil supra.

Si de motibus animi sermo sit, præsertim vero nimia lætitia, atque ira, cum cor, & arteriæ crebrius, & fortius contrahantur, sanguis nimia velocitate movetur, atteritur, funditur, & in bilem convertitur. Hinc vel plus justo rarescens, vel acrimonia sua extremitates capillarium vasorum cerebri convellens, atque angustans sibimet ipsi liberum excursum præpedit, unde inflammatio.

Febres ardentes, acutæ, Erysipelata &c.] Symptoma febribus ardentibus frequentissime superveniens phrenitis est, seu inflammatio Meningum, ac Cerebri. Quamvis tamen hujusmodi febres cum inflammatione conjungantur, sic tamen conjunguntur, ut neque febres inflammationis causæ sint, neque inflammatio causa febris, sed ex accidenti nascatur. Cum enim in febribus ardentibus Sanguis insigni peccet acredine (Hippocrates, Galenus, alijque dicebant a bile flava, vel sola, vel cum pituita permixta, Etmullerus litem de nomine movens a sale volatili acri oleoso) irritare habet, & mordere cor, & arterias, unde validius, & fortius iisdem se se contrahentibus, sanguinem plus æquo atteri contingit, fundi, tenuem, atque acrem reddi, qui propterea minima vasa capitis permeans, nerveasque eorumdem fibrillas convellens, atque extremitates angustans liberum sibimet cursum præpedit, unde inflammatio.

A febribus magnis, acutis, & fortibus solvi humores, solutos vero in pectus, pulmones, aut cerebrum decumbere, & inflammationem procreare notissima res est.

Idem plane dictum velim de tumoribus cujusvis generis externis retropulsis, eorumque materia in cerebrum translata, a quibus frequentissime excitatas fuisse gravissimas capitis affectiones, ac phrenitides compertum est. Ex quibus liquido constare arbitror, quam caute topica medicamenta, retropellentia sint administranda in externis ejuscemodi tumoribus, ut præ cæteris Cl. Aquapendens lib. de tumorib. testatus est.

Quælibet capitis contusiones, vulnera magni semper facienda sunt, licet levissima. Ex capitis enim percussionibus, accedente præsertim aliquo errore, perturbato æquabili, & ordinato per vasa cerebri sanguinis circuitu, Meningum inflammationes obortas fuisse legimus in Barthol. de angin. Epid. exerc. 3.

VII. *Signa imminentis phrenitidis sunt urinæ albæ, & lucidæ in acutis morbis &c.*] Quotiescunque in morbis acutis urinæ crassæ apparent, & rubræ, plurimum crassæ, acrisque materiæ in sanguine contineri portendunt. Si ex crassis, & rubris in albas, & lucidas mutentur, ejusmodi materiem in aliquam corporis partem translatam esse, & decubuisse, significant. *Vigiliæ* autem indefinentes, ut vocat Hippocrates 2. progn. *somni perturbati, inquieti, terrifica insomnia*, aliæque mentis perturbationes in caput translatam esse, in eodem subsistere, atque ipsum lædere protenso quasi digito commonstrant, ut præ cæteris adnotavit Hippocrates ipse in coac. prænot. sect. 5. & 1. prædictor. n. 10., & Prosper Martianus in adnotat. & Laurentius Bellinus de urinis part. 4. Et sane vellicatis ab acri materia nerveis filamentis, quibus Cerebrum, ac Meninges conflatæ

flatæ funt, fenfuum exteriorum, internorumque organa, motuumque a voluntate pendentium ita permanere difpofita, ut ab objectis facile affici, facile item confuetos motus exercere poffint, nemo non videt. En vigilias. Illud faltem fequitur, omnes medullares Cerebri fibras hifque appenfos nervos debito fpirituum fluxu nunquam omnino deftitui, atque omnia exiliffima vafcula collabi, fed quædam tantum, reliquis in eodem tenfionis ftatu remanentibus, unde fomni perturbati; excitata vero extemplo phantafia variis imaginibus terretur, hinc terrifica infomnia.

Ad iram proclivitas, infolita garrulitas &c.] Eadem de caufa medullares cerebri fibræ cum varie inordinateque concutiantur, confufæ mentis cogitationes, ac falfa judicia ortum traducunt, fpecies quædam excitantur, quæ ad minas ad indignationem movent, infolita quædam garrulitas, morum, actionumque mutatio, qua æger fi mitis alias, aut taciturnus aut modeftus fuerit, ferocius, aut prompte, ac temere interrogantibus refpondeat, aut indecora loquatur, & faciat: cum vero anima comparare non poffit motus fibrarum cerebri cum motibus, quos alias conceperunt, nihil recordatur eorum, quæ fibi acciderunt.

Dolor capitis vehemens.] Dolor præ cæteris ille vehemens, qui à materia in vafis Cerebri, ac Meningum congefta, ac nerveas fibrillas acriter pungente, vel contactum particularum, ex quibus eædem componuntur, auferente, feu quod eodem recidit continuum folvente exoritur, animadverfionem meretur, quippe quo ægrum dire exercente, & urinis albis, ac mentis perturbationibus apparentibus, adduci poffumus non folum ad fufpicandum, fed ad vehementer credendum phrenitidem facile fubfequi.

VIII. *Si eo ufque increverit, ut præ atrocitate ægri perpetuo fere manus capiti admoveant &c.*] Inflammationis rationem in eo fitam effe, ut partes rubræ fanguinis in lymphatica arteriofa cogantur fupra oftendimus: hinc pars inflammata tumet, rubet. Id ubi contigerit Meningibus, quæ exquifitiffimo fenfu funt præditæ, oriri debere immaniffimum capitis dolorem manifefta res eft. Hinc anima confufa, doloris tamen attrocitatem perfentiens, fpiritus dirigit ad eas partes, quibus fpinam quafi capiti infixam avelli poffe putat. En cur ægri manus continuo capiti admoveant, capillos avellant. Permanente porro eadem doloris caufa, & varie inordinateque concuffis medullaribus cerebri fibris, indignationis, odii imagines excitantur, unde ægri profilientes e lecto in adftantes impetunt, furunt.

Carotidum adfit, & temporalium arteriarum pulfatio, & turgentia, oculorum rubor.] Intercepto fanguinis per vafa cerebri circuitu neceffe eft, ut vafa fanguinem ad cerebrum deferentia, cujufmodi funt Carotides, & temporales arteriæ, nimia fanguinis copia diftenta turgeant, vi autem, atque impetu in eorum latera irruente fanguine, atque obicem offendente præter modum pulfent. Ab eodem fonte emanare oculorum ruborem adeo manifeftum eft, ut probatione nullatenus indigere exiftimem.

Objectorum geminatio, lucis averfatio, lacrymatio, ftillæ fanguinis e naribus.] Nemo ignorat partes univerfas oculi plurimis vafis fanguiferis, arteriis fcilicet a Carotidibus internis, & externis, venis a jugularibus, vafis lymphaticis a Valfalva detectis, nervis plurimis, quorum princeps opticus eft, donari; Carotidum majores truncos oculorum nervis allabi manifefta res eft. Cum igitur fanguis carotidibus occurrat impetu, ac vi fumma ob inflammationis obicem, & quod magis eft inæquali, utrumque opticum ab axe optico dimoveri, & objecta videri gemina neceffum eft. Cum vero in tunicæ adnatæ vafa tenuiffima, atque exiliffima præter fubtiliorem, & pellucidam fanguinis partem rubra craffiorque exprimatur, altiufque penetret, oculi rubri, ac cruenti apparebunt.

Quæ

Quæ dum fiunt, vafa eadem ob nimiam diftentionem, ac tenuiffimorum filamentorum, quibus contexta funt, diftractionem, a re qualibet, præfertim vero a radijs luminofis molefte afficiuntur, hinc lucis averfatio exoritur. Stagnante autem ibidem fanguine, ex glandulis lacrymalibus major lymphæ copia exprimitur, hinc lacrymatio, difruptis vero extremitatibus capillarium vafculorum, ftillæ fanguinis e naribus.

Pulfus durus, celer, frequens &c.] Illud inflammationibus fere omnibus, atque iis præfertim, quæ membranofas occupant partes commune eft, ut pulfus duritiem conjunctam habeant. Cujus phænomeni ratio non alia effe videtur, quam quod membranæ fenfu exquifitiffimo funt præditæ, a ftagnante autem in eorumdem vafis fanguine in validiores, vehementiorefque contractiones aguntur, majorem in modum tenduntur, ac tenfionem per mirabilem nervorum confenfum cordi, & arteriis communicant, unde pulfus durities; ex concitato vero, ac celeri fpirituum motu, celeritas, ac frequentia; ex magna fanguinis copia ad inflammatam partem detenti, parvitas exoritur.

Refpiratio magna, ac rara.] Affluente magna fpirituum copia ad fedem ftimuli, diffufifque vi, atque impetu per nervos a cerebro prodeuntes in partes fenfibus externis, motibufque a voluntate pendentibus dicatas, reliquum eft, ut parciores in Cerebelli fibras, indeque in nervos, & Mufculos naturalibus motibus deftinatos influant, ac Mufculi præfertim pectoris refpirationi infervientes otientur fere, ac rarius moveantur, unde refpiratio rara: Cumulata vero in nervis copia fpirituum animalium majore, atque intra mufculos tandem delata, magna.

Lingua arida, nigra, flava.] Exagitata majorem in modum univerfa fanguinis maffa, tenuibus, fubtilibufque particulis exhalantibus, humidis abfumptis, lymphæ fecretio in ore, faucibufque inhibetur; hinc arida fit lingua, erectifque, atque obrigefcentibus pilis, qui per ipfam diftribuuntur, afpera evadit, fuperficie quidem nigri coloris obducta, fi fanguis folus affatus fubfiftit, flavi vero, fi fero ejufdem flavo, biliofo, ut ajunt, permixtus.

Sitis fere nulla.] Quotiefcumque Animal mentis compos eft, cum ariditas illa linguæ, membranarumque oris, & faucium haberi nequeat fine corrugatione, & contractione majore, quam naturæ ordo poftulat, hæc autem fine mutato contactu particularum, ex quibus nervus componitur, ideoque fine molefta fenfatione cum incommodo, ac difplicentia fumma eamdem percipiens ad potum affumendum excitatur. Ubi arida, atque afpera fit lingua, fitis vero urgeat nulla, quid aliud tandem arguendum, fi delirium excipias? Cum nimirum varie, inordinateque concutiantur, vellicenturque nerveæ cerebri fibræ, atque Animal deliret, a molefta illa fenfatione minime excitatur, hinc ad potum affumendum nulla proclivitas, cum intenfiffima fitis præ linguæ ariditate effe deberet.

Stridor dentium, phlocorum, & feftucarum collectio cum tremore manuum &c.] Spiritibus animalibus hac illac cæco impetu irruentibus maxillæ inferioris mufculos nunc relaxari, nunc vi fumma contrahi contingit, hinc dentium ftridor; quofdam alios fic moveri, ut ægri phlocos, & feftucas colligere videantur, verbo dixerim univerfi corporis partes, ac vifcera fecretionibus humorum, excretionibufque dicata varie inordinateque moveri, agitari, convelli, unde tremores, urinæ fuppreffiones, aliaque ejufmodi præfto funt.

IX. *Ægrum a garrulitate in filentium, a vigiliis in fomnum &c.*] Phrenitis, de qua hactenus fermo eft habitus, mitior phrenitis, feu ut ajunt in difpofitione nominatur. Eft porro alia cujus meminit Hippocrates in coac. præn. fect. 1. n. 81., quæ phrenitis in habitu, & hectica nominatur, ejufdemque caufa ingens, & confirmata inflammatio Cerebri, ac Meningum effe creditur, qua fit, ut

ut valde tumentibus Meningibus, vel plus æquo contractis glandulæ cerebri ſpiritibus ſecernendis, nimium compreſſæ, impares reddantur. Quæ dum fiunt, ſenſuum omnium, motuumque a voluntate pendentium interceptio contingit, atque ægri actiones omnes moreſque mutant. Hic autem ſtatus minus peritis ſomni naturalis ſpecie facile imponit: ac propterea ad credendum vehementer adducuntur morbum certo, feliciterque profligatum iri. Vim animis addidit Hippocratis aphoriſmus 2. ſect. 2. *Ubi ſomnus delirium ſedat, bonum*. Et vero ſomnus in omnibus delirantibus optimum ſignificat. Ad febrem tamen, quæ phrenitidem certo certius comitatur, ſi reſpicias, vix ac ne vix quidem ſimulata hac manſuetudine falli poteris. Ut enim delirium ab inflammatione Cerebri, ac Meningum ſedari dicatur, neceſſe eſt, ut cum ſomno ceſſet febris; ſiquidem ceſſante febre, delirii cauſam, inflammationem ſcilicet cerebri, vel membranarum ejus removeri ambigendum non eſt. Si vero tranſitus improviſo fiat a ſumma ſenſuum, & motuum perturbatione in eorumdem interceptionem, eadem permanente febre, de inflammatione jam confirmata ſi non certo ſtatuendum, at vehementer ſuſpicandum.

X. *Dolor capitis acutiſſimus in gravativum mutatus, ſopor improviſo invadens, pulſus &c.*] Acutiſſimus morbus phrenitis eſt, & 3. 4. aut 7. die plerunque hominem occidit, ut teſtatur Hippocrates lib. 3. de morb. n. 9. Mortis cauſa ſæpe inflammationis vehementia tanta eſt, ut ſubſtantia cerebri corrumpatur, & corrupta diffluat. Quod ubi contingat, ſenſatio triſtis, ac dolor ceſſat, ac ſopor invadit, quæ duo ſi ſolum ſpectentur, bonum ſignificare videntur.

At ſi ad pulſum attendatur, vires nempe cordis atque abhinc prodeuntes actiones corporis non ſolum langueſcentes, ſed fere ſublatas, unde ægri fœcum, urinæ involuntaria excretione tenentur, cuinam quæſo non veniat in mentem ſuſpicari inflammationem cerebri in ſphacelum tranſiiſſe, argumentum mortis prope certiſſimum? Enimvero quamvis non deſint exempla eorum, qui per os, & aures excreto pure ſunt ſanati, rariſſimum tamen eſt, inflammationem hanc ſi ad ſuppurationem devenerit, in ſalutem terminari. Cui quidem rei plurimum tribuit flacciditas Cerebri, ac mollis nimis, ac tenera ejuſdem ſubſtantia, unde loco boni, ac laudabilis puris, partis corruptio, mortificatio, ac ſphacelus exoritur.

XI. *Satius eſt febrem prius deſinere quam delirium*.] Sunt quædam deliria, quæ in acceſſionibus febrium intermittentium exoriuntur, hæc autem ſoluto paroxyſmo ſtatim ſedantur: ſunt quædam quæ in principiis febrium acutarum apparent ſine coctionis ſignis, & peſſima cenſentur, vel coctionis ſignis apparentibus, & ſalutaria creduntur, nonnulla tandem ſunt, quæ etiam poſt febrilem ſolutionem durant. Iſthæc porro nihili facienda ſunt. Vel enim acceſſiones febrium intermittentium occaſionem dederint, vel febris acuta, illa materia in cerebrum translata, ubi febris ceſſat, non aliud ominari fas eſt, quam varias adhuc fibrarum cerebri concuſſiones, motuſque inordinatos a prægreſſa irritatione in eaſdem inducta, quæ tandem ſenſim, ſenſimque, ac ſponte deſinere ſolent.

XII. *Copioſam, & largam narium hæmorrhagiam, alvi fluxum &c.*] Quamvis omnes evacuationes poſt vigorem ſupervenientes ſignificent materiam ſecretioni jam aptam per emiſſaria naturalia amandari, unde ſperandum ſit morbum debellatum iri, illud tamen obſervationibus cum Veterum, tum Recentiorum Medicorum compertum eſt, in pleriſque morbis capitis, narium, aut largam hæmorrhagiam, aut alvi fluxum levamen afferre plane mirabile. Si de hæmorrhagia ſermo ſit, manifeſta res eſt. Depletis enim ſanguiferis vaſis præterquamquod validius, & fortius iiſdem ſeſe contrahentibus, quod hærens eſt dimove-

tur,

tur, quod craffum attenuatur, effufis præterea in lymphatica vafa particulis locus datur, unde circulo reftitutæ cerebrum, ac Meninges ab inflammatione liberant. Paulo obfcurior res videtur de alvi fluxu. Si tamen confideremus canalem inteftinorum longiffimum effe, omnifque generis vafculis, glandulis, emiffariis donari, unde humores diverfiffimæ naturæ feparantur, quidni liceat conjectare, magnam fieri a capite revulfionem humorum, qui Cerebrum, ac Meninges vellicando, vel vafa earumdem fanguifera obftruendo inflammationem efficiunt?

XIII. *Simul ac phrenitis fe prodit, virefque robuftæ fint, venæ fectionem in brachio &c.*] Phrenitidem curaturo nihil aliud præftandum effe, quam ut hærentem fanguinem, vel in infolitas vias effufum circulo reddat, ejufdem affluxum ad caput impediat, calorem, fervoremque temperet, inconcinnos motus fibrarum Cerebri compefcat, adeo manifefta res eft, ut manifeftior fit nulla. Quæ fingulis fatisfaciant indicationibus videamus. In fonte Chirurgico Veterum, & Recentiorum confenfu principem obtinet locum venæ fectio. Depletis enim, atque exinanitis vafis fanguiferis, præterquamquod fubfiftens fanguis, vel extra vafa fanguifera effufus circulo reftituitur, accedit præterea mutuas partium fanguinis allifiones, atque abhinc prodeuntem fulphurearum, volatilium, fubtiliorumque particularum exfolutionem tolli, fervorem temperari, tandem prohiberi, ne præ vaforum turgentia acres, ftimulantefque particulæ in tenuiffima filamenta cerebri fefe infinuent, altiufque penetrent.

Quo ex loco detrahendus fit fanguis lis orta. Nonnulli venæ fectionem revulfionis gratia inftituunt in pede in eam fpem facile adducti, ut credant quam minimum fanguinis affluere ad locum affectum faltem per aliquod tempus, quo tempore fieri poffe putant, ut fibræ affectæ partis non adeo irruentis fanguinis impetu diftractæ fe fe validius, & fortius contrahant, ftagnantefque humores propellant, atque difcutiant. Venam deinde brachii fecandam curant, rati fore, ut fuccedens fanguis, qui per axillarem arteriam advehitur, minus a præcedente impediatur, & amplius in vafis fpatium nactus velocius per illa moveatur, quam per reliqua; hinc a corde propulfus minorem refiftentiam inveniens, quam ad inferiores, illuc velociter fluat, atque hærentem jam fanguinem dimoveat, unde effufus in vafa iterum fe fe recipiat, ac circulo reftituatur. Quo facto fi adhuc urgeat morbus circa affectam partem venas incidunt; alii quidem cum Tralliano venas frontis, alii cum Freindio venas jugulares; alii venis narium, & aurium hirudines applicant. Non eft cur diutius in hac quæftione immoremur, cum fatis liquido conftet ex dictis cap. 1. de apop. com. in aph. 15. fecta vena pedis nullam, vel fere infenfibilem fieri ab affecta parte revulfionem, moderatam fi fecetur vena brachii, maximam omnium fi jugulares; ac tum folum ad fectionem faphænæ deveniendum effe, cum fuppreffis Menfibus, aut Hæmorrhoidibus motus eft fanguinis a partibus inferioribus ad caput nimis velox, qui fecta eadem vena præpediri, aut plurimum faltem imminui poteft.

XIV. *Si vires imbecilles fint, vix Salvatella fecanda. Cucurbitula vero &c.*] Animadvertendum eft repetitis vicibus, & liberaliter detrahendum effe fanguinem, ubi vires ægri firmæ, robuftæque fint. Non defunt enim obfervationes Medicorum, Lindani præfertim, quibus compertum eft plufquam octo libras fanguinis quatuor dierum fpatio optimo fucceffu phreneticis fuiffe detractas.

At fi vel ob ætatem fenilem, vel ob evacuationes prægreffas, vel ob morbi diuturnitatem vires fractæ jam fint, licet in fanguine evacuando in vehementioribus affectibus timidum Medicum effe non decet, verendum tamen, ne cum ægri damno fit liberalis. Solum igitur Salvatella aperienda, cujus perbella

laus eft fanguinem educere, minori virium detrimento. Si ex vafis majoribus, & infignibus detrahatur fanguis in virium debilitate, verendum eft, ne expe-rimenta per mortes agere videamur, atque Afclepiadis reprehenfionem incurra-mus, qui ut refert Celfus lib. 3. cap. 18. fcriptum reliquit perinde effe phre-neticis fanguinem mitti, ac fi trucidarentur. Cui porro prodeffe non valeat cu-curbitula magna fcarificata occipiti applicata, cum vafa majora fecari minus tuto queant? Hoc remedii genus frequenti in ufu fuit veteribus Medicis, præ-fertim Cornelio Celfo, & Cælio Aureliano, ac fanguinem in violentis capitis affectionibus exfugere magno cum fructu teftatus eft Zacutus Lufitanus lib. 1. de medic. princip. hift. 31.

XV. *Hirudines quoque, præfertim ubi fuppreffio fit hæmorrhoidum &c.*] Hiru-dines Animalcula quædam funt in paludibus degentia minutiffimis, & acutiffi-mis dentibus prædita, quibus cutim apprehendunt, fcindunt, & fanguinem ex-fugunt in plerifque morbis magno cum fructu. Quamvis autem iis partibus quæ aut affectæ funt, aut iifdem proximæ applicari poffint, ut in capitis, & ocu-lorum morbis poft aures, in temporibus, fub naribus, & fimilibus, locus tamen omnium ufitatiffimus, cui applicari folent, hæmorrhoides funt, ubi præfertim earum fluxus fuppreffus, aut imminutus eft, unde plurima mala præfertim ve-ro capitis cum delirio exoriuntur. In his autem affectionibus hirudines fedali-bus venis applicitæ mira præftare obfervantur.

XVI. *A purgantibus cujufvis generis prorfus abftineo, contentufque fum fero la-ctis Tamarindato &c.*] Sunt qui in deliriis, atque iis præfertim, in quibus ad-eft pravorum humorum primas vias occupantium copia, purgantia medicamenta præfcribunt, verentes ne fanguinis maffam fubeuntes, & ad Cerebrum delati morbum augeant, aut confirment. Anfam dedit Hippocrates, qui ut notat Martianus de vict. rat. in acut. n. 36., & lib. 3. de morb. n. 9. a purgatio-ne non abftinuit in omnibus inflammationibus, præfertim cum Cacochymia vi-get, & materia turget, ideft ut ex Phoefii verfione ait idem Hippocrates, im-petu fuo ad excretionem fertur. Raro autem id contingit fi eidem Hippocrati fides habenda fit 1. aph. 24. quo loco inquit: *Concocta medicari oportet non cru-da, neque per initia, nifi materia turgeat, raro autem turget.* Ex quibus liquet fufpectam effe purgationem in ejufmodi morbis, nec citra noxæ periculum infti-tui poffe. Cum vero munus Medicorum fit tutis remediis, quantum fas eft, morbos aggredi, luce clarius apparet a purgantibus in phrenitide abftinendum effe. Quæ res fic a plerifque accipitur, ut omiffis purgantibus ftricte dictis, ad lenientia confugiant. Nos ab his fumus. Non autem lenientia cujufvis generis adhibenda, fed ea tantum, quæ biliofis humoribus evacuandis, & ex maffa fanguinea præcipitandis, ut ajunt, & nimiæ fanguinis effervefcentiæ compefcen-dæ opportuniffima exiftunt. Inter hæc principem obtinere locum ferum lactis, ta-marindis blando, fuavique acore præditis alteratum, manifeftius quidem eft, quam ut ullis rationibus poffit comprobari.

Nec non Clyfteribus emollientibus.] Ea eft inter nervofas partes connexio, ut una affecta, aliæ quoque licet longe diffitæ afficiantur. Hinc non raro medenti-bus folemne eft in quibufdam partibus cæteroquin fanis remedia applicare, ut quæ infirmæ fint, licet longe diftent, leventur. Cum enim aliqua fit iftarum partium per nervos communicatio, fit ut unius fibris laxatis, aut conftrictis alia-rum quoque tendantur, relaxenturque. Ex his liquet, cur in deliriis, aliifque capitis morbis Clyfteres emollientes tantopere opitulentur. Non folum enim qui in craffis inteftinis exiftunt humores evacuantur, unde tenuja etiam faci-le exonerantur, ac fæculenti humores e fanguinis maffa fecreti ad inteftino-rum glandulas ablegantur, fed quod magis eft, nervofæ capitis partes, quæ ni-

mis

mis tenſæ ſunt, & ſpaſmo conſtrictæ ob mutuum cum inteſtinis ſingularem plane, ac mirabilem conſenſum relaxantur, atque ea ratione, qua opus eſt, ad ſalutem afficiuntur. Quo loco minus mirari ſubit inter refrigerantia medicamenta Clyſteres principem obtinere locum voluiſſe, (quem quis non audiat?) Sydenhamum.

XVII. *Copioſæ potiones ex ſero lactis deſtillato, aquæ ſtillat. portulac. malv. &c.*] Aquæ ſtillatitiæ Portulac. Malvar. non ſolum diluendi vim habent, quod aquis omnibus ſolemne eſt, ſed acres, volatiles, ſulphureas particulas in ſanguine exaltatas, atque in univerſam ſanguinis maſſam diffuſas, ratione ſalis cujuſdam nitroſi, aut huic perſimilis temperant, fervoremque nimium, atque efferveſcentiam compeſcunt. Quod eo magis evenire cenſendum eſt, ſi moderate acida, cujuſmodi ſunt acetoſa, ribes, Berberis una adhibeantur, quibus etiam ejus diſſolutio facile præcaveri poteſt. Aqua anagalidis flore phæniceo tamquam ſpecificum phrenitidis remedium a Sennerto, Hartmanno, Williſio, Etmullero aliiſque commendatur. Eamdem ipſe non ſemel adhibui, verum vix ullo laudabili eventu. Quæ res effecit, ut deinceps non plus ei tribuerem, quam cæteris aquis nulla alia facultate magis præſtantibus, quam diluente.

Decoction. earumdem plantarum &c. cum nitri puris &c.] Tantus fervor, atque efferveſcentia eſt in phrenitide, ut non uno remedii genere temperari queat. Quare præſtat decoctiones plantarum refrigerantium mane exhibere, veſpere autem emulſiones ſeminum oleoſorum in aquis ex iiſdem elicitis paratas, addendo nitrum puriſſimum, quod quidem blande attenuando, ſed ſimul ſanguinis motum compeſcendo, fervoremque temperando efficere poteſt, ut hærentes in vaſis ſanguiferis humores blande dimoveantur, effuſi in ea iterum recipiant, ac demum, ne præ impetu incongruæ particulæ in Cerebri filamenta exprimantur, altiuſque penetrent. Mirum autem hac motus retardatione, ſeroſi laticis a reliquis partibus ſeceſſum, ejuſdemque ad renales porulos juſtam applicationem, atque abhinc prodeuntem ſeparationem promoveri. Cum in phreneticis urina ſæpe ſæpius ſupprimatur, quod conſtrictis nimium præ convulſione renalibus porulis, vel ſanguis nimis rapida circulatione per vaſa corporis trajectus, ita iiſdem applicari nequeat, ut feri ſeparatio habeatur, illud etiam commodi ſequitur ex illius uſu, ut ſuppreſſa urina revocetur. Quod tunc præfertim continget, cum nitri particulæ diviſæ, ſolutæ, & ſociatæ oleoſis aqueiſque particulis, quibus conſtant emulſiones, venas lacteas facile ſubeuntes in ſanguinem evehuntur, atque ad renales porulos una cum ſeroſo latice promptiſſime appellunt. Celebre eſt experimentum Cl. Malpighii lib. de polypo cordis, quo ab infuſo cani robuſto per venam jugularem nitro ad drachmas ſex, nullam obſervatam fuiſſe mutationem præter urinæ copiam majorem compertum eſt.

XVIII. *Depletis vaſis, & impuritatibus humorum eductis, ad camphoratam emulſionem devenio, quam &c.*] Utrum opiata, & narcotica in phrenitide conveniant quæſtio eſt inter Medicos longe graviſſima. Alii cum Celſo lib. 3. cap. 18. in ea ſunt opinione ut credant, quotieſcumque ſomnus aliis medicamentis conciliari minime poteſt, tum demum opiatis conciliandum eſſe. Atque hi quidem in deliriis, tamquam ad ſacram anchoram, ad opiata, & narcotica, eaque fortiſſima confugiunt. Alii e contra cum Cælio Aureliano lib. 1. cap. 4. ab opiatis abſtinendum eſſe ſuſtinent, cum ſtricturam, & inflammationem augere valeant, aut confirmare. Alii demum mediam tenent viam, atque in illorum uſu cautiſſime procedendum eſſe arbitrantur. Cum enim in phrenitide præ vaſorum turgentia incongruæ particulæ in cerebri filamenta exprimantur, verendum eſt, ne horum uſu vel nimium figantur ſpiritus, vel magis adhuc perturbetur eorum motus, unde phrenitis in ſoporoſum affectum mutetur, aut æ-

ger

ger magis delirus fiat, ut cum Alexandro Tralliano, & Celfo, viri præftantiffimi Willifius, & Etmullerus animadverterunt. Illud præ cæteris cavendum eft, ne ante univerfalia remedia opiatis utamur. Nifi enim morbifica materia aut penitus eijciatur, aut plurimum faltem minuatur, vafaque depleantur, non folum incaffum opiatis utemur, fed periculum eft, ne materiam orgafmum fufcitantem ad exitum paratam intra corpus cohibeamus. Sic in febribus cum cruda adhuc, & inconcocta eft materia, dici vix poteft quam infidus fit opiatorum ufus. Si circa ftatum adhibeantur, in quo delirium plerunque fupervenit, vel circa declinationem, propter crifim, quam fupprimunt veneni ad inftar agere præclare oftendit Ballonius lib. 1. confil. cap. 65. idque multis exemplis confirmat. Quemadmodum autem ante univerfalia remedia opiatis uti minus licet, ita ubi vires fractæ fint, opiata cane pejus, & angue fugienda funt. Periculum enim eft, ne quem obdormire volumus, excitare poftea non poffimus, ut perbelle Celfus ajebat loc. cit. Plures hiftorias eorum, qui ex improvido opiatorum ufu peffime habuerunt vid. in Sanctorio de method. vitandi errores lib. 7. c. 12., Willifio in pharmac. rat. p. 1. Sennerto Prax. lib. 6. cap. 1., & Forefto lib. 9. obf. 14. Multi infeftam Opii vim corrigere conati funt. Alii quidem Caftoreo, & Croco, alii falibus alchalicis tum fixis, tum volatilibus, alii fpiritu vini, alii fucco cydoniorum fermentefcente, alii acidis liquoribus, fpiritu nempe vitrioli, fulphuris, in primis vero aceto. Quam mira res videtur, fic perfæpe diffentire Medicos inter fe, ut quæ graviffimorum morborum medicinam plane fingularem nonnulli credunt, alii tamquam venena homini infeftiffima altiori voce damnent, cum interim quifque fua fine ullo difcrimine ægris præfcribant. Quid Caftoreo, Croco, aliifque volatilibus cum fpiritu vini, vitrioli, fulphuris, aliifque vifcidis liquoribus commune? Si quid in re ardua, ac perdifficili fentio, quandoquidem Opium ad fomnum conciliandum præfcribitur, cum fimplici aqua præparatum, cæteris omnibus præparationibus anteponendum effe cum doctiffimo Wedelio traderem; fiquidem hac ratione præparatum non folum a fordibus, terra, arena, aut aliis inquinamentis, quibus confpurcatum ad nos folet pervenire, expurgatur, fed fua illa refina reformidanda fpoliatur, ut præ cæteris oftendit Cl. Geoffroii Mat. Med. p. 2. De Op. Et fane ufu tincturæ opii cum fpiritu vini paratæ hypochondriacum quemdam infomniis affectum, phrenitide divexatum fæpius vidiffe teftatus eft, cum ufu tincturæ Opii cum aqua paratæ fomno placido corriperetur. Opii tincturam aceto paratam urinas nonnunquam fupprimere Jacob. Le Mort Chymiæ peritiffimum obfervaffe refert. Quæ cum alchalinis, urinofis, ac volatilibus falibus præparatur, acrimonia fua membranas follicitando, vellicandoque ad fomnum conciliandum parum utilem effe lippis æque, ac tonforibus notum eft plus, quam ipforum digiti atque ungues.

In delirantibus autem phrenitide divexatis Opii ufum, quacumque tandem ratione præparatum, ac correctum fuerit, minus tutum cenfemus: multo minus Mandragoræ, Hyofciami, & alia hujufmodi, quæ a multis Heraclidis præeunte exemplo ufurpari folent. Cur enim id quod morbi alicujus caufa fit, ejufdem remedium effe queat, omnino non video. Nonne Opium, Hyofciamus, aliaque id genus deliria fufcitant? Ex dictis de delirio in genere propofitio patet. Huc accedit, *Opiata nequaquam affectiones ipfas, in quibus dolores fiunt curare, verum ftuporem, & fenfus hebetationem membris inducendo, quietem quamdam doloribus obducere*, ut præclare oftendit Aetius noxas ab opiatis ferm. 12. defcribens: quod confirmat lib. 9. p. 102. dum ait: *Sedant confeftim dolores, caufam vero intus refervant, & aut paulo poft animi deliquium inferunt, & mortem, aut diuturnos, & indiffolubiles affectus reddunt*. Plures hiftorias eorum, qui impune

pune enecati fuerunt propter opiata vid. in Cl. Stahlio diff. de impoftura Opii. Ea igitur nobis maxime probantur, commendanturque, quæ acres ftimulantefque, ac nimium mobiles humorum particulas demulcendo, ac refrænando, ac motrices fibras laxando, atque emolliendo fpiritus cæco impetu hac illac ruentes ad placidum & æquabilem motum redigunt, ut moderate in fibras influendo moderatam etiam in ipfis tenfionem efficiant. Talia porro funt, non quæ ftricte narcotica ideft foporem inducentia appellantur, fed quæ anodyna, feu quod eodem recidit, demulcentia. Huc fpectant femina frigida majora, ex quibus emulfiones parantur, huc aquæ ex plantis refrigerantibus elicitæ, cujufmodi funt Endivia, Lactucca, Nymph. & fimilia. Nitrofa præ cæteris virtute hac anodyna præftant, ac camphora. Eft camphora fuccus concretus, qui ex arbore quadam in Japoniæ fylvis abfque cultura fponteque crefcit, ut liquet ex Cl. Breynio in exot. plant. cent. 2. & Kleyro in annotat., qui fuccus vel naturaliter difrupto cortice ftillat, vel incifo. De ejufdem vero fucci natura quæftio eft. Nonnullis perfuafum eft camphoram effe refinam fimilem omnino aliis refinis, quæ ex plantis refiniferis habentur. Verum hanc opinionem rejecit præclare Cl. Fridericus Hoffmannus, qui accuratiffime hujufce concreti naturam perfcrutatus eft. Ne diutius quam par eft in hac re immoremur, paucis habeto. Poftquam oftenderit præclarus Auctor differentias, quæ intercedunt inter refinas tum naturales, tum artificiales, & camphoram, hoc etiam fundamento evincit difcrimen intereffe fummum. Obfervat nimirum camphoram egregie diffolvi fpiritu vini, & partes fpirituofas vini attrahi invicem a camphora, & arcte fimul uniri. Cui addi poffet non folum fpiritu vini diffolvi camphoram, fed etiam vino, quod maximam partem aqueum eft. Quæ de refinis affirmari non poffunt. Reliquum eft igitur, ut in oleorum cenfu veniat. Duplex autem eft fpirituum volatilium genus: oleoforum fluidorum, & alchalicorum, qui fpiritus locum habere poffunt in febribus acutis pro varietate caufarum, a quibus originem fuam mutuantur. Ubi adeft humorum craffities, vifciditas, & lentor, adhiberi folent fpiritus alchalici, qui attenuandi, diffolvendi virtute donari creduntur, ita tamen ut interdum humores ipfos nimis exagitent, fervoremque nimium, atque effervefcentiam progignant. Quæ virtus maxime elucet in volatilibus oleofis corporibus, quæ diutius in actione perennant, cumque obicem offendant, eo magis vires fuas exerunt, exagitant, commovent, caloremque fummum, ac fervorem excitant. Nihil fere commune cum his habet camphora, quæ adeo tenuibus, ac volatilibus, fubtilibufque particulis conftat, ut cito e corpore avolet in omnes partes, ac receffus fefe infinuet, poros omnes intime penetret, abfque eo quod calorem, fervoremque intendat, fed potius fedet, ac compefcat. Si alia ætherea olea exhalari finamus, craffam relinqui portionem, propter quam in actione perennant, deprehendimus, fi camphoram, nihil craffi, nihil fixi remanere, fummæ tenuitatis, ac volatilitatis argumento. Frigidam propterea facultatem tribuebant Veteres camphoræ. Quod tamen non ita accipias velim, ut intelligas camphoram actu frigidam effe, fed qua demulcendo, qua obftructiones referando, qua coagulationem humorum refolvendo, folutafque particulas per apertos cutis poros, aut excretoria compellendo, caloris caufam removere, atque hac ratione calorem ipfum, ac nimium fervorem temperare. Cum tenuiffimis, ac volatiliffimis conftet particulis, in medullares ufque cerebri fibras, & appenfos nervos fefe infinuat, cumque fpiritus offendat fibi homogeneos, viam ipfis fternit, & in ordinem redigit: hinc fit ut laxatæ partes vigorentur, æqualiter tendantur, interceptus in quafdam partes motus reftituatur, æquabilis reddatur fanguinis circuitus, fpafmodici motus fedentur, fomnus, quies concilietur. Veteres Medici parca dofi camphoram exhibere folebant. Quo loco notatu

dignum

dignum eſt Cratonem robore maxime valentibus ſubjectis vix tria grana præſcribere auſum fuiſſe: Danielem vero Ludovici in pharmacia affirmare non dubitaſſe anguſtias inſignes, ſolutiones virium funeſtas, ebullitiones, & id genus alia excitare. Qui tamen dici vix poteſt in quanta obſcuritate verſetur, cum multis, ac frequentibus, certis ac conſtantibus obſervationibus compertum ſit camphoram etiam in magna doſi exhibitam non modo calorem augere, ſed potius manifeſtum refrigerium efficere. Laudatus Hoffmannus experimento ſæpius facto ex camphoræ uſu ad ſcrupulum unum, & ad drachmam ſemis exhibitæ nullam neque in urina, neque in pulſu, neque in calore mutationem vidiſſe teſtatus eſt. Grates habendæ ſunt Cl. Riverio, quod primus fere camphora uti cæperit magna doſi in plerifque morbis, præſertim vero febre maligna cum delirio, ac motibus convulſivis, eventu feliciſſimo, ut liquet ex ejus obſervationibus cent. 1. obſ. 24. 29. cent. 2. obſ. 18. 62. 64. 72. Quem poſtea Angli adeo ſequuti ſunt, ut in omnibus fere morbis, in quibus ſpiritibus placida exoptanda tranquillitas concilianda ſit, eamdem magna doſi uſurpare non dubitaverint. Mirum immania deliria, diras convulſiones eadem profligatas fuiſſe. V. tranſact. ph. Angl. Dici autem vix poteſt quam utiliter uniatur aliis remediis, quæ cauſæ morbum facienti adverſantur: in primis nitro, quod ad nimiam humorum efferveſcentiam, fervoremque temperandum plurimum valet: tum ſtibio diaphoret. aliiſque ſimilibus, quæ acorem, quo ſucci præſertim primarum viarum, a quo ſanguinis denſitas exoritur, imbibendo, ad diaphoreſim egregie diſponunt. Æque felici connubio conjungitur camphora cum emulſionibus, & aquis refrigerantibus. Cum enim emulſiones ex oleoſis partibus, & aqueis ope farinæ arcte ſimul unitis conſtent, fit ut ſubtiliſſimæ camphoræ particulæ diſſocientur, diſgregenturque, ihinc facilius venas lacteas ſubeuntes in ſanguinem propellantur. Mirum neminem adhuc delirantem, cui mature hæc emulſio propinata fuerit, vidiſſe, qui in priſtinum valetudinis ſtatum reſtitutus non ſit.

XIX. *Ubi vigiliæ intenſiſſimæ urgeant, ac malignitas conjuncta ſit, bolum ex camphor. cinnaber. &c.*] Ea etiam eſt camphoræ præſtantia, ut cum remediis aliis, quæ parem ſedandi virtutem habent, commiſceri queat. In horum cenſu venit Cinnaberis cum nativa, tum antimon. parata; vires enim æquales utramque habere crediderim, licet nonnulli antimonialem præferant, præſtantiorem, aut ſaltem mitiorem cenſentes. Hujuſce porro medicamenti vis anodyna eſt, & in deliriis, ubi præſertim malignitas conjuncta eſt, eximii uſus. Certe in phrenitide quæ febribus malignis ſupervenit quam maxime efficacem eſſe cinnaberim expertus ſum, cum alia remedia minus commode reſponderint: neque efficacem tantummodo, ſed & adeo tutam, ut valde mirer de ejuſdem inutilitate, ac noxa Boerhaavii præeunte exemplo, varia vago Medicorum rumore circumferri. Præ cæteris omnibus papaverina remedia, ſed quæ ex papavere cum ſativo, tum erratico, ac ſylveſtri, quod rhæas dicitur, parantur, ſomno conciliando præſtant. Hinc florum extractum, ſeu ſuccus eorum inſpiſſatus, ſi cum camphora, & cinnaberi exhibeatur, ad vigilias in deliriis intenſiſſimas moderandas aptiſſimum ſi quod aliud medicamen exiſtit.

XX. *Opiata, ac narcotica raſo capiti applicata, uti pariter repellentia &c.*] Sunt qui remedia fronti, & raſo capiti admovenda ex Opio, Croco, Sale Saturni, aliiſque cum ſtuporem, tum frigus inducentibus parant. Sic Etmullerus ex Rulando epithema linteis duplicatis fronti applicandum deſcribit ex aqua roſar., Opio, & Croco, atque aliud ad imitationem ejuſdem ex aqua ſpermat. ranarum, ſucco cancrorum fluviatilium contuſorum expreſſo, Opio, Camphora, Croco certa ratione mixtis, & temperatis componit. Quidquid tamen aliis videatur, ſi quid ſentio, vix, ac ne vix quidem ejuſcemodi medicamentis exter-

ne

ne admovendis utendum traderem. Cum enim externas capitis partes vel plus æquo relaxent, vel conſtringant, efficiunt, ut ſegnius quam par eſt moveatur per eaſdem ſanguis, ideoque velocius, & uberius fluat in internas. Conſtat enim ex hydroſtaticis legibus ſtagnantem, aut ſegniter motum in aliqua parte ſanguinem anſam præbere, ut in aliis uberius, & velocius excurrat.

Aucto autem ſanguinis motu per vaſa Cerebri, & Meningum, verendum eſt ne ſi obſtructioni tollendæ par ſit, quod certo certius evenire cenſendum eſt, ſi ſanguis in vias inſolitas effuſus iiſdem tenaciter adhæreat, inflammationem augeat, aut confirmet.

Quam apte de repellentibus frigidis Cælius Aurelianus acut. morb. lib. 1. cap. 16. loquutus eſt, eorum uſum condemnans, quod *cum frigidæ, & conſtrictivæ virtutis ſint, corporis denſitatem, & adſtrictionem efficiunt, inflammationem adaugent*.

Quamquam ſi de illis etiam ſermo ſit, in quæ Crocus ipſe recipitur, ſciendum eſt periculoſiſſimum eſſe eadem applicare, cum inſignes mentis læſiones, nervorum affectiones ſubſequantur. Hinc recte monet Cl. Hoffmannus de emplaſtro Oxycroceo, ne in fracturis uſurpetur, dum adhuc affluxus pertimeſcitur; experientia enim docuit magna in ægrum detrimenta emanare.

Quod ſua quoque experientia Simon Paulli quadr. Botan. confirmavit. Satius igitur eſt animalia viva, & præſertim columbos per medium diſſectos capiti raſo applicare ſuppoſitis pannis, ne cito frigeſcant, quorum pulcherrima laus eſt naturali calore conſiſtentem ſanguinem diſſolvere, perſpirationem promovere, vaſorum ſyſtalticam vim confirmare, hærentis alicubi ſanguinis fluxilitatem, ac motum conciliare. Remedii ſane genus, quod a Veteribus Medicis tamquam efficaciſſimum adverſus inflammationem Cerebri, ac Meningum miris laudibus prædicatur. Uno remoto, alterum ſubſtituendum eſſe Lindani monitum eſt. Sic enim & dolorem, & delirium miteſcere teſtatur, additque Animal horulæ ſpatio relictum fœdiſſimum odorem contrahere, ut proinde in aqua ſit immergendum.

XXI. *Veſicantia perquam raro bene cedunt in phrenitide.*] Commoda quæ ex uſu Veſicantium in pleriſque morbis exoriuntur ſupra recenſuimus cap. 3. de Leth. com. in aph. 29. Non raro tamen vigilias contumaciores, deliria, convulſiones, viſcerumque inflammationes producere oſtendimus. An eſt igitur, cur corpora eorum, qui phrenitide detinentur, iis pertractemus, quæ deliria ſæpius excitant, vigilias, convulſiones? Non ſemel vidi, quod ſancta fide teſtor, in acutis febribus cum delirio, ac convulſivis motibus conjunctis, admotis per imprudentiam veſicatoriis triſtiſſimos ſequutos eſſe eventus; ita quidem, ut alii in mortis diſcrimine prope certiſſimo verſati fuerint, alii minus ſex horis convulſi mortem objerint. Id quod confirmant etiam obſervationes Cl. Thoneri lib. obſ. 20. & Baglivii de incom. ab uſu veſicantium, ut mittam obſervationem 13. Decur. 2. An. 9. M. N. C. ubi Cl. Konig exempla affert febre maligna laborantium, quos deliria, vigiliæ, & inquietudo dire exercebant, quibus admota veſicatoria, intenſiſſimos dolores, ardores ſummos, ac ſi pars ætneo igne torreretur, & capitis incendium cum convulſionibus funeſtis concitarunt. Quid ſi jam urgeat inflammatio membranarum cerebri, ſpirituſque animales hac illac irruentes cæco impetu, inordinatos, atque effrænes motus excitent?

Cum nimirum veſicantia operentur acerrimo ſale cantaridum nervoſum genus mirum in modum percellente, vaſa proritante, ac convellente, periculum eſt, ne dum inflammationem Cerebri, ac Meningum diſcutere volumus, vel rareſcente plus æquo ſanguine, vel extremitatibus capillarium vaſorum plus æquo

conſtrictis eamdem augeamus, aut confirmemus. Qui ab ætate ſenili, a temperamento præhumido, & phlegmatico, ab hiemali, vernalique tempore certum capi poſſe argumentum putant craſſæ, ac difficilis materiæ, lentique ſanguinis vaſa Cerebri obſtruentis, atque in eam ſpem adducuntur, ut credant particulas cantaridum acres, mordaceſque ſolvere eadem poſſe, ac vaſa ſanguifera ſtimulando, eademque in validiores, vehementioreſque contractiones agendo obſtructionem, atque abhinc prodeuntem inflammationem tollere, vereor ne falſa opinione adducti plus veſicantibus tribuant, quam par eſt. Pronum enim eſt credere a frigidis, ut ajunt, humoribus non phrenitidem, ſed ſoporoſos affectus exoriri, qui ſpirituum animalium penuria exiſtente, delirium conjunctum habent. Tunc vero veſicantia qua attenuando, & incidendo, qua extimulando, & ſyſtalticam vaſorum vim augendo ad obſtructionem, atque abhinc prodeuntem mentis perturbationem auferendam efficaciſſima ſunt, ſi quæ alia. Si inflammatio vera ſit phlegmonodes, ut ajunt, quoniam acres, volatiles, ſulphureæ particulæ exaltantur, atque in univerſam ſanguinis maſſam diffuſæ agitationem, ejuſque furorem augent, atque nervos inſigniter vellicando, mordendo, deliria, convulſiones, vigilias enormes excitant, ſi urentes cantharidum particulæ in ſanguinem introducantur, an ſperandum ſit fore ut agitatio, furor temperetur, effrænes motus, convulſiones ſedentur, viderint alii.

Quidquid aliis videatur, qui cum Freindio com. de feb. com. 9. 289. veſicantibus in nervorum affectionibus convulſivis, in deliriis, nullo habito diſcrimine, in quocumque ſubjecto utuntur, niſi aliæ me rationes, obſervationibus, atque experimentis ductæ in poſterum moverint, teſtor corpora eorum, qui febribus acutis cum delirio, ac convulſione premuntur, hoc remedii genere cum Baglivo nunquam eſſe pertractaturum. Si unius alicujus audaciæ robur addat Laurentius Bellinus, qui veſicantia in iis morbis convenire affirmat, *præ quorum vi ſalus in ancipiti, ac fere conclamata eſt*: (Vid. de miſſ. Sang. titulo de ſtimulis) moveat illum alterum illud: *Si non proſis, ſaltem ne lædas*: niſi forte eos peſſimo conſilio imitari velit, qui *diſcunt ægrorum periculis, & experimenta per mortes agunt*, quod indignabundus ajebat perbelle Plinius. Quem turpiſſimum morem miror cur Medicinæ proceres uno fœdere inito, atque altiori voce non damnent, & e medio quantum illis fas eſt aliquando non tollant.

XXII. *Victus ſit tenuiſſimus &c. Potus præ cæteris aquæ hordeaceæ tepidæ liberalis ſit.*] Celſus in victus ratione moderationem commendat: nam neque implendus eſt, inquit, æger, ne inſaniat, neque jejunio vexandus eſt, ne imbecillitate in cardiacum incidat affectum. Quod ſic accipiendum eſt, ut potulenta potius larga manu exhibeantur, a quibus phrenetici vim ſtimuli minime percipientes abhorrere ſolent. Num autem potulenta frigida conveniant quæſtio eſt. Ne in hac diutius immoremur, animadvertendum eſt Trallianum ad veritatem propius acceſſiſſe affirmantem a frigidis potionibus, licet febris ex genere bilioſarum ſit, quæ phrenitidem conjunctam habet, abſtinendum eſſe. Quamvis enim frigida potio mitigare videatur, tamen majores poſtea, & malignas febres excitat, ut etiam alienatio mentis augeatur; breviter omnia ad deterius maligniuſque convertuntur; quare *Tutius eſt tepida*, quam frigida aqua uti.

Hæc fere Trallianus, quibus nihil utilius Medentibus dictum. A vino abſtinendum eſſe in phrenitide nemo inficiabitur, qui ſedulo perpenderit ſulphureis ſcatere particulis, quibus orgaſmum, atque effervеſcentiam humorum excitari, febrem atque inflammationem augeri perſpicuum eſt. Id quidem præcepit Hippocrates lib. de morb. n. 3. quem omnes Medici ſequuti ſunt, Aſclepiade excepto, qui ut notat Cælius Aurelianus lib. 1. acut. morb. cap. 15. phreneticos inebriando curabat.

XXIII.

XXIII. *Septi tranfverfi inflammatio frequens paraphrenitidis caufa, non autem fola &c.*] Veteres Medici Septi tranfverfi tantum inflammationem paraphrenitidem, feu phrenitidem fpuriam, & per confenfum appellarunt. Quæ res fic a plerifque accepta eft, ut omnem paraphrenitidem ad folam diaphragmatis inflammationem contraxerint, ac propterea quicumque paraphrenitide laboraverit, eum diaphragmatis inflammatione, & abhinc prodeunte delirio detineri haud dubie affirmaverint. His adverfatus eft Cl. Willifius, qui cum ex diffectis cadaveribus compertum habuerit diaphragma inflammatum fuiffe citra delirium, eo facile adductus eft, ut crederet non ab inflammatione diaphragmatis, fed ab incendio fpirituum animalium paraphrenitidem exoriri, quemadmodum de phrenitide opinatus eft. Neutram tenent fententiam alii, quibus perfuafum eft non folum ob diaphragmatis, fed etiam aliorum vifcerum inflammationem & febrem, & perpetuum delirium exoriri. Nos ab his fumus; ita tamen ut ab inflammatione diaphragmatis, aut alterius vifceris non femper paraphrenitidem excitari intelligamus, fed tunc folum cum inflammatio vehemens eft, & magnam vifceris partem occupat, a fanguine proprie dicto, vel tenujori ejus, fubtiliori, ac mobiliori parte in vias infolitas effufis, æger juvenis fit, ac fibras habeat exquifitiffimo fenfu pollentes, unde fpafmi per nervorum ductum facile Cerebro communicari poffint, fibras varie, inordinateque concutere, ex quibus confufæ mentis cogitationes, ac falfa judicia proficifcuntur. Diaphragma nervis plurimis donari, ideoque fummum eidem effe cum Cerebro confenfum manifeftum eft. En quid fit cur inflammatio diaphragma occupans frequentius delirium procreet, quam cætera vifcera. Si inflammatio levis fit, & non vera fanguinis, aut bilis, fed phlegmatis potius, ajebant Veteres, feu fanguinis craffa, vifcida, ac difficili lympha onufti, fi æger fenex fit, atque nervofum genus atonia laboret, fieri poffe inflammationes diaphragmatis, aut alterius vifceris citra delirium tam certum eft, quam quod certiffimum.

Quidni liceat conjectare Willifium, qui ob id potiffimum, quod fectione cadaverum deprehendit inflammatum effe diaphragma, citra delirium paraphrenitidem oriri non poffe arbitratus eft, deceptum fuiffe?

XXIV. *Signa funt extremarum coftarum, fterni, &c. dolor.*] Nemo ignorat Septum tranfverfum abdomen tranfverfe a thorace diftinguere, unde orta ejus denominatio. Cum Sterno, coftis fpuriis, pericardio, mediaftino, & vertebris lumborum connecti manifefta res eft. Hinc nil mirum eodem inflammato dolorem percipi debere ad eam ventris partem, ad quam circum extenfum eft; quæ propterea jugulo quafi quodam videtur conftringi moleftiffimo fpafmodicæ contractionis nervearum, quibus conflatum eft, fibrarum, argumento prope certiffimo.

Præcordiorum pulfatio, furfum, & deorfum revulfio.] Quæ fpafmodica contractio, quoniam per membranam, qua cingitur fuperne a Pleura, inferne a peritonæo, per feptum tranfverfum communicatur Mufculis præfertim tranfverfis Abdominis, eadem peritonæi tunica fuccinctis, trahuntur, & ipfi, qua parte per hypochondria Diaphragmati proxima ducuntur, hinc præcordiorum pulfatio exoritur. Eadem de caufa cum non poffit diaphragma ex toto contrahi, & deorfum moveri in infpiratione, Mufculos Abdominis introrfum contrahi libere poffe, & vifcera contenta furfum agi contingit, hinc hypochondria introrfum, & furfum revulfa apparent.

Refpiratio ut plurimum parva, frequens, inæqualis &c.] Quamquam cum libere deorfum moveri nequeat diaphragma in infpiratione, neceffe eft, ut crebrius, & frequentius furfum moveatur in cavum thoracis in expiratione, ac parum aeris unaquaque vice emittatur, unde refpiratio frequens, ac parva. Quoniam vero diaphragmatis contractio plus minus valida, ac frequens eft;

pro majore minoreque ſtimulo in nerveas fibras inducto, hinc etiam inæqualem quandoque oriri reſpirationem neceſſum eſt. Vox ob læſam reſpirationem acuta apparet; ob ſpaſmum Tracheæ, & Bronchiis communicatum, tuſſim, Muſculis faciei ob communem originem nervorum ſexti paris, qui Diaphragma, & Muſculos faciei tendunt, riſum ſupervenire perſpicuum eſt. Riſum affecto Diaphragmate contingere liquet præ cæteris ex Hippocrate, qui 5. Epid. ægr. 94. Tichonem, Septo tranſverſo vulnerato, & relicta intra vulnus haſtilis parte riſiſſe affirmat.

XXV. Vid. aph. 13.

C A P U T V.

De Mania.

I. MAnia eſt delirium cum audacia, & furore a cauſa intrinſeca productum plerunque ſine febre homines affligens.

II. Perverſa ſolidarum partium ſtructura in hoc morbo potiſſimam partem agit.

III. Tum ſpiritus animales, qui vel nimia quantitate peccant, vel nimis ſubtilibus, atque acuminatis particulis conſtant, vel fortibus, duris, ſolidiſque.

IV. Remote tandem ſanguinis optime, & naturaliter conſtituti cerebrum appellentis copia, dummodo obſtructionem non faciat; fluxilis, & fixi, vel acribus alchaleſcentibus acidis, auſteris, acerbis, ponticis, ac ſimilibus particulis coinquinati.

V. Signa ſunt delirium ſine febre, cum audacia, & furore, virium immenſo robore, vigiliis contumaciſſimis, frigoris intenſiſſimi tolerantia, diuturna a cibo, potuque abſtinentia.

VI. Intenſione tantum differt altera Maniæ ſpecies, in qua placidi, & mites, hilareſque ſunt ægri, acutiem quamdam, & ſagacitatem oſtendunt in deliriis, ridicula & jocoſa loquuntur, efficiuntque, amicorum conſuetudine fruuntur. Mitior porro cenſetur.

VII. Cæterum Mania incurabilis plerunque morbus eſt, ad extremum uſque vitæ ſaltem per intervalla homines affligens. Eo magis ſi hæreditarius ſit.

VIII. Inſanis ſi varices, & hæmorrhoides ſuperveniant, bonum. Hipp.

IX. A Mania Dyſenteria, Hydrops, vel Ecſtaſis bonum. Hipp. Quandoque tamen morbo deterius.

X. Si æger ſanguine abundet, ejus facies, & oculi intenſe rubeant, juvenis ſit, aduſtus, ſæviat, furat, ſanguinem liberali manu ex brachio detrahendum impero, tum ſi ſuppreſſio hæmorrhoidum, vel Menſium ex pede, tandem ex jugularibus vel arteria temporali.

XI. Quod invaluit in temperamentis bilioſis non eſſe detrahendum ſanguinem, nihil movet me, quominus ſanguinem detraham Maniacis.

XII.

XII. Si vero res mihi fit cum ægro, qui languidus, ac debilis fit, pallidum faciei colorem habeat, mœftus, ac mœfticulofus fit, hirudines tantum fedalibus venis, cucurbitulam magnam fcharificatam Occipiti applicari jubeo, nuchæ, aut brachiis cauteria.

XIII. Huic pariter radicem Hellebori nigri acido aliquo fucco correctam a ℈ i. ad ℈ ii. cum conferva violar., vel ejus extractum aqua fimplici cum fale tartari paratum a gr. x. ad xx. præfcribo.

XIV. In illo e contra folo fero lactis tamarindato contentus fum, vel folis Clyfteribus emollientibus, quibus alvum lubricam fervem.

XV. Cæterum Serum lactis deftillatum cum fol. Cichor. Fumar. Borag. Endiv. Lactuc. Violar. ad lib. 1. quotidie affumendum in quocumque fubjecto mira præftat. Detur primo vere per xx. circiter dies.

XVI. Æftuofa tempeftate ægrum in aqua tepida demitti, ibique per horam integram detineri, ac dein in lectulum, quo levis abftergatur fudor, transferri jubeo per xxx. circiter dies.

XVII. Autumno tandem ad Lac afininum devenio, primum quidem ex afina herbis temperantibus pafta expreffum ad ℥ iii. fucceffive dofim augendo ufque ad ℥ vi. aut viii. ægro propinandum per menfem, & ultra; fomni quietem imperando, ac poft leve tantum corporis exercitium, poftque fex horarum fpatium, ut minimum, prandium concedens.

XVIII. Si aufteri, acidi peccent humores, & vifcerum imi ventris infarctus, præmittere expedit per xxx. circiter dies tinctur. Mart. fuc. pomor., aut aurantior. extract. a ʒ i. ad ʒ. ii. ex fero lactis opt. depurato.

XIX. Somnus fuavi cantillatione, Muficorumque inftrumentorum concentu, leniter fluentis aquæ murmure concilietur.

XX. In hunc finem pediluvia ex Malva, Parietar. Lactuc. fl. Sambuc. Chamomil. & capitibus Papaveris albi vifa funt convenire.

XXI. Emulfiones pariter fem. quat. frigid. maj. in aq. lactuc. nymph. violar. cum nitr. purif. gr. x. Camphor. gr. iii Syrup. de fuc. violar. vel papaver. rhæad. ℥ i. quotidie cubitum eunti propinandæ eximiæ virtutis funt. Interdum eadem emulfione cum camphor. ℈ ii. viginti quatuor horarum fpatio uti expedit.

XXII. Carnium vitulorum, pullorum, & fimilium elixarum ufus moderatus concedatur, pulmenta ex hordeo, avena cum paucis amygdalis contufis, ex cucurbita, Endivia, Lactucca, & fimilibus præftantiffima funt. Vinum omnino prohibendum.

CA-

CAPUT V.

De Mania.

I. *Mania est delirium cum audacia, & furore &c.*] Undenam Mania græce dicatur quæstio fuit a Medicis aliisque plurimum agitata. Apud Cælium Aurelianum morb. chronic. lib. 1. cap. 5. plures ætymologiæ rationes extant, quæ omnes si non veræ sunt, verosimilitudinis speciem quamdam præseferunt. Quænam harum tamen accipienda magis, ac probanda sit, ancipites plerique hærent cum Cicerone 3. Tusc. c. 5. ubi ait: *Græci μανίαν unde appellent non facile dixerim*. Ut ut res est (neque enim licet istas subtilitates persequi) satis, superque judicaverim Maniam per certos quosdam, ac maxime proprios characteres describere, ut ab affectionibus, quæ insignem cum eadem affinitatem habent, apte dignoscatur. Maniam ergo *delirium* cum dicimus, morbum statim assequimur, in quo homines a recta ratione aberrare, atque insanire solent. Quandoquidem delirio, quod loco generis est, *audaciam*, & *furorem* adjicimus, eumdem a Melancholia essentiali differre facimus, cujus laus est audacia, & furore carere, a *causa intrinseca productum*, ut a furore, qui divinus est, seu a Deo immissus, quem in Vaticinium, Mysterium, Poesim, & Amorem divisit Plato in Phæd. nec non a causis extrinsecus advenientibus supra recensitis de delirio in genere, Opio scilicet, Croco, Hyosciamo, & similibus narcoticis: *Sine febre*, ut a deliriis quæ in principiis febrium intermittentium, quæ perniciosæ vocantur, superveniunt, vel in vigore acutarum & fortium, vel a phrenitide, qui morbus acutissimus est, & febrem vehementem adjunctam habet, distinguetur.

II. *Perversa solidarum partium structura in hoc morbo potissimam partem agit.*] De causis miserrimi hujusce morbi dici vix potest quot, quam varia a Scriptoribus magnis, & doctis sint dicta. Alii quidem ad vitia sanguinis confugerunt. In his autem assignandis orta litigia. Veteres Medici uno ore atram bilem accusant, a qua cerebrum, & spiritus animales vehementer concutiantur, exagitentur, & in turbas agantur: cui opinioni accensenda est illa Plateri, qui atram bilem occulta, & maligna qualitate peccantem prætendit. Si Paracelsum audimus, Maniæ causam humorem accerrimum similem Mercurio calcinato, & reverberato, & in aqua fortissima soluto, si Etmullerum acidum valde volatile, ac summe acre, quo spiritus animales inficiantur, in scenam ducit. Quæ omnes sententiæ si paulo diligentius ad trutinam ut ajunt, revocentur, nomine tantum differre inter se, re tamen ipsa convenire ut cum maxime tam certum est, quam quod certissimum. Cum enim Veteres Medici Maniam oriri dicant ab atra bile, idem plane sentiunt, ac Paracelsus, atque Etmullerus, cum ille ab humore acerrimo simili Mercurio calcinato &c. hic ab acido valde volatili summe acri repetendam esse tradiderit. Quid amabo te, aliud est humor hic acerrimus, seu quod eodem omnino recidit, & Grammatici fere solent, summe acris, quam atra bilis Veterum? Atræ bili nimirum igneas, ac urentes proprietates tribuisse Veteres Medicos notum est, quas Recentiores novitatis amore illecti humoribus illis suis specioso magis titulo insignitis tribuerunt. Quam sæpe quæstiones sic a Medicis pertractari solent, ut lis sit potius de nomine, quam de re. Hæc tandiu in Scholis floruerunt quandiu alii altius, ac subtilius rem perscrutantes, ad credendum vehementer adducti fuerunt, vitia hæc a solis spiritibus animalibus, a quibus omnes fere functiones humani corporis peraguntur, esse repetenda. Orta hinc Cl. Willisii sententia cap. de Man. qui spiritus anima-

animales ab indole propria, & genuina, seu ut ipse ait, a *spirituoso-salina*, *in sulphureo-salinam* aquæ stygiæ æmulam descifcentes accusat. Quod quidem exemplo præclare illustrat ejusdem aquæ stygiæ, cujus particulæ quemadmodum summe agiles, & irrequietæ sunt, ita spiritus animales a sanguine uberiori, & quasi nitro-sulphureo secretos tali mobilitate præditos esse haud dubie affirmat. Sententiam porro suam validis rationum momentis confirmat, atque juxta eamdem, singula, ac præcipua Maniæ symptomata adeo ingeniose, ac perbelle explicat, ut nullus hac de re superesse videatur dubitandi locus. Non defuere tamen, qui probare se, ac commendare nulla ratione posse fatentur, quæ de spirituum animalium vi, atque in totum corpus imperio Willisius commentus est, alijque eumdem sequuti. Atque hi quidem ad solidarum partium vitia confugiunt, ita ut Maniam, quemadmodum & omnes fere affectiones capitis a perturbata solidarum partium structura, elatere, aut resistentia pendere pugnacissime sustineant. Hæc fere Baglivii opinio est tract. de fib. motric.

Quo loco animadvertendum est solidas partes male affectas cum dicit, Meninges præsertim intelligere, quarum pro vario statu, varium in visceribus, alijsque partibus etiam quoad secretiones, progressionesque liquidorum, statum oriri existimat. Hinc se continere non potuit quin Anatomicum diligentissimum Willisium carperet, qui se plura fatuorum, stultorumque cerebra secuisse testatur, nec diversitatem ullam invenisse inter fatuorum, atque sanorum cerebrum, ratus fore, ut si statum Meningum examinasset, differentiam invenisset aliquam; quemadmodum sectione duorum Maniacorum instituta duram Matrem ad instar tabulæ duram, ac pæne exsiccatam detexisse testatus est. Ultraquamquod adversus Willisium faciunt observationes a viris præstantissimis institutæ, præ cæteris Henrico ab Heer obs. 3. p. 45. qui Cerebrum cujusdam Maniaci siccissimum, durum vidisse, & in summa parte digitis friabile, circa ventriculos mollius, humidius, nervorum origines siccas testatus est: A Boerhaavio aph. de co. & cur. morb. cap. de Man. qui Cerebrum Maniacorum siccum, durum, friabile, in suo cortice flavum, vasa autem turgentia, varicosa, atro tenaci cruore distenta observavit, ut mittam quæ in M. N. C. Dec. 2. an. 4. obs. 162. & an. 6. p. 234. habentur, quæ a Gullielmo Ballonio lib. paradigmatum histor. 184. Platero prax. lib. 1. cap. 3. Friderico Hoffmanno M. S. T. 4. p. 4. cap. 8. adnotata fuerunt. Quæ sane omnia protenso quasi digito commonstrant perversam solidarum Cerebri partium structuram in hoc morbo potissimam partem agere, quod erat nobis probandum.

III. *Tum spiritus animales, qui vel nimia quantitate peccant, vel nimis subtilibus &c.*] Quoniam humanum corpus machina est ex solidis, & fluidis partibus constituta, rationi consentaneum videtur, easdem in se mutuo agere, partes videlicet fluidas per solidarum partium fibras, & tubulos excurrentes eas ad certos motus impellere, & vicissim a solidis impelli; hinc non solum perversam solidarum partium structuram, sed spiritus quoque animales ad Maniam operari. Si enim copia peccent spiritus animales, manifestum est tumultuario in medullares, hisque appensos nervos illabentes, easdem varie, atque inordinate concutere, vehementerque, unde inconcinni, enormes, & violenti illi motus, quibus Maniaci impetunt, furunt, atque obvia quæque indiscriminatim aggrediuntur, corpora vel solidissima diffringunt, conterunt, & immania pondera attollunt. Quod si spiritus animales nimis subtilibus, atque acuminatis constent particulis, cum medullares Cerebri fibras, immo & nervorum his appensorum filamenta mordere, vellicare habeant, varie quoque, inordinateque concutere, immania illa deliria, enormes illos Maniacorum impetus proficisci manifestius quidem est, quam ut ullis rationibus possit comprobari.

Quod

Quod si fortibus, duris, solidisque constent, ad enormes motus procreandos, & motuum determinationem, quam semel susceperunt conservandam opportunissimos existere facit potissimum ea ratio, quod solida corpora plus materiæ continent, seu majorem habent massam, quo magis solida, ac compacta sunt; Cum vero impetus juxta accuratiores Philosophos proportionalis sit massæ, & velocitati, fit ut fluida, quæ solidioribus constant particulis, licet eadem velocitate moveantur, majori tamen impetu in solidas, seu continentes partes propellantur, hinc enormes, & violenti motus exoriantur, iique diutius conserventur.

Animadvertendum est hoc loco vitia in soliditate minime distingui a plerisque a vitiis in duritie, quæ est vis, qua corporum partes a se invicem disgregari non possunt. Contrarium tamen sustinent alii afferentes soliditatem esse, per quam corpus, quod sub parva mole est, plurimum materiæ continet, seu quod eodem recidit, per quam densum est corpus. Vitium duritiei ad rigiditatem referunt. Sic aurum omnium solidissimum corpus dicitur, & tamen durum non est, sed ductile, quam quod maxime esse potest. Aurum sequitur Mercurius, & tamen duritiei contrariam affectionem sortitus est, nempe fluiditatem. Particulæ acres eæ sunt, quæ vellicare, mordere, pungere, abradere habent. Philosophi autem mechanici acuminatam iis figuram tribuunt, quandoquidem vident artifices ad pungendum, ad abradendum instrumentis uti, quæ acuminata sunt. Ex observatione etiam crystallorum salium, quæ figura donantur angulosa, acuminata, deducunt, finguntque sibi minimas quoque humorum particulas simili præditas esse, ideoque ad erodendum aptissimas. Ubi pervenerint ad figuram arbitratu suo humoribus attribuendam, ad magna inventa se pervenisse gloriantur, systemata hisce jactis fundamentis construunt, quæ tanta cum pompa, ac rumore circumferri solent, quæ tamen si sedulo ad examen revocentur, ut Senecæ verbis utar, *multum habent inanitatis, & vani, plus sonant, quam valent*. Cavendum est igitur, ne perverse iisdem utamur, illosque pessimo consilio imitemur, qui philosophiam plane omnem, omnemque medicinam annilibus fabulis hac ratione referserunt. Formæ nimirum, ac figuræ insensibilium corpusculorum, ac molecularum effictæ magis, quam demonstratæ sunt. Eorum magnitudo ad libidinem mentis determinata, eorum motus, viresque inconspicuæ nullo geometrico calculo dimetiri possunt. Si quis unquam Mechanicus subtiliori micrographia, atque insigni mentis acumine valuit, is certe Bellinus fuit, & tamen primas compositiones, sicuti ipsarum figuras, & figuras primorum componentium neque scire se, neque se unquam posse confidere haud dubie affirmavit lib. de con. nat. p. 271. Speciatim, & singillatim in quovis præcise, & infallibiliter assignare velle, qualis in hoc, aut illo corpore sit particularum invisibilium figura, quanta rigiditas, elasticitas, asperitas, idem esse, ac Æthiopem lavare perbelle ostendit Cl. Rhoaltius (pr. tra. ph.) Cæterum patet quæcumque ex dictis qualitatibus præditæ fuerint particulæ, quæ cum spiritibus admiscentur, vel nimis subtiles, & acuminatæ, vel nimis solidæ, & duræ eosdem mire perturbaturos esse. Chymicus unus aliquis exempla horum quamplurima adduceret, præ cæteris pulveris pyrii compositionem. Sulphureas enim particulas nitri admixtione in vehementissimum motum agi, & concitari notum est. Verum, ut ingenue dicam quod sentio, quis vel tenujoris ingenii suaderi poterit a tormentariis machinis sulphuris, ac nitri explosivas accensiones deductas consonas esse sanguinis, & spirituum æstui, alternisque fibrarum motricium vigorationibus? An sulphureo-salinas aquæ stygiæ æmulas velimus esse particulas, quæ spiritibus admixtæ eorumdem motum pervertunt, atque universum nervorum genus mire percellunt, ut placuit Willisio supra laudato? Si Pitcarnium audi-

audimus, ſpiritus animales in homine vivo ita in ſua natura mutari, ut aquæ ſtygiæ ſimiles evadant, plane negat; quin exinde ſequi oportere non mobilitatem ullam ſpirituum, & motuum in corpore vehementiam, ſed coagulato univerſo ſanguine ſenſuum, & motuum cum voluntati inſervientium, tum naturalium privationem contendit. An ſpirituum animalium ataxia, quam Sydenhamus (diſſert. epiſt. ad Gul. Cole de affect. hyſter. & hypoch. & hiſtor. feb. intermit.) in medium invexit, ad Maniæ effrænes impetus ſufficiat? Tametſi juſtis laudibus æquare non valeam, quæ hac de re diligenter tradidit vir magnus, & doctus, parcat tamen ſi in ſuam non eo ſententiam, cum docet ſpirituum ataxiam, ſeu inordinatum, & confuſum motum a debiliori eorumdem craſi pendere. Poſſunt quidem ſpiritus rarioris, & debilioris compagis, eo quod tales ſint, in inordinatos motus agi, at non in vehementes turbas abire, quæ ad maniacorum effrænes impetus aptæ ſint. V. Nic. Cyrillus Tom. 3. conſ. med. 35.

IV. *Remote tandem ſanguinis optime, & naturaliter conſtituti cerebrum appellentis copia &c.*] Quandoquidem ſpiritus animales nihil aliud ſunt, quam ſubtiliſſima, tenuiſſima, puriſſima, agiliſſima lympha a ſanguine beneficio artificioſiſſimæ cerebri ſtructuræ ſeparata, nemo non videt, quo major quantitas ſanguinis cæteroquin optime, & naturaliter conſtituti cerebrum appellat, eo majorem quoque materiæ proximæ ſpirituum animalium ex ejus glandulis ſeparari, & in univerſum corpus per nervos diffundi, hinc Maniam ex copia ſpirituum oriri.

Dummodo obſtructionem non faciat.] Hiſce verbis difficultatem declinamus, quæ nobis plurimum officeret, quandoquidem oſtendimus (cap. de Apoplex.) vaſorum ſanguiferorum cerebri obſtructionem ſpirituum animalium ſecretionem impedire, atque apoplexiam progignere, eamque potiſſimum ex nimia plenitudine ſanguinis vaſa præter modum diſtendente, qua ipſorum tonus labefactetur, exoriri. Novi quemdam virum conſiſtentis ætatis, plenioris habitus, qui ſingulis fere Menſibus, uti fœminæ ſolent Menſtrua pati, præcedente inſigni faciei, & oculorum rubore, vaſorumque ſanguiferorum maxime frontalium turgentia immaniſſimo delirio corripiebatur, quod vix ac ne vix quidem ſedari poterat, quam venæ ſectio liberalis inſtitueretur, cujus ope incantamenti ad inſtar in priſtinum valetudinis ſtatum reſtituebatur. Ecquis vel rudioris ingenii a copia ſanguinis Cerebrum appellentis repetendum eſſe tale delirium non credat juratus?

Fluxilis, & fixi.] Laudatus ſupra Bellinus, qui præ cæteris morborum phyſiologiam mechanice, & ſubtiliter admodum tradidit, in eam venit opinionem, ut crederet Maniacorum ſanguinem eſſe fluxilem ſimul, & fixum. Cum enim febre non corripiantur Maniaci, talem oportet obtinere ſanguinis ſtructuram, ut neque in fermentationem fundi poſſit, neque lentore capillaria vaſa obſtruere, unde febris ſuccedat. Non poteſt autem eſſe ſimul fluxilis, & fixus, ni componatur ex particulis duris, & ſiccis, minimis tamen & arcte inter ſe cohærentibus, ut vix ullo modo divelli poſſint, ita tamen ut duo tantummodo, aut tres ipſarum minimarum particularum inter ſe arcte uniantur. Si enim ſanguis talem obtineat conſtitutionem, erit fixus, quia particulæ unitæ ſejungi non poterunt, & erit ſimul fluxilis, cum dictæ particulæ inter ſe non adhæreant; ex tali autem ſanguine cerebrum appellente ſpiritus ſecernentur maxime mobiles, tenuiſſimi, volatiliſſimi, ex puro calore, ut ait, cum ex partibus duris ſimul cohærentibus difficulter extricari valeant, qui in medullares Cerebri fibras, & hiſce appenſos nervos irruentes omnia, quæ in maniacis obſervantur, ſymptomata progignant. Hæc fere Bellinus, quibus nihil ingenioſius, aut ſubtilius di-

ctum. Qui Bellini doctrinis utuntur in phænomenis morborum explicandis caveant, ne incaute utantur. Ingeniosissimus enim cum sit, atque incomparabili mentis perspicuitate præditus, ad eas ambages facile perducit, quibus postea illaqueantur. Hac acutie, & subtilitate non egemus in quibusdam casibus. Tametsi justis laudibus æquari non valeant, quæ Bellinus de sanguine fluxili simul, & fixo tradidit ad Maniæ effrænes impetus, quis tamen credat ob id potissimum Maniacos febre carere? Sed hac de re infra dicemus.

Acribus, alchalescentibus, acidis, austeris &c.] Quod si sanguinis massa a natura sua miti, ac benigna ad salinam, acrem solidis partibus infestam deflectat, seu acribus proprie dictis, alchalescentibus particulis, vel acidis, austeris, ponticisque, vel quovis alio sapore præditis coinquinetur, manifestum est spiritus animales ejusdem naturæ facile separari, & in appensos nervos derivari; vel etiam infarcto Cerebro incongruas particulas in nervea filamenta exprimi, atque altius penetrare, unde vehementes, inordinatique motus subsequantur Maniam procreaturi. Atque hoc modo intellectam veram esse nemo non videt tum Veterum sententiam, qui atram bilem Maniæ causam volebant, & Paracelsi, qui humorem acerrimum (an similem Mercurio calcinato, & reverberato, & in aqua fortissima soluto non facile dixerim; siquidem duriorum corporum fusiones aquis stygiis in vitreis organis peractas mollioribus substantiis intra tenuissimos canales blando latice eliquatis comparare ridiculum videtur) & Etmulleri, qui acidum valde volatile, summe acre accusare non dubitarunt.

V. *Signa sunt delirium sine febre cum audacia, & furore &c.*] Cur Maniaci delirio illo vehementissimo, quo impetunt, furunt, & obvia quæque aggrediuntur, corripiantur, eorumque vires ita augeantur, ut corpora vel solidissima diffringant, conterant, atque immania pondera attollant, febre autem non corripiantur, arduum, atque insolens explicatu est. Illa quidem copiam, agilitatem, mobilitatem, tumultuarium cæcumque impetum in medullares Cerebri fibras, hisque appensos nervos, & organa motuum voluntariorum, spirituum arguunt. Mirum autem cordis, & arteriarum motum vix, ac ne vix quidem augeri, ac perturbari, atque nullam sequi febrem. Quod sane Medicorum ingenia plurimum torsit. Nonnulli cum animadvertissent posse spiritus animales incongruis particulis, atque pravis inquinamentis conspurcari propter vitiatam glandularum Cerebri structuram, ne vel minimum quidem alterata sanguinis crasi, in eam opinionem venerunt, ut crederent, ita vitiari posse spiritus, ut inde Mania excitetur, sanguine optime, & naturaliter constituto, ita ut febris accendi nequeat. Quod illis arridere non potest, qui non perversam tantum solidarum cerebri partium structuram perpetuo, & constanter potissimam in Mania partem agere arbitrantur, sed vitiatam quoque sanguinis crasim, atque acrium alchalescentium, acidarum, aliarumque particularum admixtione coinquinatam. Atque hi quidem sanguinem incongruis particulis saturari, inquinarique posse censent, non inde tamen sequi oportere, ut febris excitetur, sive quod perturbationem illam, quæ ad febrem necessaria est, efficere nequeat (id quod Bellinus de sanguine fluxili simul, & fixo commentus est) vel quod subinde per Cerebri glandulas, aliasque vias expurgentur. Quæ tamen sententia quomodo probari, commendarique iis queat, qui causam febris a spiritibus animalibus altius, ac subtilius commenti sunt, quod multi cum Mortono pugnacissime sustinent, viderint alii. Si quid in re ardua, ac perdifficili sentio, non alia ratione enormes Maniæ impetus, violentosque motus contingere crediderim, quam quod cerebrum tantum, connexæque partes afficiantur in Mania, Cerebellum autem illæsum relinquatur. Ad cujus rei statum melius intelligendum ea sunt in memoriam revocanda,

quæ

quæ de apoplexia, & foporofis affectibus agentes juxta Cl. Willifii, aliorumque præftantiffimorum Anatomicorum obfervationes tradidimus; nervos fcilicet in mufculos, & partes naturalibus motibus dicatas tendentes a Cerebello, nervos autem, qui in Mufculos, & partes motibus voluntariis famulantes diffundun-tur, a Cerebro originem mutuari. Huc accedit Cerebellum folidum effe, com-pactum, omni cavo deftitutum, nullo finu venofo vel cinctum, preffum, non expanfile, non compreffile; Cerebrum vero molle, cavitatibus præditum, expan-file, compreffile, ut egregie notat Cl. Boerhaavius, quæ ftructuræ diverfitas effi-cit, ut in fomno laxatis Cerebri fibris, fpirituumque animalium a Cerebro in organa fenfibus externis, motibufque a voluntate pendentibus, ab his ad Ce-rebrum excurfu præpedito, iidem externi fenfus obtundantur primum, deinde ceffent, voluntarii item motus retardentur primum, deinde omnino definant, organa ipfis deftinata flaccefcant, & paralytica fiant, ac demum interni fenfus non adeo vivide exerceantur, cum interim perpetuo, & majori copia fluentibus fpiritibus per cerebelli fibras, indeque in nervos, & mufculos naturalibus moti-bus deftinatos, cordis fcilicet, vaforumque, & vifcerum fere omnium eorum-dem motus validior fiat, refpiratio item profundior, & robuftior. Quæ fane omnia protenfo quafi digito commonftrant in Mania Cerebrum, connexafque partes affici ea ratione poffe, qua vehementiffimi illi motus, effrænes impetus nafcantur, illæfo autem Cerebello nulla febris excitetur. En ardui problematis folutionem per fimpliciffima principia, & obfervationibus Anatomicis fuffulta.

Vigiliis contumaciffimis, frigoris intenfiffimi tolerantia &c.] Adnotatione dignum eft, quod refert Fernelius de Maniaco quodam, qui totos quatuordecim Men-fes infomnos duxit. Cujus rei caufa non alia effe videtur, quam quod fpiritus maxime liberi, mobiles, acrefque funt, nervea filamenta Cerebrum conftituen-tia perpetuo, ac conftanter follicitant, in appenfos nervos, & mufculos moti-bus voluntariis, in organa fenfibus externis, internifque dicata perenniter flu-unt, unde eadem fic difpofita manent, ut ab objectis facile affici, facile item confuetos motus exercere poffint, hinc vigiliæ contumaciffimæ.

Cur intenfiffimum frigus non noceat Maniacis explicare conatus eft Senner-tus ipfe. Putavit nimirum non folum Cerebrum affici in Mania, fed et-iam cor in confenfum trahi, ejufque calorem fic augeri in Maniacis, ut externi frigoris injuriis refiftere valeat. Aliquid rerum obfcuritati, in qua verfabantur Veteres Medici, dandum effe nemo non videt. Deinde verum qui-dem eft Maniacos frigus intenfiffimum tolerare, eodem tamen lædi cenfendum eft.

Id quod etiam de fame dictum velim. Hujufce autem rei caufam in eo po-tiffimum fitam crediderim, quod anima in Mania circa diverforum objecto-rum contemplationem vehementer diftrahitur, ideoque quorumdam objectorum impreffionibus recipiendis minus apta redditur: hinc licet frigore, & fame læ-dantur Maniaci, nec frigoris tamen, nec famis impreffiones recipiunt. Ut enim fenfatio frigoris, & famis habeatur non fufficit, ut a fuccis in ventriculum af-fluentibus ejufdem tunicæ exquifitiffimo fenfu pollentes vellicentur, aut a parti-culis frigoris, vitriolicis, & nitrofis nerveæ cutis fibræ mordeantur, fed ut anima iftis impreffionibus recipiendis apta fit, fummopere neceffarium eft.

Nifi problematis folutio ifthæc arrideat, quidni liceat conjectare ab uberiori fpirituum animalium, & fanguinis ad extremas partes appulfu, calorem cutis, qui in Maniacis deprehenditur, exoriri? Quandoquidem Cl. Sanctorii obfervatio-nibus, atque experimentis compertum eft multo majorem effe tranfpirationem in fomno, quam in vigilia: cum continuo fere vigilent Maniaci, parum tranf-pirare perfpicuum eft. Quidam nimirum fic blaterare folent, ab hoc eodem

fonte diuturnam etiam ciborum abſtinentiam repetentes. Sed perperam. Poteſt quidem aucta plus minus perſpiratio aliquam efficere alterationem, non eam tamen, quæ in Maniacis deprehenditur.

VI. *Intenſione tantum differt altera Maniæ ſpecies, in qua placidi, & mites bilareſque ſunt ægri, acutiem &c.*] Uti apoplexia, aliique morbi, ſic Mania quoque in vehementem, & fortem, in mitem, & levem dividi commodiſſime poteſt. Illam nimirum furor, audacia, periculorum contemptus, aliaque hujuſmodi comitantur; hanc placiditas, hilaritas, acuties, aliaque id genus. Cujus diſcriminis ratio ea eſſe videtur, quod in levi vitioſi humores multo ſanguine diluti, ac temperati ſunt, propterea nervea filamenta ad vividos quidem, & irregulares, non effrænes tamen motus ſollicitant, quemadmodum in altera contingit. Hanc porro mitiorem eſſe manifeſto docuit Hippocrates aph. 53. ſect. 6. quo loco Maniam quæ cum hilaritate, & riſu conjungitur minus periculoſam, quam quæ ſerio, & cum ira, & furore, pronuntiavit. Et Celſus ipſe lib. 3. cap. 18. ubi ait: *Neque ignorare oportet leviorem eſſe morbum cum riſu, quam ſerio inſanientium*. Rationem ſupra attigimus, cum diximus humores peccantes multo ſanguine dilutos, ac temperatos eſſe. Ecquis enim eſt qui non videat, parum eoſdem Cerebro hærere, facile etiam corrigi, & qua data porta extra corporis confinia educi poſſe?

VII. *Cæterum Mania incurabilis plerunque morbus eſt*.] Quamvis Mania lethalis morbus non ſit, diuturnus tamen eſt, atque ægrum per virium reſolutionem, & vigilias contumaciſſimas interdum occidit. Perverſam nempe ſolidarum cerebri partium ſtructuram, quæ in hoc morbo potiſſimam partem agit, reſtitui nullo modo poſſe cum Aretæo facile dixerim; ſiquidem oporteret totum hominem renovare, quod per Jovem nec Diis ipſis, ut ipſe ait, poſſibile fuerit. Si quod ſpei lumen affulget, id a provectiori ætate, qua ſolidæ partes mutationem in corpore ſubire ſolent, affulgere video.

Nonne dubia ſpes, certa ſemper deſperatione potior? Illud autem cum multis, ac frequentibus, tum certis, ac conſtantibus obſervationibus compertum eſt, eam eſſe hujuſce morbi indolem, ut intermittat per aliquod tempus, certis tamen ſtatiſque temporibus, præſertim vero circa ſolſtitia, & æquinoctia, ſub quibus exortus fuit, maxime ſi error in ſex rebus non naturalibus committatur, recrudeſcat, ut præſtantiſſimus Aretæus lib. 3. teſtatus eſt. Quidni liceat conjectare acres alchaleſcentes, acidas, auſteras, vel ſimiles particulas in cerebro ob vitiatam, læſamve ſtructuram congeſtas, ubi eo pervenerint ut contineri eodem amplius nequeant, in nervea filamenta exprimi, atque univerſum nervorum genus mire perturbare, atque in violentos motus adigere? Quod ſi hæreditarius ſit morbus, ſeu a parentibus ſimili malo obnoxiis ortum traducat, eam in primordiis vitæ cum ſolidæ cerebri partes, tum ſpiritus animales ſortiti ſunt texturam, ut illæ perpetuo incongruis ſeparandis particulis, atque in nervea filamenta traijciendis, hi vero cæco impetu hac illac irruendo opportuniſſimi exiſtant.

VIII. *Inſanis ſi varices, & hæmorrhoides ſuperveniant, bonum*.] Quod remedia plerunque non valent in curandis, ſanandiſque morbis, ſolius naturæ opus feliciſſime præſtat. Id potiſſimum molitur per criticas ſanguinis evacuationes, ſive per nares, ſive uterum, ſive ſedales venas. Rectiſſime id obſervavit Hippocrates 6. aphor. 21. de inſanientibus, quos varicibus, aut hæmorrhoidibus ſupervenientibus melius habere pronuntiavit. Non aliunde autem repetendum eſſe, quod hujuſmodi evacuationes ſupervenientes ſalutares ſint, quam ex eo quod peccantes humores Cerebro tenaciter adhærentes, ejuſque fibras varie, inordinateque concutientes in coxas, & cru-

ra,

ra, & venas hæmorrhoidales tranfmittuntur, multi cum Galeno com. in aph. arbitrati funt.

IX. *A Mania, Dyfenteria, Hydrops, vel Ecftafis bonum.* Hipp.] Quamvis Dyfenteria Maniæ fuperveniens humores pravos Maniam efficientes ad inferiora effe tranfmiffos fignificet, unde ominari licet, eamdem folutum iri, animadvertendum tamen eft cum Cl. Etmullero non femper morbum hunc in falutem terminari; fæpius enim acerrimus ille humor inteftina erodens graviores affectiones progignit, quibus ægri periclitantur.

Ecftafim quod attinet, filentio prætereundum non eft multipliciter exponi ab Auctoribus. Quidam enim taciturnam, & filentem defipientiam intelligunt, in quam fi Mania cum audacia, & furore conjuncta a fpirituum animalium perturbato, atque effræni motu dependens vertatur, indicio eft morbofam materiem mitefcere, ac propterea morbum fedari. Ita fere Martianus in annot. 7. aph. 5. Quæ tamen interpretatio multis minus probatur, commendaturque. Nam fi Ecftafis taciturna, & filens defipientia eft, ac fpirituum effrænes impetus compefcit, non inde tamen fequitur omnem a recta ratione aberrationem, ac delirium minui, fed augeri potius, & confirmari. Indicio enim eft morbofam materiem firmius, ac tenacius fibris Cerebri adhærere, ac difficillime educi poffe.

Alii vero vehementem furorem Ecftafis nomine hoc loco fumunt, ajuntque violento illo conatu morbofam materiem eliminari, non fecus ac in morbis acutis vehementiffimi cafus folent intèrdum bonas crifes operari, unde homines a levi furore liberentur. Hæc fere Galenus in com. ejufd. aph. Quod quidem experientia confirmat, ajens fe noviffe quemdam, qui per vehementem, ac continuum furorem a levi fuit liberatus. Atque profecto nihil adhuc verofimilius dictum. Parcat tamen, fi in aliam eo fententiam, cum docet Ecftafim furorem effe vehementem. Nulla enim alia de caufa Ecftafi homines corripiuntur, nifi quod in alicujus rei contemplatione magna, & diuturna detinentur, qua fit, ut fibræ illius partis Cerebri, qua utitur anima ad cogitandum, & fentiendum, tam valido cieantur motu, ut motum debiliorem a rebus fenfibilibus profectum fufcipere eodem tempore nequeant, hinc velut ex ære confectæ ftatuæ, apertis oculis rigidi manent. Id quod accidiffe Socrati habemus apud Aulum Gellium not. Atticar. cap. 1., *qui ftare folitus dicitur pertinaci ftatu perdius, ac pernox, a fummo lucis ortu ad folem alterum orientem, inconnivens, immobilis, iifdem veftigiis, ore, & oculis in eumdem locum directis, cogitabundus, tamquam quodam exceffu mentis, & animi facto a corpore*: Et Carneadi apud Valerium Maximum lib. 8. cap. 7. qui *ita defixus ftudio fuiffe dicitur, ut ubi cibandi caufa recubuiffet, cogitationibus inhærens manum ad Menfam porrigere oblivifceretur: Meliffa, quam uxoris loco habebat, dexteram fuis neceffariis ufibus aptabat*. Sacerdotis quoque cujufdam meminit Divus Auguftinus lib. 4. de Civitate Dei cap. 24. qui ad imitatas lamentantis hominis voces ita fe a fenfibus auferebat, ut fimillimus mortuo jaceret, ac non folum vellicantes, & pungentes minime fentiret, fed igne admoto fine ullo doloris fenfu ureretur. Quapropter fatius duxerim ftatuere non a vehementi furore, fed a valido motu fibrarum Cerebri morbofam materiam difcuti, atque per infignes excretionum vias foras eliminari, indeque Maniam folvi. Quamquam fi Mania a Membranarum Cerebri ficcitate exoriatur, ab acribus, alchalefcentibus particulis eafdem in vehementiores contractiones agentibus, verendum eft, ne pars illa Cerebri, qua utitur anima ad cogitandum, & fentiendum, non folum motum a rebus fenfibilibus impreffum fufcipere nequeat ob imaginationem rei, quam homines contemplantur, & motum validiorem eo, qui extrinfecus imprimitur, fed ita arefcat, ut motum omnem ea-

eadem amittat, atque omnium impos fiat, unde Maniaci Cataleptici evadant, quorum Mens, ut ait Fernelius, una cum ſenſibus conſopita eſt. Cujus quidem rei locupletiſſimos teſtes habemus, præſertim Henricum ab Heer, qui narrat Civem Londinenſem in carcerem miſſum ob triſtitiam acutiſſima febre correptum fuiſſe, poſtea furore, deinde Catalepticum factum obijſſe. Secto cultro Anatomico cadavere Cerebrum ſicciſſimum, velut friabile, nec non flavo colore tinctum apparuiſſe. Juvenem febre diuturna laborantem, deinde furore percitum tandem Catalepticum evaſiſſe memorat Ballonius lib. 3. obſervat. Mirum ſecto cadavere in cerebro *repertas fuiſſe venas varicoſas tabo, & ſanguine nigro turgentes, medullam Cerebri ſicciorem, membranas ſicciſſimas, quaſi per ſyriaſim, & deflagrationem arefactas, & rigentes &c. acutiei ſecantis reſiſtentes, immo ſectas crepare more membranarum arietinarum igni admotarum.* Quæ quidem omnia maniſeſtiſſime evincunt fieri haſce mutationes in iis præſertim, qui Maniaci fiunt a cauſis cerebri fibras ſiccantibus. Unde a Mania Ecſtaſim exoriri non ſemper tutum eſt, quod erat nobis demonſtrandum.

X. *Si æger ſanguine abundet, ejus facies, & oculi intenſe rubeant &c. ſanguinem liberali manu ex brachio &c.*] Maniam curaturis nihil aliud præſtandum eſſe, quam ut acres, vellicanteſque particulas, ſive biliosæ eæ fuerint, ſive acidæ, auſteræ, ponticæ, temperent, educant, fibras Cerebri abſtergant, emolliant, inordinatum, atque effrænem ſpirituum motum compeſcant, tam notum eſt, quam quod notiſſimum. In fonte Chirurgico Veterum fere omnium, & Recentiorum Medicorum conſenſu principem obtinet locum venæ ſectio larga, qua depletis vaſis ſanguiferis, mutuas particularum ſanguinearum alliſiones, attritus, atque abhinc prodeuntem fervorem temperari, preſſionem glandularum Cerebri, vaſorum turgentiam tolli contingit, incongruas particulas in Cerebri filamenta minus exprimi, copiam ſpirituum animalium imminui, laxitatem ſolidis partibus conciliari, tandem dulcibus, humidis, atque attemperantibus particulis in ſanguinem viam ſterni. Ad quantitatem mittendi ſanguinis quod ſpectat, nemo non videt, eam pro varia ægrorum conſtitutione, viribus, ac morbi vehementia variandam eſſe. Liberalem certe eſſe Medicum decet in iis, qui ſanguine abundant, qui robuſti ſunt, qui ſæviunt, furunt, quæ omnia protenſo quaſi digito commonſtrant copiam ſpirituum animalium tumultuario in Cerebri fibras, hiſque appenſos nervos irruentium adeſſe, vaſorum turgentiam, qua incongruæ particulæ in Cerebri filamenta exprimuntur, altiuſque penetrant. De loco vix ulla ſuppetunt, quæ dicam, cum in violentis capitis affectionibus ex brachio primum, tum ſi ſuppreſſio ſit naturalium ſanguinis evacuationum, ex pede, tandem ex partibus affectæ proximis, jugulo videlicet, arteria temporali feliciſſime cedere alibi oſtenderimus. V. Cap. 1. de apopl. com. in aph. 15. Cap. 2. de delirio &c. com. in aph. 13. Arteriotomiam in temporibus inſtitutam valde efficacem eſſe adverſus Maniam non ſemel deprehendi, cum detractio ſanguinis ex aliis partibus a Cerebro magis diſſitis minus commode reſponderit: neque efficacem tantummodo, ſed & adeo tutam, ut valde mirer de ejuſdem periculo a nonnullis blaterari, perinde ac ſi aneuryſma ſequi neceſſario oporteat. Verum quidem eſt arteriæ tunicas a lanceola vulneratas diſtrahi nimium, ac dilatari, ideoque Aneuryſmatis periculum ſubeſſe. Si tamen de ſectis arteriis temporalibus ſermo ſit, cum intus oſſibus temporum ſuperincumbant, extra faſciis comprimantur, facillime omnium, ac perfectiſſime ſaneſcunt.

XI. *Quod invaluit in temperamentis biliosis non eſſe detrahendum ſanguinem &c.*] Sunt qui in Mania ab acribus alchaleſcentibus particulis (quæ plerunque contingit in iis, qui temperamento fervidiori, bilioſo, ut ajunt, ac pauco ſan-

guine

guine sunt præditi) a venæ sectione abstinent verentes, ne tenuissimæ sulphureæ, subtilioresque particulæ sanguinis justa copia non coercitæ facile sint avolaturæ, unde morbi causa augeatur. Hippocrates auctor est, ut notat Martianus in expositione lib. 2. de morb. muli. n. 9. & in coac. prænot. sect. 3. n. 79. Et sane quamvis detracto sanguine ob auctam celeritatem ictus ejus particularum rariores, & debiliores sint, fortiores tamen, & crebriores esse in latera vasorum, & si sanguis tenuibus sulphureis particulis fœtus sit, frequentiores tum inter se, tum inter latera vasorum a Mechanicis demonstratum est, unde in Maniacis temperamenti biliosi, sanguine tenuissimo existente, & sulphureis, ac subtilioribus particulis prædito si detrahatur sanguis, fervorem, effervescentiam augeri contingit, & morbum simul. Ego tamen ubi enormes, atque effrænes impetus compescendi fuerunt, etiam temperamento admodum bilioso existente, vel ira furentibus hominibus venam secari jussi, nec quidquam inveni, quo ab opinione mittendi sanguinem similibus in casibus desisterem. Quamvis enim simul ac venam secui calorem, fervoremque auctum vidi, post breve tamen tempus effrænes impetus egregie sedari deprehendi. Nempe aucta per venæ sectionem sanguinis velocitate calorem, fervoremque oriri contingit, imminuta vero copia spirituum animalium, languescente cordis, & arteriarum motu, effrænes ac violentos motus compesci.

XII. *Si vero res mihi sit cum ægro, qui languidus, ac debilis sit &c. hirudines tantum sedalibus venis, cucurbitulam &c.*] Quandoque in detrahendo sanguine timidum, ac parcum esse Medicum oportet, ne cum ægrorum damno nimis sit liberalis. Ubi vires Maniacorum languidæ sint, ac debiles, ubi cacochymia adsit, & mæror potius, ac timor, quam furor ægrum exerceat, ecquis ad vehementer credendum non adducatur laxitatem solidarum partium, humores acidos, austeros viscida, ac difficili materia involutos Cerebrum infarcientes peccare? Quod ubi contigerit, tantum abest, ut venæ sectio Maniacis prosit, ut potius obesse plurimum valeat. Flaccescere enim, ac collabi magis, magisque solidas partes perspicuum est, acidos, austeros, vel similes humores lenta, ac difficili materia involutos congeri, fibris Cerebri tenacius adhærere, & morbum augeri, aut confirmari. Verumtamen quamvis hæc vere dicantur de secta vena brachii, vel similibus magnis vasis, affirmari tamen non licet de hirudinibus sedalibus venis appositis. Nam præterquamquod hirudines in morbis capitis cum phantasiæ læsione, & generatim in Melancholica temperie sedalibus venis appositas mira præstare compertum est, præterea pulcherrima earumdem laus est tuto, ac citra virium discrimen, vel in infantibus, in quibus venæ sectio vel ob vasorum sanguiferorum exilitatem, vel virium languorem celebrari nequit, applicari posse. Nonne morbus iste per hæmorrhoidum fluxum solius naturæ ope resolvitur? Cur ergo Medicus, qui solius naturæ observator diligens esse debet, atque imitator hæmorrhoidum aperitionem ope hirudinum pertimescat? Idem plane dictum velim de cucurbitula magna scharificata Occipitio applicata, quam in Apoplexia, Lethargo, Phrenitide, aliisque violentis capitis affectionibus mira præstare cum Cl. Lusitano, Riverio, aliisque auctoribus magnis, & doctis adnotavimus.

Nuchæ, aut brachiis cauteria.] Ad Chirurgiam quoque pertinent cauteria, illud remedii genus e sanguine diversum humorem evacuans in gravissimis, ac pertinacissimis capitis affectionibus admoveri solitum nuchæ, aut brachiis magno cum fructu. Fonticulos excitandi antiquissimus mos est, ut liquet ex Cælio Aurelia-no, qui cauteria frequenti in usu fuisse Themisoni, Archigeni aliisque tradit, & ex Rhazis lib. de affect. junct. tit. 16., qui id etiam de Arabibus confirmat, quos Veteres fere omnes, & plerique Recentiorum sequuti sunt. In capitis morbis Scultetus (armament. chirurg. tab. 43.) maximum, & mirandum

præstare

præſtare auxilium affirmare non dubitavit. Et de Mania quidem, Melancholia, Paralyſi, Cephalalgia aliiſque ſimilibus paſſionibus fonticulos aptiſſimos ad eaſdem certo, feliciterque debellandas eſſe, Viri in re Medica præſtantiſſimi Rondeletius meth. curand. morb. Horſtius lib. 2. obſ. 19. Mercurialis lib. 1. c. 27. Crato conſ. 80. Cælius Aurelianus lib. 3. c. 1. aliique teſtati ſunt. Excitatis nempe fonticulis nova emunctoria naturæ parantur, quibus quædam excrementitiæ ſanguinis particulæ, ac noxii humores, ſi qui ſpiritus conſpurcent, & in motus inordinatos agant, vel Cerebri terſam, perſpicuamque ſubſtantiam obnubilare poſſint, qua data porta extra corporis confinia elabi poſſint. Natura ipſa optima morborum medicatrix efficaciſſimum eſſe remedii genus aperte docuit; ſiquidem exſiccatis vulneribus, aut fiſtulis inſanire homines, nec prius inſaniam ſolvi, quam illa aperiantur, obſervationibus virorum præſtantiſſimorum compertum eſt. Ita puellam Maniacam per ulcera in crure orta curatam refert Foreſtus lib. 10. obſ. 24. Ab occluſo ulcere Maniam cæpiſſe teſtatus eſt Amatus Luſitanus cent. 2. ob. 47. Alias obſervationes vid. in M. N. C. Dec. 2. an. 3. obſ. 213. An. 6. obſ. 201. nec non in Pechlino lib. 2. obſ. 30. Quid ergo ſi eam imitemur arte vias incongruis particulis eliminandis aptas parando? Quæ ſi locum habent, locum habent maxime in iis, qui cacochymi ſunt, qui ſanguine donantur acidarum, auſterarum, viſcidarum, ac difficilium particularum admixtione coinquinato. In aduſtis vero, ſtrigoſiſque corporibus, in quibus acres, alchaleſcentes particulæ dominantur, periculum eſt, ne ſeroſarum, ac nutritii roris, quorum inſigne fit per aperta ulcera diſpendium, juſta copia non coercitæ, ac libertatem nactæ cum fuerint, morbus vel exaſperetur, vel tabes ſubſequatur.

XIII. *Huic pariter radicem Hellebori nigri acido aliquo ſucco correctam &c.*] Utrum purgantia Medicamenta in Mania conveniant dubitatur. Si Veteres Medicos conſulamus, illi quidem non ſolum a purgantibus nullatenus abhorruerunt, ſed vehementiſſima uſurpare minime ſunt veriti. Celebris eſt Helleborus, cujus duo ſunt genera, Albus ſcilicet, & Niger. Albus a Veteribus cautiſſime uſurpabatur, atque ejus virulentiam teſte Alpino lib. de meth. cum oleo, vel etiam oxymelite decoquendo cicurabant, atque ad ipſum ferendum ægros balneatione, victuque humido, & copioſo parabant, ut lethales convulſiones præcaverentur. Niger frequentius adhibebatur, atque adverſus capitis morbos cum phantaſiæ læſione tamquam ſpecificum medicamentum valere plurimum reputabatur: hinc in proverbii conſuetudinem venit Helleboro opus eſſe ei, qui demens vocaretur, atque egere illum in Antyciram navigare; in hac enim inſula multum Hellebori nigri, quem etiam D. Tournefort legitimum Helleborum nigrum Hippocratis, & Antiquorum eſſe tradit, reperitur. Quamquam naſci quoque in Oris Ponti Euxini, & ad radices Montis Olympi in Aſia circa Pruſam notum eſt. (V. Cor. inſt. R. H.) Violentus tamen & ipſe creditur, ac naturæ hominum infeſtus. Memorabile eſt, quod refert Valæus in method. medend. helleboro fonticulis ad mundificationem impoſito per vomitum, & ſeceſſum ſubinde purgaſſe, atque alterum illud, quod tradit Plinius hiſt. nat. lib. 25. c. 5. Melampodem obſervaſſe capras helleboro paſtas purgari, & lac earum adhibuiſſe ad Prætidas furore percitas perſanandas, quod tenuiſſimi in eodem, & ſummæ activitatis principii argumentum eſt. Quæ res effecit, ut cum certis, ac conſtantibus, tum multis, ac frequentibus Veterum Medicorum obſervationibus proficuum ad curandos Maniacos compertum fuerit, in ſuſpicionem venerint, vel peculiari modo corpus præparare ſolitos fuiſſe, priuſquam exhiberent Helleborum, vel ad ejus lenitatem, aut vehementiam plurimum facere regionum diverſitatem. Et vero teſte Dioſcoride lib. 4. litteris tradita fuit a Philonide Siculo Ennenſi peculiaris corporis ante uſum Hellebori præ-

paratio,

paratio, & victus ratio, quæ tamen ad noſtram uſque memoriam non pervenit. Hac de re etiam videatur Schulzii diſſertatio de helleboriſmis Veterum. Regionum diverſitatem facere ad ejuſdem vim immutandam facit potiſſimum, quod qui ad nos creſcit validus, & vehemens eſt, qui vero Helvetiis montibus adfertur validior, atque efficacior eſt, ut præ cæteris teſtatus eſt Boulducius egregius Chymicus, & Academic. Pariſienſis, cum illum qui ex Anglia in Galliam adſportatur infirmiſſimum eſſe in ſua operatione, ut nihil fere, aut parum quacumque tandem forma exhibeatur, purgare deprehenderit.

Radix in uſu eſt, in qua ſales præcipue dominantur, reſinamque copia longe excedunt, ex quorum congrua portione optima purgatio ſequitur. In ea autem corrigenda non defuit Medicorum accuratio. Alii lotione, maceratione, vel in aqua, vel in vino, alii torrefactione, alii ſucco roſarum infeſtam ejus vim emendant; quorum tamen omnium illa potior eſſe videtur præparatio, quæ acidis ſuccis peragitur, cujuſmodi ſunt ſuc. cydonior. vel acet. vel ſimili liquore. Acidis enim omnium acrium vim majorem in modum infringi compertum eſt.

Vel ejus extractum aq. ſimplic. cum ſale tartar. paratum.] Reſina, quæ per vini ſpiritum extrahitur irritare potius, quam purgare habet. Si materiæ, quæ a reſinæ extractione remanet, aqua affundatur, tinctura & inde extractum obtinetur, quod urinæ potius ciendæ, quam purgando par eſt. His omnibus præſtat extractum per ſolam aquam pluvialem radicibus Hellebori tenuiſſime conciſis affuſam, ſalem medium aliquem addendo, cujuſmodi ſunt ſal. tartar. tartar. vitriolat. vel ſimilis, eamque ſervando in cinerario calido per 24. horas. Colatur poſtea, & leviter exprimitur liquor, permittiturque, ut quieſcendo clareſcat. Sic parata eſt tinctura, cujus humiditate leni igne exhalante habetur extractum ſolidum, quod leniter ſimul, atque utiliter purgat. Hac nimirum ratione ſales, quos planta continet, reſinæ copiam ſecum trahunt, penetrant, ac diſſolvunt, hinc blandum ſimul, & efficax purgans conſtituunt. Grates habendæ ſunt laudato Boulducio, qui plurimis experimentis edoctus ſtatuit ſatius eſſe leni calore ex purgantibus medicamentis tincturas elici, quam magno; bulliendo enim maximam partem eorum virtus diſſipatur.

XIV. *In illo e contra ſolo ſero lactis tamarindato contentus ſum &c.*] Quamvis radix Hellebori alterutro ex dictis modo præparata leniter ſimul, atque utiliter purget Maniacos, ut hactenus demonſtratum eſt, non omnibus tamen Maniacis ſine præmeditatione exhibenda. Leniter atque utiliter purgat, ſi iis præſcribatur, qui laxiori habitu donantur, & in Maniam inciderunt ob humorum acrium viſcido involutorum cerebrum infarcientium copiam: Si vero aduſtis, ſtrigoſiſque corporibus, Mania ab acrimonia alchalica, & blioſa intemperie vexatis tantum abeſt, ut emolumento ſit, ut eoſdem in diſcrimen vitæ adducere valeat. Humidiores enim, mitioreſque ſanguinis particulas educendo, cæteras acuendo, nervoſas partes in validiores, vehementioreſque contractiones, ac corrugationes ſollicitando efficere poteſt, ut Maniaci furant magis, ac delirent, atque interdum convulſi moriantur; unde rectiſſime ab Hippocrate dictum 1. aph. ſect. 5. *Convulſio ex helleboro lethalis*. An Antimonalia medicamenta, cujuſmodi ſunt Antimon. hyacinth. hepar antimon. & ex eo paratus crocus metallorum, aqua benedicta Rhulandi, quæ paſſim ab Auctoribus miris laudibus extolluntur, in uſum revocem? Næ iſthæc ejuſmodi ſunt, ut cum acerrimis, ac fere corrodentibus particulis fœta ſint, non ſolum aduſtis, ſed quibuſcumque Maniacis ſint infeſtiſſima. Satius porro crediderim alvum blandis lenientibus laxare, inter quæ Serum lactis Tamarindatum præſtat, quod cum humoribus alchalicis, bilioſis evacuandis, & ex maſſa ſanguinea præcipitandis,

tum nimio ejufdem fervori compefcendo, ac temperando exiftit aptiffimum. Mirum irrideri Veteres Medicos diftinguentes medicamenta purgantia in chola-goga, phlegmagoga &c. cum experientia compertum fit certos humores pecu-liaribus pharmacis facilius, commodiufque educi, ut dictum eft de Helleboro, & Tamarindis, quorum ille acidis, aufteris, vifcido involutis humoribus in Mania peccantibus, hi vero biliofis, alchalicis eliminandis opportuniffimi depre-henduntur.

XV. *Cæterum Serum lactis deftillatum cum foliis Cichor. Fumar. &c.*] Sive acidi aufteri, five acres alchalefcentes peccent humores, ea quæ diluendi, tem-perandi, cicurandi, emolliendi facultate donantur, in Mania locum habere ma-nifeftiffima res eft. In horum cenfu venit Serum lactis deftillatum cum Fumar. Cichor. aliifque plantis, quæ nitrofo fale, aut nitro perfimili per experimenta Cl. Boerhaavii (Chym. tom. 2.) fœtæ funt, unde illud emergit remedii ge-nus, quod qua nimium fervorem, atque effervefcentiam compefcendo, qua blande attenuando, & incongruas particulas per infignes excretionum vias extra cor-poris confinia educendo, qua demulcendo, ac relaxando ad hunc morbum pro-fligandum aptiffimum exiftit.

XVI. *Æftuofa tempeftate ægrum in aqua tepida &c.*] Balnea folent etiam fani in deliciis habere Romanorum præeunte exemplo, præfertim M. Agrippæ, cujus liberalitate, anno ædilitatis fuæ, centum & fexaginta loca ædificata fue-runt, quibus Cives gratis aqua calida, & frigida lavari poterant. Hunc æmu-lati funt Nero, Vefpafianus, Titus, Domitianus, Severus, Gordianus, Aure-lianus, Diocletianus, Maximianus, atque omnes fere Imperatores, quorum lu-xus, ut liquet ex Vitruvio (de archi.) Seneca (in epift.) Statio (in fylvis) Plinio (in hift. natur.) nulla in re clarius enituit, quam in magnificis bal-neorum fabricis. Cæterum magno in honore habita femper fuerunt balnea a vetuftiffimis Medicis, maxime vero a Methodicis, qui uti in omnibus fere morbis ad folidarum partium vitia diligenter refpiciebant, ita iifdem earumdem tonum modo augendo, modo imminuendo prompte fuccurrebant. Ac fpeciatim loquendo de Mania ecquis inficiabitur totius corporis fibras, quæ nimio robore, atque elatere funt præditæ, quæ nimium aridæ plerunque, atque exfuccæ funt, balneo aquæ dul-cis tepidæ relaxari, atque emolliri? Ea re fit ut fanguis minore impetu pro-pellatur in caput, neve incongruę particulæ in Cerebri filamenta exprimantur, altiuf-que penetrent, unde nerveorum filamentorum varias, inordinatafque concuffiones fedari contingit, atque abhinc prodeuntes Maniacorum impetus coerceri. Illo-rum confuetudinem, qui ægros in mare, & flumina mergunt, diuque immer-fos tenent Veteres plerofque Medicos imitantes, qui, ut docent Hippocrates (de humidorum ufu) Plinius (in hiftor. natur. lib. 29. cap. 1.) Strabo (in Geo-graphia lib. 65.) Oribafius (lib. 7. cap. 27.) balnea frigida in adverfa vale-tudine plurimum commendabant, laudare nefcio. Quamvis enim Melancholi-corum, & Maniacorum balneo frigido curatorum exempla non defint, quale de Mania curata refert Michellottus in M. N. C. vol. 1. obf. 102. p. 10. te-pida tamen multo tutiora crediderim, ubi partes nimis firmæ, atque adftrictæ relaxandæ fint. Tepore enim vix dici poteft quantum mollefcant fibræ univerfi corporis, cum interim apertis cutis foraminibus, & levi fudore fubfequente quidquid fanguinem, cæterofque fuccos confpurcaverit, extra corporis confinia educatur; quæ de balneo frigido affirmari non poffunt. Quam apte Trallianus lib. 7. *Ægri* (melancholici nempe) *in balneo morentur diutius, ac in calidam defcendere cogantur, omnino etiam, fi æftas fuerit, in eo diutius defideant.* Quibus addenda, quæ in hanc fententiam tulit Aretæus lib. 7. *Melancholici in aquis fponte calidis fæpe commorentur; raræ enim, & molles carnes ad ægritudinis re-*

miffio-

missionem maxime faciunt, verum siccæ, & tensæ Melancholia laborantibus carnes sunt.

XVII. *Autumno tandem ad Lac asininum &c.*] Balnea sequitur lactis asinini usus, quod adversus Maniam præstantissimum medicamen est, si quod aliud. Cum enim ad acres, stimulantesque particulas invertendas caseosa ipsius parte plurimum valet, serosa autem ad diluendum, tum ad læves, politasque, humidas, atque temperantes in sanguinem invehendas, ad demulcendum, ad laxandum existit opportunissimum. Ob majorem tenuitatem & Caprino, & Vaccino Asininum lac longe efficacius, & pro ægrorum opportunitate valentius creditur. Remedii genus quod adversus morbos ex acri oriundos, ac solidarum partium adstrictione nimia, siccitateque, Hippocrates usque, aliique in re Medica præstantissimi viri præ cæteris nostra hac ætate florentissimi Boerhaavius, Hoffmannus, Cyrillus tanti faciunt, ut si quid in summa rerum angustia sperari possit, ab uno lacte sperari posse confidant.

XVIII. *Si austeri, acidi peccent humores, & viscerum imi ventris infarctus &c. tincturam Mart. suc. pomorum, aut aurantior. extr. &c.*] Priusquam Lac exhibeatur, illud enixe curandum est, ut ea vitia tollantur, quæ impedimento esse queunt, quominus a Stomacho rite subigi, & in sanguinis massam per venas lacteas invehi commode possit, unde acescens in stomacho gravissima mala hypochondriaca progignat. Id præsertim contingit, ubi primæ viæ acidis, aliisque pravis humoribus onustæ sint, ac viscerum imi ventris infarctus adsint. Hinc salubre practicorum consilium ea in usum vocare, quæ cum acidos, aliosque peccantes humores absorbendi, tum laxatas solidas partes corroborandi, obstructiones, infarctus referandi facultate donantur. Martialia Medicamenta id maxime præstant. Terrea enim parte absorbent potentissime, & corrigunt aciditatem omnem humorum, fibras Ventriculi, intestinorum, & adjacentium viscerum membranas constituentes confirmant, ad assueta munia aptas reddunt, unde mucosas quisquilias atteri contingit, infarctus viscerum referari, & liberum per venas lacteas in sanguinis massam lacti aditum patefieri. Usurpatur Mars vel in forma solida, ut ajunt, vel in liquorem redactus. Si in forma solida exhibeatur, vel in tenuissimum pollinem teritur, vel in rubiginem, seu crocum redigitur. Uterque eximiæ virtutis est. Inter Martis præparationes magno in pretio, & honore habentur tincturæ, atque illæ præsertim, quæ cum liquore non admodum acido parantur. Cum acido limonum, pomorum, & similium fructuum blandissimæ tincturæ eliciuntur, quæ ex conveniente vehiculo propinatæ mira præstant; eo quod leniter operentur, in istiusmodi affectionibus, in quibus verendum est, ne plus æquo solidæ partes obrigescant, ac turbæ excitentur, cæteris Martis præparationibus anteponuntur tincturæ.

XIX. *Somnus suavi cantillatione, Musicorumque instrumentorum concentu &c.*] Scite admodum prudenterque somnus ab Antiquis Poetis appellatur pax, & tranquillitas omnium rerum, nec non quies spirituum. Ita Ovidius:

Somne quies rerum placidissime somne Deorum,
Pax animi, quem cura fugit, & pectora duris
Fossa ministeriis mulces, reparasque labori.

Et Seneca in Hercule furente

Tu o domitor
Somne malorum, requies animi,
Pars humanæ vitæ melior.

Cum igitur quiete spirituum, ac placida tranquillitate opus sit in Mania, nemo non videt omni studio esse procurandum. Huic autem operi apprime faciunt suaves cantillationes, musicorumque instrumentorum concentus. Hisce

 porro

porro multos graviſſimoſque morbos & animi, & corporis profligatos fuiſſe Veterum, & Recentiorum Medicorum obſervationibus compertum eſt. Qua de re vid. hiſtor. in act. Reg. Scient. Acad. Parif. an. 1702. 1707. 1709. ut mittam teſtimonium Sacrarum litterarum, ex quibus habemus Saulem furore, & inſania percitum modulamine citharæ non ſemel a Davide fuiſſe placatum; Alexandri ab Alexandr. qui refert Aſclepiadem nulla re magis, quam ſymphonia, & vocis concentu phreneticos curare ſolitum fuiſſe; Celſi, qui phreneticorum triſtes cogitationes ſymphonia & vocis concentu diſcutiendas eſſe tradit; Roberti Boylei, qui refert quemdam ut inimicitiam ab alio acceptam reponeret æreum cornu canere juſſiſſe; cum hic ſederet cum amicis in convivio, audito ſono adeo turbatum animo, & corpore fuiſſe, ut riſum in conviviis, & admirationem commoveret; & Homeri, & Plutarchi, qui peſtem ex multis Græciæ Civitatibus muſicis inſtrumentis fuiſſe depulſam teſtantur. Sed quod magis mirari ſubit certis duntaxat Muſicis ſonis quoſdam morbos profligari. Cujus quidem rei locupletiſſimum teſtem habemus Cælium Aurelianum morbor. chronic. lib. 1. cap. 3. ubi ait: *Alii Medici utuntur etiam cantionibus in Maniæ curatione, tibiarum varia modulatione, quarum alteram Phrygiam vocant, quæ ſit jucunda, & ſalutaris iis, qui ex mœſtitudine furere noſcuntur, aliam gravem, quam Doriam appellant in iis, qui riſu, & puerilibus cachinnis afficiuntur.*

Mitto demorſos a Tarantula, dum motu ſenſuque privati in terram concidunt, certis modulationibus tibicinum, & aulædorum digitos primum movere leniter, mox pedes, deinde univerſum corpus, donec expergefacti aſſurgunt, & choreæ inertes, atque inexpertes, tamquam peritiſſimi ſaltatores ad numeros tripudiant, ut ſi forte ſoni deficiant a rhythmo, aut diſſonent, non ſine magna ægritudine, & mœrore a chorea deſiſtant. Qua de re V. Kircherus, Boyle, Geoffroy hiſt. d. A. Vol. 6. Mead, Baglivus, aliique. Quod ſine admiratione haud accipi ſolet ab iis, qui morbos omnes a ſanguinis vitiis repetunt, vix ac ne vix quidem ad ſolidas partes, maxime nervoſum genus reſpicientes. Cum enim humanum corpus, ut Automa divino artificio conſtructum ſit, nervoſæque partes magnam vim habeant ad partes corporis movendas, elaterium, robur ipſarum variandum; nec non ad canalium diametros conſtringendos, aut relaxandos, ſummam quoque illis ineſſe efficaciam ad humorum motus, actioneſque ab ipſis pendentes multipliciter variandas cenſendum eſt. Hinc orti infiniti propemodum morbi, qui a nervis, tamquam a præcipua cauſa dependent; imo pauciſſimi ſunt morbi, in quibus nervi tandem non afficiantur, aut quorum optima remedia non ſint, quæ nervorum tenſionem, & elaterem congrue moderantur. His ita ſtatutis haud difficile, atque inſolens explicatu eſt, cur ſoni, ac cantillationes ad plurimos, eoſque graviſſimos morbos curandos plurimum valeant. Cum enim magnam vim habeant Muſicæ inſtrumenta ad fibras noſtri corporis commovendas, nil mirum videri debet perturbatum earum motum ad naturalem ryhthmum reduci, languefcentem excitari, ac pro variis ſonis nunc Dorio, nunc Phrygio, nunc Lydio, modo furorem & iram, modo gravitatem, lenitatemque animi, modo mœrorem, & triſtitiam conciliari.

XX. *In hunc finem pediluvia ex Malva, Parietar. Lactuc. &c.*] Ea eſt inter nervoſas partes connexio, ut una affecta, aliæ quoque licet longe diſſitæ afficiantur. Hinc liquido conſtat quare a Medicis non raro quibuſdam partibus minime infirmis remedia applicentur, ut aliæ diſſitæ male affectæ leventur. Ita pediluvia in deliriis inſtituuntur ex emollientibus, & hypnoticis parata, ut fibris cerebri placida exoptanda tranquillitas, ac ſomnus concilietur. Laxatis enim harum partium fibris per ſummum, atque admirabilem conſenſum, cerebri quoque affici ea ratione contingit, qua opus eſt ad placidam exoptandam tranquillitatem, ad

ad somnum. Qua de re vid. Bagliv. de fib. motr.) Vieussen. (in nervolog.) Hoffman. (dissert. de consen. part.) Stahlius, aliique. Sunt qui hyosciamum in ejusmodi pediluvia recipiunt; verum cum non desint observationes præsertim in Eph. N. C. delirii, furorisque oborti, solius decocti foliorum hyosciami vaporibus satius duxerim abstinere, ne dum delirium sedare volumus, eidem occasionem præbeamus.

XXI. *Emulsiones pariter sem. quat. frigid. major. &c. cum nitr. purifs. gr. x. camphor. gr. iii. &c.* Ad effrænes nervorum, ac spirituum motus compescendos præ cæteris omnibus opiata præstant. Hinc Etmullerus statim in principio exhibenda esse docet: morbo enim magis protracto minus adjumenti ab opiatis haberi, additque Lindanum affirmare, quoties somnus conciliari potuerit, feliciter a se Maniacos fuisse curatos, secus propter morositatem parum, aut nihil juvare. Imo cum spiritus sint alio avocati, cum in opiatis, tum in aliis remediis administrandis necessarium esse consuetum modum excedere, ne eorum vires eludantur. Qua in re si quid sentio, ab opiatis omnino abstinendum traderem. Quies enim, quæ ex narcoticorum actione spiritibus accedit, torpor est potius in efferatiorem motum abiturus, quam placida exoptanda tranquillitas. V. Cyril. t. 3. cons. 35. Ne autem in principio opiata sint administranda facit potissimum ea ratio, quod ante universalia remedia, quæ morbificam materiem corrigant, & per insignes excretionum vias extra corporis confinia educant, infida sunt, cum interim neque expectandum sit, ne fractæ sint vires, neque consuetus modus in eorum administratione excedendus, ne quem obdormire volumus, ut cum Celso loquar, excitare postea non possimus. Qua de re plura vid. cap. 4. com. in aph. 18. Si igitur nimii motus compescendi sint, & somnus procurandus, iis maxime uti expedit, quæ demulcere habent, emollire solidas partes, humidas, atque temperantes particulas in sanguinem invehere, spiritus ramosis partibus irretire potius, quam penitus obruere. In horum censu veniunt semina frigida majora, aquæ plantarum quæ lacteo, mitique succo, aut nitroso sale abundant, & ex his paratæ emulsiones; in quas si nitrum purissimum, & paullum camphoræ excipias, dici vix potest, quam apte effrænes Maniacorum impetus coerceantur. Ea nimirum est hujusce salis pulcherrima laus, ut cum nimiæ sanguinis, humorumque effervescentiæ compescendæ, ac temperandæ, tum blanda, mitique vi anodyna nervosis partibus placidam tranquillitatem conciliando opportunissimum existat. Miror cur Medicinæ proceres præeunte Sennerti, ac Riverii exemplo hoc simplicissimo medicamento, cæteris posthabitis, ejuscemodi morborum curationem non aggrediantur. Si de camphora sermo sit, ejus anodynam virtutem qui non cognoscit ad effrænes Maniacorum impetus coercendos, medicamentum aptissimum cognoscit plane nullum. Vel in magna dosi illam exhibeas, vel parca, & per epicrasim, mirum nunquam non bono, & emolumento esse posse. Expertus loquor. Fæminam quamdam enormibus convulsionibus obnoxiam, vigiliis contumacissimis, ac sæpius furore percitam sola emulsione descripta cum camphoræ gr. iii. quotidie exhibita in pristinum valetudinis statum restitutam deprehendi, cum alia propemodum infinita minus commode responderint. Maniacum etiam quemdam eadem emulsione cum camphoræ ℈ ii. viginti quatuor horarum spatio exhibita post largam sanguinis missionem, ac purgationem helleboro, felicissime sanatum vidisse bona fide testor.

XXII. *Carnium vitulorum, pullorum, & similium elixarum usus moderatus &c.*] Carnium delicatiorum, & Animalium temperatorum elixarum usum Maniacis interdicendum non esse facit potissimum ea ratio, quod inediam ferre minus possunt, ac delirio, vigiliis, cæterisque gravioribus pathematibus exer-

cen-

centur cum tenui victu utuntur, licet animo in variarum rerum contemplatione occupato famis ſtimulum minime perſentiant. Quod quidem non aliunde repetendum eſt, quam ex eo, quod acres, vellicanteſque ſanguinis, humorumque particulæ chyli juſta copia non coercitæ facile avolant, nerveas fibrillas pungunt, in vehementiores contractiones agunt, atque propterea agitationem, ac furorem augent. Illud tamen curandum eſt omni ſtudio, ne debitum modum excedamus, ne ſanguini, ac ſpiritibus nimiam vim addendo efferatioribus poſtea motibus anſam præbeamus. Quapropter ſatius eſt, ut pulmenta potius ex avena, hordeo, cucurbita &c. cum amygdalis liberalius concedantur, quæ vel blando acore, quo donantur, vel oleo miti ac lacteo ſucco, quo abundant, nimiæ humorum efferveſcentiæ, ac fervori temperando, demulcendo, relaxando, emolliendo opportuniſſima exiſtunt.

C A P U T VI.

De Melancholia generatim, ac ſpeciatim de Melancholia ab Amore.

I. MElancholia eſt contentio animi in una cogitatione defixi, interdum cum cognitione, & conſcientia, interdum ſine cognitione, & conſcientia homines dire exercens.

II. Certa quædam, & conſtans fibrarum Cerebri inflexio, a qua nequeunt dimoveri, potiſſimam in hoc morbo partem agit.

III. Tali porro inflexioni earumdem fibrarum ſiccitas, atque ariditas anſam præbet.

IV. Siccitati, atque ariditati fibrarum Cerebri adde ſanguinem a balſamica, oleoſa, tenui, mobili natura in terreſtrem, atrum, craſſum, inertem ad motum degenerantem.

V. Antecedentes, & procatharticæ cauſæ ſunt temperamentum Melancholicum, conſuetarum evacuationum, menſium, hæmorrhoidum ſuppreſſio, viſcerum imi ventris, uteri præſertim in fæminis affectiones, febres tertianæ, quartanæ diuturnæ, aſſidua, atque immodica ſtudia, graves animi curæ, terror improviſus maxime in pueris, amor ingens.

VI. Si quis in firma, & conſtanti in aliqua re fixatione detineatur, quam perdius, ac pernox ſecum volvat, & ab eadem removeri nequeat, hinc ſenſim, ſenſimque languéſcente corpore, mentis aberratione primum leviore tentari incipiat, ſolitudinem conſulto quærens, & abhorrens ab amicis, & hominum conſuetudine, ſermones quoſdam quaſi cum altero habere videatur, qui non cohæreant, & nunc triſtes, nunc hilares appareant, quandoque rideat, alias lugeat, interdum cantet, nonnunquam iraſcatur, & aliquando perpetuo ſilentio detineatur, noctu vagetur per ſepulchreta, per ſolitudines neſciens quid fugiat, quid velit, Luporum, & Canum more ululet, latret, carnes Animalium laceret, voret, atque ita ſe habens, quamquam ex intervallis videatur ad ſanitatem mentis redire, brevi tamen eliciatur ab

hoc

hoc ſtatu, & in delirio iterum conſtituatur, judica talem eſſe Melancholicum.

VII. Primus quaſi ad Maniam gradus eſt Melancholia.

VIII. Hinc curatio iiſdem fere remedijs peragitur.

IX. Aquæ acidulæ, niſi morbus a depravato viſcerum imi Ventris munere naſcatur, aut foveatur, vix, ac ne vix quidem adhibendæ.

X. Nunquam ſolus relinquendus æger, conandumque, ut facetorum hominum colloquiis interſit.

XI. Ubi ex pulſu obſcuro, contracto, & inconſtanti, ad præſentiam, aut nomen amaſiæ celeri, frequenti, humili, inæquali, tremore corporis, pallore ſimul, & rubore genarum noveris Melancholiam ex amore proficiſci, conjunctio procuranda; ſæpiſſime tamen difficillima eſt, interdum impoſſibilis, quandoque morbo deterior.

XII. Novus quæſitus amor diſcriminis plenus.

XIII. Peregrinatio minus tuta; noſtalgiam enim plerunque gignit.

XIV. Afflictio corporis ob illata verbera, carcerem, diætam ex pane, & aqua ſæpe deſperatos reddit.

XV. Camphorata medicamenta nullius plane virtutis.

XVI. Præcaveri quidem poteſt inſanus amor, curari autem non poteſt.

XVII. Præſtat ergo Mares præſertim a fæminarum, quæ excellenti pulcritudine ſunt, conſuetudine, familiaritate, colloquiis amatoriis, lenociniis, atque amatoriis artificiis abſtinere, ne in hunc truculentiſſimum morbum labantur.

XVIII. Ubi a vitio hypochondriorum dependeat Melancholia, curatio eadem, quæ in affectione hypocondriaca inſtituenda.

CAPUT VI.

De Melancholia generatim, ac ſpeciatim de Melancholia ab amore.

I. M*Elancholia eſt contentio animi in una cogitatione defixi &c.*] Uti Mania delirium cum furore, & audacia, ſic Melancholia cum timore, & mœſtitia communiter ſolet definiri. Ita Hippocrates 6. aph. 23. *Si timor, & mœſtitia longo tempore perſeverent, judica talem eſſe Melancholicum.* Quam quidem definitionem, cum aliis ea primo cognita eſt, non parum fatentur placuiſſe, ſive quod revera habeat cur placere debeat, ſive quod idem ipſi olim conjeciſſent. Rem inſigni perſpicuitate, ac ſubtilitate pro more ad trutinam revocans Bellinus cum animadvertiſſet multos dari Melancholicos, vel certa tempora in Melancholia, in quibus per ejuſdem morbi vim excitatur riſus, lætitia, cantus, ſecuritas, *mirum*, ait, *eſt quantum ſe torqueant, ut poſitam definitionem retineant, & cum ipſa has contrarias affectiones concilient.* Hæc potiſſimum effecerunt, ut Aretæi definitionem libentius amplecteretur, qui Melancholiam dicit *Angorem animi in una cogitatione defixi, atque inhærentis, abſque febre, & furore a phantaſmate Melancholico ortum.* Quod enim invaluit hujuſce morbi maxime proprium eſſe, ut æger falſa alicujus opinionis ſpecie illudatur, quam ta-

men

men fuo malo veram credit, apte in definitione Aretæi exponi putat per verba, *in una cogitatione defixi*, *atque inhærentis*; verum illud reprehendendum ipfi videtur, quod Melancholia dicatur *Angor animi*. Cum enim angor fit quid trifte, & graviter, feu quodam veluti dolore afficiens animum, id omnibus Melancholicorum affectionibus minime convenire exiftimat, qui non femel rident, cantant, & alia edunt lætitiæ, & hilaritatis figna. Aliam igitur ipfe excogitavit, quæ cum omnibus Melancholicorum affectionibus conveniat, cæteris anteponendam effe fibi in animum jure induxit. Bellini definitio fere eft, quam trado: *Delirium fine febre, quo delirans imaginatur de re aliqua fingulari, vel paucis aliquot, tamquam verum id, quod eft falfum, & triftis eft, aut lætus, timens, aut fecurus, prout imaginatio illa conjuncta eft cum fpeciebus triftitiæ, lætitiæ, timoris, fecuritatis.* Quæ quidem eft cum per fe fatis clara, tum propter illorum famam, qui eamdem defendunt. Non is fum, qui multum laudis Bellino detrahendum effe contendam, qui Melancholiæ definitionem plus æquo longam tradidit, cum paucioribus ea comprehendi potuiffet; haud enim ignoro, quam varius illorum fermo futurus fit, qui ubi vera, aut quæ ad veritatem propius accedunt attigerint, brevitatis ftudiofos fummopere damnant, atque in fcribendo minime fervandum effe illorum morem, quos in Paradoxis irridet Helmontius, nempe *ut fit*, in *quo fingulis placeant*, pugnaciffime fuftinent. Cum tamen Bellinus fateatur Aretæi definitionem per verba, *in una cogitatione defixi*, *atque inhærentis*, quadrare egregie in communem Medicorum opinionem, quibus vehementer perfuafum eft Melancholiam in eo præcipue fitam effe, quod æger falfa alicujus opinionis fpecie illuditur, quam tamen fuo malo veram credit, fi per *Angorem animi*, quod loco generis eft in tradita Aretæi definitione, intelligamus animi contentionem ad aliquam rem, in cujus propterea cogitatione defixus fit, non vero quid trifte, & graviter, feu quodam veluti dolore afficiens animum, nihil fane eft, cur Aretæi definitio placere omnino non debeat. Quamvis nimirum pulchre concinnata fint, quæ a plerifque magnis, & doctis auctoribus funt edita, nihilominus tamen nonnulla interdum adjungere licet, nonnulla interdum mutare. Huic fane ftudio multorum voluntas non defuit, in eoque maxime quorumdam interpretum folertia eluxit.

Interdum cum cognitione, & confcientia &c.] Celebris eft divifio inter Melancholiam, quæ communiter cum delirio, feu delirium Melancholicum dicitur, & Melancholiam fine delirio, quæ alias perturbatio mentis vocatur. Qui Melancholia fine delirio tenentur, in fixa quidem, & conftanti cogitatione funt defixi, ejus tamen confcii funt, eique quoad vires refiftunt. Novi Mulierem quamdam, quæ fæpiffime excitabatur ad fefe traijciendum in puteum angulum fuæ domus occupantem, mentis tamen recte compos huic cogitationi valde reluctabatur, cavebatque diligentiffime, ne angulum domus adiret, valde timens, ne periculo facto cogitationi reluctari amplius non poffet, atque experimentum per mortem ageret. Talis erat Mulier illa apud Platerum, quæ ad infantem interficiendum impellebatur, quamquam mens adhuc, & ratio integra eamdem redarguebat, quo propterea factum, ut infantis neci reluctaretur. Qui delirio Melancholico, feu Melancholia cum delirio corripiuntur, non folum in una cogitatione funt defixi, fed ejus præterea infcii funt, atque modo ad mœrorem, timoremque, modo ad lætitiam, ac fecuritatem excitantur. Hinc alii Deum fe effe judicaverunt, alii ftipula ferentes fe Mundi centrum fuftinere funt arbitrati, alii vagientes ut infantes fuftentantis manum funt deprecati, quidam fe in vitrea vafa converfos crediderunt, aliorumque viciniam, & contactum timuerunt, alii in anatem, & fine aquis vivere non poffe, alii defperati vitam

fibi

fibi eripuerunt. Quarum rerum hiftorias vid. in Kirchero *tract. de pefte* in Wepffero *tract. de cicut. aquat.* in eph. N. C. *an.* 4. *&* 5. *decur.* 1. *obf.* 124. nec non *an.* 9. *&* 10. *decur.* 3. *& ejufdem decur. an.* 7. & 8. aliifque Auctoribus practicis. Ex quibus liquet ægros firmam, & conftantem fixationem torquere, cujus confcii haudquaquam funt, ac propterea eidem blandiuntur. Vel autem cognitio, & confcientia adfit in Melancholicis, vel non, animum in fixa, & conftanti cogitatione defixum effe tam certum eft, quam quod certiffimum.

II. *Certa quædam, & conftans fibrarum Cerebri inflexio, a qua nequeunt dimoveri, potiffimam &c.*] Quæ fixæ hujufce cogitationis caufa, ac fomes funt, ea Melancholiæ caufæ erunt cenfenda. Quod attinet ad caufam proximam, & conjunctam hæc ftatim innotefcet, modo ea in memoriam revocemus, quæ alibi dicta funt, noftræ videlicet mentis cogitationibus, certas in fibris cerebri motiones, certafque ipfarum flexiones refpondere, & viciffim certis motibus, & flexionibus fibrarum Cerebri certas quoque in mente cogitationes excitari. Si ii motus inordinati fint, fi ad ea, quæ obijciuntur non fint accommodati, ac demum anima regere pro fui voluntate, & moderari non valeat, inordinatas, confufas, & fine ulla lege cogitationum fpecies animæ obverfari, ac delirare Animal. (Vid. Cap. 4. com. in Aph. 2.) Quid ergo fi talis fit fibrarum Cerebri inflexio, ut fufcipere nequeat alios motus a rebus fenfibilibus organis impreffos? Firmam nimirum in ea idea, ac cogitatione fixationem oriri debere; quæ animæ obverfabatur eo ipfo momento, quo occafione inflexionis jam dictæ fibrarum Cerebri excitata eft, tandiu duratura, quandiu fibræ in fufcepta inflexione perfiftant, manifeftius quidem eft, quam ut ullis rationibus poffit comprobari.

III. *Tali porro inflexioni, earumdem fibrarum ficcitas, atque ariditas &c.*] Ut a fpiritibus per nervos fluentibus varie flectantur, tendanturque nerveæ cerebri fibrillæ, variæque, ordinatæ tamen cogitationum fpecies animæ obverfentur, neceffe eft ut in perfectiffimo toni ftatu, quem Eutoniam appellant, medium inter laxitatem, & adftrictionem, fint conftitutæ; hinc fit ut vel occafione exteriorum motionum ab exterioribus objectis inductarum, vel aliarum caufarum in corpore noftro latentium, modo nervos, fpiritus, & Cerebrum eodem modo afficiant, quo ab exterioribus objectis afficiuntur, certæ motiones excitentur; quas certæ in anima ideæ, ac perceptiones quædam peculiares fequuntur pro motionum illarum diverfitate diverfæ. Ad varias autem motiones impares funt fibræ, quæ aridæ, & ficcæ funt, unde fpiritus a quibus illæ in alios motus, tremorefque concitari, adeoque inflecti deberent, minus agiles funt, & expediti; hinc priorem retinent inflexionem, in eoque ftatu tandiu perennant, quandiu molles evadant. En mentis ad certas, eafdemque femper ideas proclivitatem.

IV. *Siccitati, atque ariditati fibrarum Cerebri adde fanguinem a balfamica, oleofa &c.*] Cum Veteres Medici in ea effent opinione, ut crederent fanguinem ex quatuor humoribus coalefcere, fanguine videlicet proprie dicto, bile, melancholia, & pituita, atque unicuique fuum effe temperamentum, fanguini videlicet, quæ juxta eofdem eft rubicundior fanguinis pars, calidum, & humidum; bili, quæ tenujor, calidum, & ficcum; melancholiæ, quæ nigricantior, & terreftior, frigidum, & ficcum; pituitæ tandem, quæ albidior, crudiorque fanguinis portio eft, frigidum, & humidum, exiftimarunt alterutro ex his cæteris præpollente multos, eofque graviffimos morbos exoriri. Ita Veteres Medici una cum Galeno 3. de loc. affect. 7. & 2. de fymptom. cauf. melancholiam ad humorem melancholicum Cerebri fubftantiam occupantem referebant, qui fua nigredine, & obfcuritate (non fecus ac externæ tenebræ) pavorem fi-

mul, & mæſtitiam incuteret. Hos alios deinceps Medici præ cæteris Sennertus inſt. medic. lib. 2. p. 3. ſect. 2. cap. 4. & lib. 1. pract. p. 2. c. 8. adeo ſequutus eſt, ut qui aliter cum Averroe ſentirent, garrire, & ſomnia narrare viderentur. Quæ ſententia poſtea per ſe omnino corruit, cum præſtantiſſimorum in re medica virorum obſervationibus, atque experimentis compertum eſt inanem eſſe prorſus, ac nullius plane momenti rationem, qua ex colorum varietatibus, quæ in ſanguine e vaſis extracto, quatuor in eodem humores contineri Veteres deducebant, ſiquidem pro diverſa earumdem ſanguinis partium diſpoſitione, & ſitu diverſos illos colores oriri, quorum alterum ſanguinem, alium bilem, alium Melancholiam &c. indicare exiſtimabant, manifeſtum eſt. Non hic ſingulas numerando percenſeam, aut dicendo explicem cauſas, quæ rejecto quaternario humorum numero, Melancholiæ aſſignatæ fuerunt a magnis, doctiſque Auctoribus. Illud ſolum animadvertendum eſt pleroſque, qui proximam, veram, ac genuinam Melancholiæ cauſam aſſignare ſunt opinati, vix ac ne vix quidem eamdem attigiſſe. In hunc errorem incidiſſe ambigendum non eſt Williſium, qui cauſam Melancholiæ a ſpiritibus Animalibus repetit, atque exiſtimat eoſdem acidam conditionem nactos ita ſe habere, ſicuti effluvia e liquoribus ſtillatitiis acidis, nempe aceti, vitrioli, & ſimilibus decidentia, quorum eſt perpetuo moveri, haud longe pergere, & novos poros in corporibus producere, ſeque in illos inſinuare; non ſecus ac Melancholicis contingit, qui ſemper cogitabundi ſunt, res tamen pauciſſimis comprehendunt, atque de ipſis rationes perperam depromunt. Præterquam enim quod ſpiritus animales proxime vix, ac ne vix quidem agere ad firmam, & conſtantem in aliqua re fixationem ex ſuperius dictis manifeſtum eſt, accedit præterea ſpiritus animales noſtri corporis cum ſpirituoſis liquoribus arte chymica paratis comparari nulla ratione poſſe, cum eorumdem proprietates eæ ſint, ut in homine vivo in nervorum tubulis contineri nequeant, vel ſi contineantur, ſenſuum omnium, motuumque privationem oriri neceſſum ſit, ut præclare oſtendit Cl. Pitcarnius elem. ph. math. lib. 2. Cap. 6. Si de remotis cauſis ſermo ſit, ad veritatem propius accedere viſi ſunt Veteres Medici, qui humorem melancholicum accuſarunt. Quamvis enim diſtinctio ſanguinis in ſanguinem proprie dictum, in bilem, melancholiam juxta Veterum ſententiam recipienda non ſit, nihil eſt tamen, cur omnino reijciatur: ſiquidem docemur experientia non raro in toto ſanguine mobilioribus, oleoſis, ac balſamicis partibus diſſipatis, terreſtres, ſalinas, fixiores particulas, & ad motum minus aptas relinqui arcte ſimul unitas, unde ſanguis ater, craſſus, terreſtris evadit. Quid eſt cur ſucci melancholici, ſeu atrabilarij nomine non inſigniatur? Quod ſi ita res habeat ecquis Veterum defenſores continere poterit, quin altiori voce Recentiores redarguant, ceu qui novitatis amore illecti nominum potius quam rerum ſtudioſi fuerunt? Oleoſis, balſamicis, ſubtilibus, tenuibuſque diſſipatis particulis, fieri minus vix poteſt, quin ſolidæ ipſæ partes obrigeſcant, denſæ fiant, exſiccentur. Hinc eſt fibrarum Cerebri ariditati, ac ſiccitati ſanguinem terreſtrem, atrum, craſſum, inertem ad motum, ſeu quod eodem recidit, melancholicum accedere.

V. *Antecedentes, & procathartica cauſæ ſunt temperamentum Melancholicum.*] Temperamentum Melancholicum illis ineſſe cenſendum eſt juxta illorum opinionem, qui temperamenta in mutua ſolidorum, & fluidorum habitudine, excluſa quatuor Veterum Medicorum qualitatum exſuperantia, conſiſtere arbitrati ſunt, in quibus fibræ duræ, craſſæ, ac denſæ ſunt, ſanguinis, & humorum motus lentus, & ſegnis, craſſitudo autem inſignis, terreſtres, ſalinæ, atque fixiores particulæ excedunt, ſpiritus minus agiles, & expediti, unde tarditatem in omnibus functionibus, & difficultatem oriri contingit, aſſiduam meditationem,

nem, & gravitatem. Ejufmodi porro temperamentum ad melancholiam difponere perfpicuum eft. Fit enim ut fibræ Cerebri quacumque levi de caufa adeo arefcant, ut quam femel fufceperint inflexionem in eadem perennent, hinc Melancholia.

Confuetarum evacuationum menfium, hæmorrhoidum fuppreffio.] Cæterum quæcumque vel fibras Cerebri, vel fanguinem ea ratione afficere valent, ut illæ exficcentur, hic terreftribus falinis, fixioribufque particulis oneretur, ad Melancholiam agere perfpicuum eft. Huc fpectat fuppreffio menfium, aut hæmorrhoidum, quo fit, ut fanguinis motus majorem in modum retardetur, excretiones omnes, fecretionefque humorum mire turbentur, univerfa fanguinis maffa incongruarum particularum admiftione coinquinetur, unde a balfamica blanda, mitique natura in atrum, craffum, terreftrem, melancholicum fi libet humorem degeneret.

Vifcerum imi ventris, uteri præfertim in fæminis affectiones.] Veteres Medici principem in Melancholia locum habere exiftimabant Lienem atros, tartareos, melancholicos, atque atrabilarios fuccos generantem. Quæ tamen fententia ex fe corruit poft inventam fanguinis circulationem, qua compertum eft tali munere fungi nullo modo poffe, licet verus, ac genuinus ejufdem ufus nondum cognitus probe fit Medicis, atque perfpectus, cum nullus adhuc excretorius ductus Anatomicorum folertiæ innotuerit. Lien igitur vel nullam, vel fi aliquam partem agit, cætera quoque vifcera imi ventris, Hepar fcilicet, Pancreas, Mefenterium, Ventriculus, Inteftina, aliaque vifcera chylofi perficiendæ dicata fimul funt accufanda. Ubi enim horum functiones pervertantur, chylificationis opus labefactari neceffum eft, chylum crudum, acidum generari, qui in fanguinis maffam propulfus eamdem confpurcat, ad fluendum minus aptam reddit, unde ater, craffus, melancholicus evadit. Quid quod ab acrioribus fuccis in primis viis cumulatis, congeftifque in nervorum extremitates ii fpafmi inducantur, qui ad Cerebrum per nervorum dúctum propagati ejufdem fibras infirma, & conftanti inflexione detineant? Quotiefcumque Melancholia a tali caufa originem mutuetur, Melancholia hypochondriaca appellatur omnium frequentiffima. Idem plane dictum velim de incongruis fuccis in utero fecretis, qui nerveas ejufdem fibrillas certa quadam ratione vellicant, atque irritant: tremores enim abhinc prodeuntes ad Cerebrum perducti, ejufdem fibras in peculiari quadam inflexione detinent, quæ rei cujufpiam imaginem animo repræfentat. Si inflexio ea fit, ut impreffio, five idea venerea animæ repræfentetur, oritur Melancholia cum infatiabili coeundi defiderio, quæ furoris uterini nomine venit. Ad hujufce rei ftatum melius intelligendum nonnulla de infomniorum natura explicanda funt. Somnia igitur tunc fieri dicimus, cum nerveæ Cerebri fibrillæ in varios motus aguntur, quorum motuum occafione animæ idea objecti alias percepti repræfentatur: talis enim motio fufcitatur, qualis fufcitata fuit cum tale objectum anima percepit, & talis, qualis fufcitaretur, fi præfens effet objectum. Quoniam vero motus fibrarum Cerebri inordinati, & irregulares funt, non folum fufcitantur falfæ objectorum ideæ, verum etiam falfa judicia. Si fpiritus majori copia collecti viam fibi in nervos denuo fternant, & in organa fenfibus externis, motibufque a voluntate pendentibus dicata libere excurrant, & in eos tremores nervi agantur, qui motiones fufcitatas jam fomni tempore excedant, deleantque, infomnium folvi manifeftum eft. Si fibrillæ in iis motionibus, tremoribufque perennarent, nec ab impreffione objectorum deleri poffent, non infomnii, fed veri delirii nomen fibi jure merito vindicaret: maniaci quidem, fi effrænes effent, inconcinni, inordinati; melancholici autem, fi quam inflexionem fufcepiffent fibræ, in ea diutius perfifterent; unde firma, ac

constans fixatio. Modo hasce varias irregulares motiones, tremoresque, vel firmam, ac constantem fibrillarum inflexionem excitari sæpenumero a causa, ut ajunt, materiali nervorum extremitates afficiente perbelle evincit egregia paritas, quam desumit Etmullerus a pollutione virorum nocturna involuntaria. Sicuti enim in viris præ seminis turgentia, aut acrimonia talis in partibus genitalibus vellicatio, ac titillatio, ac talis nervearum fibrillarum motus exoritur, ut exinde excitetur insomnium exerciti actus venerei; pari modo cum insomnia dormientium sint deliria vigilantium, si a succis in utero existentibus, vel ab eodem separatis nervorum extremitates, qui per genitalia, ac pudenda mulierum mire disseminantur, certa quadam ratione vellicentur, commoveanturque, tremoresque abhinc prodeuntes ad Cerebrum per nervorum ductum propagentur, qui nerveas ejusdem fibrillas in peculiari quadam inflexione detineant, vel veneris, vel alterius rei imaginem animæ obversari tandiu debere, quamdiu eamdem inflexionem conservent, manifestius quidem est, quam ut ullis rationibus possit comprobari. Quamquam ne uterus quidem diu affici potest, quin pravi, atque incongrui succi in sanguinem deriventur, ejusque motum, ac crasim pervertant, unde Melancholia ex totius corporis intemperie exoriatur.

Febres tertianæ, quartanæ diuturnæ, assidua, atque immodica studia.] Melancholicam hanc intemperiem, nec non fibrarum corporis siccitatem, ariditatemque valent progignere febres diuturnæ, præsertim vero tertianæ, ac quartanæ, quæ plerunque ab humoribus viscididitate, crassitie, & lentore peccantibus e primis viis in sanguinem invectis exoriuntur, unde universam sanguinis massam mobilioribus dissipatis particulis figi, ac cogi contingit, & corpus exsiccari. Apte cadit in hunc locum Ballonii illa observatio, quam narrat obs. lib. 3. de juvene, qui post febrem diuturnam in delirium incidit, & catalepsim. Aperto cadavere Cerebrum, ejusque membranas siccissimas, arefactas, ac rigentes se deprehendisse testatus est.

De assiduis, atque immodicis studiis hæc paucis habeto. Quotiescumque animus in alicujus rei vehementi contemplatione defixus est, objectorum variorum actione minime distracti, sed certis semper, iisque assiduis, & validis mentis cogitationibus addicti spiritus animales certas sibi vias sternunt, ituque, ac reditu adeo patulas efficiunt, ut non secus ac fera per silvam promptissime easdem remetiri valeant, facilioremque perpetuo, & expeditiorem sibi aditum patefaciant, quam ut alias moliantur. Fit propterea, ut nerveæ cerebri fibrillæ certa quadam ratione inflexæ in eadem inflexione diu persistant, ac facultatem sese restituendi, aliosque tremores a rebus sensibilibus organis impressos suscipiendi amittant. En mentis ad certas, easdemque semper ideas proclivitatem.

Terror improvisus maxime in pueris.] Quod si terrore improviso afficiantur pueri, qui tenello cerebro donantur præ adultis, fibræ ejusdem eam inflexionem suscipiunt, a qua difficillimum est removeri posse, eo quod anima exhorrescens spiritus tanta vi, atque impetu dirigit ad eas partes, quæ ad fugam sunt opportunæ, ut tenuissimis nerveis filamentis Cerebri vitium imprimant, quæ propterea facultatem sese restituendi, aliosque tremores suscipiendi amittunt, unde perpetuo rei horrendæ species animæ repræsentetur.

Quamquam animus in una cogitatione defixus diutius inhærere nequit, quin magna mobiliorum, subtiliorumque sanguinis partium jactura fiat, solidæ partes debito spirituum influxu destituantur, ac majorem in modum flaccescant, relaxenturque, unde liquidorum secretiones, excretionesque perturbari contingit, terrestres, fixioresque particulas exaltari, sanguinem atrum, crassum, terrestrem reddi, verbo dixerim Melancholiam ex universi corporis intemperie exoriri.

Amor ingens.] Amor desiderium possessionis, & unionis rei amatæ communi-

ter

ter folet definiri. Quomodo concilietur, & qua ratione Melancholiam inducat paucis eft oftendendum. Quotiefcumque imago, aut forma maris, aut fœminæ ope reflexi, refractique luminis in fpectantis retina imprimitur, hæc in nervea filamenta nervos opticos conftituentia peculiarem tremorem inducit, qui cerebro propagatus, & ejufdem fibras certa quadam ratione concutiens efficit, ut percipiendi facultas formam eamdem, & imaginem exprimat, & intueatur. Quæ quoniam propter fympathiam quamdam, confenfumque naturæ, ob quam deformitates ipfæ, & corporis vitia in deliciis funt, grata, & jucunda eft, intueri eamdem præfente archetypo amat, eo autem abfente fibi repræfentare, & contemplari. Quod tunc contingit, cum nerveæ Cerebri fibrillæ in tremorem aguntur illi perfimilem, in quem eodem præfente archetypo agebantur. Illud enim a Sapientiffimo Conditore fancitum eft, ut non folum occafione exteriorum motionum ab exterioribus objectis inductarum incitari poffint motiones peculiares in Cerebro, earumque comites ideæ, fed etiam ab aliis caufis in corpore noftro latentibus, modo nervos, ac cerebrum eodem modo afficiant, quo ab exterioribus objectis afficerentur. Immo idea fine exterioris objecti præfentia ita vivida quandoque eft, & conjuncta fimul cum memoria fimilis ideæ occafione alicujus exterioris objecti alias excitatæ, ut ad credendum vehementer adducamur caufam hujufce ideæ a caufa in corpore noftro latente extra nos fitam effe. Ex repetita contemplatione nerveæ cerebri fibrillæ eam inflexionem fufcipiunt, per quam idea diftincta, clara, vivida ejufdem imaginis diu menti præfens obverfatur. Hanc fequitur opinio fummi, ac fibi convenientiffimi boni, hinc defiderium unionis, feu poffeffionis rei amatæ, hinc amor. Quam apte cadit in hunc locum, quod cecinit Ovidius! *Oculi funt in amore duces*. Cui affentiri præclare vifus eft Cl. Bembus (nelle ftanze) inquiens:

Chi non fa come amor foglia predarne,
O pur di non amar feco propofe
Fermi ne' bei voftr' occhi un folo fguardo,
E fugga poi fe può veloce, o tardo.

Ex quibus liquet formam, & imaginem maris, aut fœminæ ope reflexi, refractique luminis principem in amore obtinere locum. Qui quoniam fæpe fæpius adeo vehemens eft, ut homines qui eodem capti funt, nil nifi de re amata cogitare poffint, atque ab eadem removeri nulla ratione queant (quod tunc contingit, cum nerveæ Cerebri fibrillæ ea ratione inflexæ, qua idea clara, & diftincta rei amatæ animæ obverfatur, facultatem fefe reftituendi, aliofque tremores fufcipiendi amiferint) Melancholicum delirium exoritur. Id quod manifeftum reddunt mœrores, triftitiæ, lacrymationes, fufpiria, taciturnitas, furor, defperatio, modo vero lætitiæ, rifus fpecies, aliaque ejufmodi, quæ paffim in iis, qui amore tenentur obfervari folent, prout modo timent, modo fperant de re amata, aut aliquid imaginantur, tamquam certum mutuæ benevolentiæ argumentum. Harum rerum hiftoriæ legi poffunt apud Foreftum lib. 10. obf. 20. & 30. Bartholinum cent. 2. hift. 69. Valeriolam lib. 2. obf. 7. aliofque. Quamquam lætitiæ, rifus fpecies raro menti obverfari poffunt, cum eam dire exerceat Zelotypia, de qua egregie Torquatus Taffus (Gerufal. lib.)

Oh di tema, oh d' amor figlia crudele!

Et Terminius (nelle rime fciolte)

In dubbio del mio ftato or ardo, or tremo
Tra fiamme, e geli.

Triftes affectiones, quæ ab hoc fonte proficifcuntur egregie defcripfere poetæ clariffimi. Defperationem quidem Cl. Preti (nelle rime)

Prendo

Prendo a ſolcar un Pelago crudele,
E ſenz' aura di ſpeme apro le vele.
Ch' omai tant' oltre il mio deſir m' ha ſpinto
Per queſto Mar d' amor vaſto, e fallace,
Che più non credo di veder la riva.
Ma poichè d' ogni ſpeme amor mi priva,
Deh il viver mio ſia con la ſpeme eſtinto.

Delirium, furoremque Virgilius de Didone loquens:

Uritur infelix Dido, totaque vagatur
Urbe furens

Quid non tulit in hanc ſententiam Cl. Paluzzius? (nelle rime)

Onde il mio Cuor con tal nemiche tempre
Forma del proprio nido un vero inferno,
Ove convien, che egli arda, e pianga ſempre.

Quid non Marinus? (Nella lira p. 2.)

Un inferno ſon io
Ricetto ſol delle tue furie amore.
Non ha ſtrazio, o tormento
Ombra la giù nelle tartaree arene
Eguale a quelle pene,
Ch' io nell' anima ſento
Grave duol, grave ardore,
E con tenebre eterne eterno orrore.

Quid non tandem Plautus ſub perſona Aceſimarchi Adoleſcentis?

Jactor, crucior, agitor, ſtimulor, verſor in amoris rota miſer,
Exanimor, feror, differor, diſtrahor, deripior; ita nullam mentem
Animi habeo, ubi ſum, ibi non ſum, ibi eſt animus.
Ita mihi omnia ingenia ſunt. Quod lubet non lubet, jam id continuo.
Ita me amor lapſum animi ludificat, fugat, agit, appetit,
Raptat, retinet, jactat, largitur: quod dat non dat, eludit:
Modo quod ſuaſit, diſſuaſit: quod diſſuaſit id oſtentat &c.

Quid plura? Scire ſufficiat amorem homines aggredi

Con arco in mano, e con ſaette a fianchi

ut perbelle Petrarcha.

Vix autem animus hiſce affectionibus vexari diutius poteſt, quin magna fiat ſpirituoſarum partium jactura, ſolidarum partium tonus pervertatur, excretiones omnes, ſecretioneſque humorum perturbentur, in ſanguine inquinamenta, recrementaque congerantur; ac demum Melancholia a totius vitio, ut de immodicis ſtudiis cæteriſque animi curis dictum eſt, aliique graviſſimi morbi ſubſequantur. Cujuſce rei locupletiſſimos teſtes habemus D. Gregorium lib. 4. Moral. cap. 20. & lib. 3. Dialog. c. 24. Valerium Maximum lib. 5. cap. 7. & Plutarchum in Demetr.

VI. *Si quis in firma, & conſtanti in aliqua re fixatione detineatur, quam &c.*] Illud maxime proprium eſſe deliriis omnibus Melancholicis, ut animus in aliqua certa, & conſtanti cogitatione ſit defixus, ſupra oſtendimus. Hinc eſt cur Melancholici certo modo ratiocinentur, certa judicia ferant, his, aut illis affectionibus moveantur, & certa quædam loquantur, & agant. Quod monere volui, ut adoleſcentibus perſpicuum fieret, cur certa quædam Symptomata, quæ inter ſe non cohærent, in Melancholia obſerventur. Juxta enim rei ſpeciem, quæ menti aſſidue obverſatur, Melancholici modo rem unam aſpiciunt, modo aliam, nunc ad ſecuritatem fugiunt, nunc ad mæ-

ſtitiam

ftitiam lugent, nunc ob ridiculam imaginationem rident, modo ad levandum animum cantant, modo ob fixam cogitationem perpetuo filentio detinentur &c.

VII. *Noctu vagetur per fepulchreta, per folitudines &c. luporum, & canum more ululet &c.*] Pro fymptomatum diverfitate, quæ Melancholiam folent comitari, diverfis nominibus folet ea a Medicis infigniri. Eft quædam fpecies Melancholiæ, in qua homines nequeunt ne per horam quidem quiefcere, fed huc illuc, noctu præfertim, vagari coguntur per fepulchreta, per folitudines &c. Ob id potiffimum errabunda latinis, Arabibus Kutubuth audit, quo nomine ipfis eft Animal, quod per fuperficiem aquarum ftagnantium huc illuc continue curfitat. Eft alia etiam in qua homines in Canes, & Lupos fe converfos putant, illorumque mores induunt, efficiuntque ea omnia, quæ Luporum, & Canum naturam referunt. Quotiefcumque in Lupos fe converfos putant Melancholici, Lycantropia laborare dicuntur, a verbo græco ΛΥΚΟΣ Lupus, & Τροπὴ converfio, quam Melancholiæ fpeciem defcriptam legimus apud Oribafium. Iftorum autem Melancholicorum eft foras noctu vagari, lupos quodammodo æmulari, circa defunctorum monumenta ad inftar Dæmoniaci Evangelici plerunque verfari (V. Freind Hift. Medic. p. 18.) Cynantropia audit e contra, cum Melancholici canum mores induunt a verbo græco κυνὸς Canis, & pariter Τροπὴ converfio. Illam per folam opinionem firmam, qua exiftimant homines factos effe Lupos, hanc etiam per morfum Canis rabidi fieri paffim tradunt Scriptores. Plerique tamen opinionem, qua fe factos effe canes putant reijciunt. De horrendo hoc morbo cap. fequent. dicemus.

Primus quafi ad Maniam gradus eft Melancholia.] Melancholiam a Mania gradu differre docuere Veteres Medici. Sic Trallianus lib. 1. cap. 16. nihil aliud effe, quam Melancholiam ad majorem gradum redactam tradidit, unde ex uno in alterum facillimus tranfitus. Aretæus ipfe, qui accuratiffime horum morborum hiftoriam defcripfit de cauf. & not. diut. affect. lib. 1. cap. 5. p. 55. Melancholiam Maniæ initium, & originem effe oftendit. Et fane cum temporis progreffu, ætatis mutatione, erratis in fex rebus non naturalibus non paucæ accedant in univerfo corpore mutationes, nil mirum, fi fpiritus animales, qui certas, eafdemque femper vias remetientes, fibrafque Cerebri in certa quadam inflexione detinentes Melancholicum delirium excitabant, mox cæco impetu hac illac ruentes varie, & inordinate Cerebri filamenta nervea concutientes Maniacum, & cum furore conjunctum excitent.

VIII. *Hinc curatio &c.* (V. Cap. 5. aph. 10. 11. 12. 13. 14. 15. &c.)

IX. *Aquæ acidulæ, nifi morbus a depravato vifcerum imi ventris munere nafcatur &c.*] Utrum aquæ acidulæ in capitis affectionibus conveniant quæftio eft. Alii quidem earumdem ufum miris laudibus extollunt, ceu illud remedii genus, quod fales acidos, & fixos terfam, perfpicuamque cerebri fubftantiam obnubilantes corrigere, & per infignes excretionum vias educere foras valent, vifcerum tonum roborare, ut fuis apte muneribus fungi queant. Alii e contra earumdem ufum fummopere damnant, certis obfervationibus edocti triftiffimos eventus poft affumptas acidulas fubfequutos fuiffe. Ne fingulis quæftionibus diutius, quam par eft, immoremur, illud fedulo perquirendum eft, an capitis affectiones a depravato vifcerum imi ventris munere, atque pravis fuccis inde jugiter emanantibus ortum traducant, vel a perverfa folidarum Cerebri partium ftructura, aut alio fimili vitio. Si primum, tantum abeft, ut locum non habeant acidulæ, ut nullum efficacius, aut pro ægrorum opportunitate valentius excogitari poffit medicamen. Sin alterum, nullum levamen, certum noxæ periculum fperandum. (V. Jo. Gratian. differtat. de font. Recobar.)

X.

X. *Nunquam solus relinquendus æger, conandumque &c.*] Si ullo in morbo locum habet optimum illud remedium, quod ab Epicuro propositum est, & cujus mentionem facit Marcus Tullius Tuscul. disput. *Avocatio scilicet a cogitanda molestia, & revocatio ad contemplandas voluptates*, in Melancholia quidem maxime obtinet. Cum enim animæ potestas magna sit in nervos, ac spiritus, aut saltem magna sit inter illius affectiones, & istorum motus consensio, patet magnam vim habere posse animum ipsum, quatenus a fixa illa opinione, cui inhæret, avocatur ad corporis statum mutandum. Notum est Veteres philosophiam, quæ, si Tullio credimus, vera animi cultura, & medela est, non solum ad corrigenda animi vitia, sed etiam ad morbos humanum corpus exercentes, ceu medicinam tollendos commendasse. Hinc *Philosophia Medicinæ soror* a Tertulliano nuncupatur. Ac Tyrius Maximus Platonicus eum medicum magni faciebat, qui non tantum morbos corporis herbis debellare valet, sed etiam, qui per philosophiæ præcepta cupiditates animi, quæ a Stoicis pathemata dicuntur, curare didicit. Ea fuit in Æsculapio artis præstantia, referente Pindaro, ut quotquot ad ipsum accesserint ægri omnes in pristinum suæ valetudinis statum restituti dimitterentur, alii quidem medicamentis per os assumptis, alii extrinsecus admotis, alii carminibus, & dictis. Unde illud Flacci.

Sunt verba, & voces, quibus hunc lenire dolorem
Possis, & magnam morbi deponere partem.

Recte quidem hæc omnia. Sed Melancholicum a cogitanda molestia avocare, & ad contemplandas voluptates revocare velle per philosophiæ præcepta, per moralia præsidia, idem est, ac Æthiopem lavare. De his illi ne somniant quidem. Quid ergo præstandum? Narratum mihi fuit a Viro fide dignissimo Newthonum in delirium melancholicum incidisse, qui quoniam in tradendis physices præceptis, editisque ingenii, & doctrinæ monumentis clarebat, quam qui maxime, omnium fere urbanorum, ac litteratorum hominum benevolentiam sibi comparaverat. Ægre propterea ferebant præ morbi vi eum docentem audire, & consuetudine ejusdem suavissima frui non posse. Quare societas quædam instituta fuit facetorum hominum ea lege, ut nunquam deesset, qui certis, statisque diei horis eumdem inviseret, ac præsens præsentem de variis rebus maxime risum moventibus alloqueretur, ut animus tandem a firma illa, ac vehementi cogitatione, in qua defixus erat, avocaretur. Mirum dictu hoc callido artificio in pristinum suæ valetudinis statuum restitutum fuisse. Ex quo apparet, nisi alia ratione subtrahere possimus ea, quæ animum dire exercent, quæque vires medicamentorum eludunt, stratagemate ægrum decipiendum esse aliquo.

XI. *Ubi ex pulsu obscuro, contracto, & inconstanti ad præsentiam, aut nomen amasiæ celeri &c.*] Melancholiam a vitiata sanguinis crasi, solidarumque partium vitiis oriundam ab illa Melancholiæ specie, quæ ab animi affectibus proficiscitur, ex pulsu satis distingui docet Lindanus referente Etmullero. Quotiescumque enim obscurus, contractus, inconstans fuerit, aliasque recensitas conditiones habuerit, certum animi affectionum capi posse argumentum testatus est. Et sane maximam esse vim animo ad spirituum, nervorumque motum, omnesque abhinc prodeuntes humani corporis functiones, præsertim vero placidum, & æquabilem sanguinis cursum immutandum manifesta res est. Cum vero pulsus nihil aliud sit, quam sanguinis a corde trajectio in arterias, atque ejusdem diffusio per universum corpus, nil mirum si laxato parumper animo, vel affectibus vehementioribus percito pulsus mutationes insignes contingant. Ita Erasistratum Medicum Antiochi summa tabe confecti ob amorem Stratonicæ novercæ, quem verecundia tegebat, admota ad carpum manu, atque in faciem

ciem oculis conjectis cognoviffe, & qua medicina fanandus effet Seleuco Patri demonftraffe teftis eft Valerius Maximus, & Plutarchus loc. cit. Cum enim Antiochum vifitaret, & fumma diligentia, ac fedulitate morbi fymptomata perquireret, obfervare ei contigit, tunc cum Stratonice noverca eumdem in lecto jacentem inviferet, pulfum, faciei colorem, & vocem mutari; ea autem exeunte e cubili, in priftinum ftatum fenfim reftitui. Quibus factum eft, ut hærere ei diutius non liceret. Narrat Tulpius lib. 1. cap. 22. juvenem quemdam Britanicum ob inopinatam Sponfæ Mulieris, quam deperibat, privationem Catalepticum factum fuiffe; quoties vero affeverabatur illam confequuturam, obfervabat revivifcere, alias vehementius perturbari. Illud tamen hoc loco animadvertendum eft, perperam dictum, Catalepticum ægrum fuiffe: in Catalepfi enim mens una cum fenfibus confopita eft, ut ait præclare Fernelius, & fibræ Cerebri nullum habent motum, nulliufque capaces funt. In cafu autem propofito cum juvenis fentiebat illam confequuturum, neque mens, neque fenfus erant confopiti; propterea non Catalepfi, fed graviffima Melancholia ex amore, ob vehementiffimam imaginationem, laboraffe cenfendum eft, unde nomen Mulieris percipiens modo revivifcebat, modo perturbabatur juxta rei fpeciem, quæ menti obverfabatur. Simile quid puellæ cuidam accidiffe refert Rondeletius, cujus hiftoriam cum eodem recidat brevitatis gratia prætermitto.

Conjunctio procuranda, fæpiffime tamen difficillima eft &c.] Conjunctionem maris cum fœmina, aut fœminæ cum mare, quem deperit, optimum effe remedium liquido conftat ex Seleuci hiftoria, qui cum callido artificio Erafiftrati chariffimam conjugem Stratonicem filio Antiocho ceffiffet, eum a morbo, quo dire exercebatur, liberavit. Simile quid narrat Aretæus de cauf. & not. diuturnarum affectionum lib. 1. c.5. de quodam viro, qui infano amore correptus, Medicis nihil proficientibus, ubi puellæ amatæ fe conjunxit, feliciffime fanitati reftitutus eft. Hippocrates ipfe virgines ex infano amore infanientes quam citiffime viris cohabitare jubet; *Si enim*, inquit, *conceperint*, fanæ fiunt. Hanc tamen medicinam fæpiffime difficillimam effe, interdum impoffibilem, quandoque morbo deteriorem adeo manifefta res eft, ut manifeftior fit nulla.

XII. *Novus quæfitus amor difcriminis plenus.*] Non defunt, qui ut animus a fixa illa opinione fummi, ac convenientiffimi boni, cui affidue inhæret, avertatur, novum quærendum amorem fuadent, quo prior, quique hominem dire exercet, deleatur: unde illud

Scaccierà nuovo amor vecchio defio.

Verum enimvero illud maxime verendum eft, ne quem profligare volunt morbum, eidem denuo occafionem præbeant.

XIII. *Peregrinatio minus tuta; noftalgiam enim &c.*] Peregrinationem magnam vim habere adverfus infanum amorem docuere poetæ clariffimi: inter hos Ovidius:

Tu tamen & quamvis firmis retinebere vinclis,
I procul, & longas carpere perge vias.

Guerinus ipfe (Paftor fido)

Deh non fi vince amor fe non fuggendo.

Et alibi:

La lontananza ogni gran piaga falda.

Novitate nimirum rerum, quæ peregrinatione fpectantur, fenfus valde percelluntur, atque fpiritibus animalibus alio avocatis firma, & conftans inflexio fibrarum Cerebri, atque amoris impreffio deletur. Mirum autem mutata aeris preffione, & temperie fic perfæpe perturbari fibrarum corporis, indeque fluidorum motus, ut longe a patria profecti redeundi in patriam defiderio fere incre-

dibili teneantur, ac nisi facultas detur, mærore primum capiantur summo, & perpetuo, ad hunc accedant somni interrupti, vigiliæ, virium prostratio, inappentia, nausea, mox febres, quibus facile contabescant. Nostalgia fere audit iste morbus, qui Helvetiorum maxime proprius est. Ac de eo quidem Jo. Jacob. Scheuchzerus libellum latino sermone ad Academiam Bononiensem scripsit, qui extat in Com. ejusdem Acad. Opusc. p. 307. Quo loco fateor me justis laudibus æquare non valere, quæ de causa hujusce morbi tradidit præclarus Vir, cum eamdem ad mutatam aeris pressionem, & temperiem, qua fit, ut perturbetur fibrarum corporis, indeque fluidorum motus, unde animi, ac corporis ægritudo, referat. Quid tamen ni liceat conjectare in iis, qui Melancholia ex amore premuntur, firmam illam, & constantem inflexionem fibrarum Cerebri, propter quam clara, & vivida amantis idea perpetuo præsens obversatur, & deliciæ ipsæ, rerumque spectabilium novitates odio sunt, potissimam partem agere, sequi exinde oportere animi ægritudines, & corporis gravissimas?

XIV. *Afflictio corporis ob illata verbera, carcerem &c.*] Ut fibræ Cerebri a fixa, constanti illa inflexione dimoveantur, propter quam animus in una, eademque perpetuo cogitatione defixus est, facit potissimum afflictio corporis. Aliunde enim avocatis spiritibus, vel proxima eorumdem materia dissipata, fieri minus vix potest, quin fibræ debito eorumdem influxu destitutæ flaccescant, atque hinc amoris impressio deleatur, aut plurimum saltem languescat. Sæpe tamen morbum mentis pathematibus fotum, novis mentis perturbationibus ob illata verbera, carcerem &c. & quod magis est summi boni falso habiti privationem in immensum excrescere posse, atque propterea desperatos homines vitam sibimet eripere perspicuum est.

XV. *Camphorata medicamenta nullius plane virtutis.*] Nonnulli internum camphoræ usum reformidarunt, eo quod venerem sopire vel solo odore, & libidinem compescere reputatur. Ita Veteres multi Dioscorides, Plinius, Paulus Ægineta, & schola Salernitana; unde illud:

Camphora per nares castrat odore mares.

Quo plerique ad vehementer credendum adducti sunt posse camphoram insano amore laborantibus opitulari, quatenus scilicet languescente Veneris æstro desiderium nimis vehemens unionis facile desinere, aut plurimum saltem imminui potest. Verum id experientiæ minime est consentaneum.

Observatum quippe est eos, qui apud Japonenses camphoram quotidie pertractant, aut qui apud Batavos in camphoræ purificatione se exercent, non idcirco tamen ad venerea exercitia ineptos reddi, sed felici prole beari. Ita Takenius testatur Venetiis pharmacopæum sublimasse camphoram, ipsius tamen uxorem præter morem crebrius peperisse; ut mittam alios, qui camphora usi sunt contra libidinis incendia, multo majori veneris æstro percitos fuisse. Quo loco notatu digna sunt, quæ Cl. Paulli in obs. 235. M. N. C. D. I. An. 6. & -. in hanc sententiam tulit: *Est in vicinia juvenis vegetus, & sanus, cui meo jussu in omni fere cibo, ac potu camphora per aliquot septimanas a matre data fuit, ipse tamen minime recessit ab indole sua puellarum amantissima.*

XVI. *Præcaveri quidem potest insanus amor, curari autem non potest.*] Insanum amorem multo facilius præcaveri, quam curari notavit egregie Lucretius lib. 4. vers. 1137. ubi ait.

------------ Melius vigilare sit ante,
Qua docui ratione, cavereque, ne inlaqueeris.
Nam vitare, plagas in amoris ne laciamur
Non ita difficile est quam captum retibus ipsis
Exire, & validos Veneris perrumpere nodos.

Amo-

Amorem incurabilem esse Ovidius ipse testatus est:

Heu mihi, quod nullis amor est medicabilis herbis!

Et Torquatus Tassus:

Ahi quanto è crudo, e nel ferire a piaga
Ch' ei faccia erba non giova, od arte Maga!

XVII. *Præstat ergo mares præsertim a fœminarum, quæ excellenti pulchritudine sunt &c.*] Philtra nulla dari, quæ mutuum inter marem, & fœminam amorem conciliare valeant ostensum a nobis est cap. 4. Com. in aph. 4. Quod autem philtris vulgo tribuitur, id nos mutuæ maris, & fœminæ familiaritati, & consuetudini, colloquiis amatoriis, lenociniis potiori jure tribuendum esse censemus. Consuetudinem nempe, ac familiaritatem amplexus, atque oscula facile sequuntur, *quæ cum Venus quinta parte sui nectaris imbuat*, (V. Horat. lib. 1. od. 13.) animum ad desiderium veræ unionis, ac summi boni possessionem anxie quærendam alliciunt. Ita Myrtillus (de quo egregie Cl. Guerinus nel Pastor fido at. 2. scen. 1.)

Così potessi io dirti, Ergasto mio,
L' ineffabil dolcezza,
Ch' io sentii nel baciarla (a)
Ma tu da questo prendine argomento,
Che non lo può ridir la bocca istessa,
Che l' ha provata: accogli pur insieme
Quant' anno in se di dolce
O le canne di Cipro, o i favi d' Hibla:
Tutt' è nulla rispetto
Alla soavità ch' indi gustai.

Quid si excellenti pulchritudine, & forma præstent mulieres? Intuenti nimirum hæc adeo grata, & jucunda est, ut in eodem statim excitetur fortis imaginatio, hinc opinio summi, ac convenientissimi boni, ac desiderium possessionis. Apte cadit in hunc locum, quod cecinit Cl. Bernardus Rotta:

Strali son gli occhi, e lacci i bei crin d' oro,
Carcer di perle, e di rubin la bocca
Onde impiaghi, onde leghi, onde imprigioni.

Mitto quod in eamdem rem tulit egregie Marinus:

Amor dal bel sol nasce,
E sol de bel si pasce.
Nè altro è amor, che di beltà desio.
Figlio di tua bellezza è l' amor mio.
Da te dunque deriva
Quest' amor, questa fè salda, e costante:
Mentre tu sarai bella, io sarò amante.

Jam res luce clarior est. Ecquis nesciat mulieres, si non natura excellenti pulchritudine præstent, eamdem sibi arte cunctis viribus, & toto pectore comparare, adhibentes, ut cecinit Poeta,

Ben sagaci maestre, e gomme, & aque?

Hinc jure exclamasse fertur Olympia Philippi Macedonum Regis uxor in puellam formæ elegantia, & morum suavitate excellentem, quam perdite is deperibat, & ut vago rumore circumferebatur, ex philtro: *Valeant calumniæ, tu in te, puella, philtra habes*. Quam facile incauti juvenes colloquiis amatoriis illaqueentur, non est cur ostendere nitar, cum experimentis fortasse a se quisque factis, etiam me tacente facile compertum habuerit. Diogenes Laertius lib. 6. isti-

(a) *Amarilli*.

iſtiuſmodi colloquia apte vocat dulces mellis laqueos, quibus leni violentia af- f ectus devinciuntur, atque allectantur. Hinc egregie Torquatus Taſſus:

Eſce da vaghe labbra aurea catena,
Che l' alme a ſuo voler prende, ed affrena.

Atque ipſe Petrarcha nulla re magis in Lauræ, quam vehementiſſime deperibat, amorem protractum fuiſſe fatetur, quam ejuſdem voce, ut ait ipſe,

Chiara, ſoave, angelica, divina,

a qua ſubdit,

Sento far del mio cuor dolce rapina.

Verum inter ea quæ mutuum inter marem, & fœminam amorem conciliare habent, principem obtinent locum ſplendida, ac generoſa munera. Ita Ovidius:

Ipſe licet venias Muſis comitatus, Homere,
Si nihil attuleris, ibis, Homere, foras

Quibus ſubdit Catullus:

---------- *Auro conciliatur amor.*

Quod quidem Marinus experientia confirmat ubi ait:

Fu già da un pomo d' oro
Benchè pudica, e Santa
Conquiſtata Atalanta.

Quæ omnia quamvis de univerſis, & ſingulis affirmari queant, de fœminis autem potiori jure affirmari poſſe facit potiſſimum ea ratio, quod nulla re magis in alterius amorem protrahi ſolent, quam largis, ſplendidiſque muneribus, ac donis, ut præ cæteris teſtatus eſt Cl. C. Bonifacius (am. venal.) Dignum etiam eſt animadverſione, quod de ſe ipſa loquens fœmina cecinit:

Avide per natura
Noi ſiamo, e per natura all' or ſogette.

Quibus apparet non immerito ab Arioſto poeta clariſſimo ſpecioſis nominibus appellatas fuiſſe fœminas:

Importune, ſuperbe, e diſpettoſe,
Prive d' amor, di fede, e di conſiglio,
Temerarie, crudeli, inique, ingrate,
Per peſtilenza eterna al Mondo nate.

Quæ cum ita ſint, liquido conſtare arbitror, nihil eſſe opportunius ad deterrimum huncce morbum præcavendum, quam a conſuetudine, & familiaritate, colloquiis amatoriis, aliiſque artificiis abſtinere, multo magis ab otio, & ſenſuum illecebris, docente in hanc rem perbelle Ovidio:

Otia ſi tollas, periere Cupidinis arcus,
Contemptæque jacent, & ſine luce faces.

Quæ res cum ad animi tranquillitatem, ad ingenuarum artium ſtudia, morum candorem, ac veræ virtutis, pietatiſque cultum apprime faciat, in eam ſpem facile adducor, ut credam futurum fore, ut ſtudioſi Adoleſcentes, poſito tantiſper ſupercilio, quæ de inſano amore ſerio, & accurate pro ingenii modulo ſcribebam, æqui, bonique conſulant.

CAPUT VII.

De Hydrophobia .

I. SI Canis morbofa rabie correptus hominem mordeat , liquidorum omnium , & aquæ potiffimum abominationem parit .

II. Rarum eft fola Animalis rabidi ofculatione , fpumæ , carnis conta-ctu , aut efu , infecto odore attracto , aut alterius Animalis morfu homines hoc morbo infeftari .

III. Mirum non ftatim poft morfum , aut contactum in hydrophobiam hominem incidere , fed plerunque intra quadraginta dies , fæpe intra annos plures .

IV. Venenum acerrimum eft , nervos convellens, exficcans, arefaciens, fanguinem fundens , ac colliquans , falivæ maxime infeftum , partes ejufdem fecretioni dicatas inflammans , & ad gangrænam difponens.

V. Canes dum rabie corripiuntur cibum omnem , & potum averfantur, vifcidam falivam , eamque multam ex ore , & naribus mittunt , oculos habent rubentes , igneos, torvos , demiffa cauda , & fub ventre reflexa , erectis pilis , hiante ore , emiffa lingua rubri , crocei , aut nigri coloris , ftrigati per vias velocius currunt , atque in obvios quofque impetunt notos pariter , & ignotos , eofque fine latratu , aut voce ipfis rauca mordent . Integri Canes eorum confpectum, & latratum exhorrefcunt, & fugiunt .

VI. Qui vulnus explorant per topica quædam eidem appofita , ut certiores fiant , an a cane rabido inflictum fit , quam facile induci poffunt in fraudem!

VII. Si in vulnere vel confolidato vellicationis cujufdam , rofionis , ac doloris fenfum æger percipiat , qui caput verfus tendat , & inde vertigo excitetur , vigiliis , fomniis turbulentis, anxietate quadam , & iracundia, vel timore præter rationem , ventriculi gravitate , & vellicatione , fenfu quodam velut aeris inclementioris , infolita a cibo , potuque abftinentia afficiatur , judica talem ab Animali rabido demorfum fuiffe.

VIII. Quod fi ingenti circa præcordia anguftia , anxietate , fufpiriis , membrorum diftentione pandiculationi fimili, fed non affidua , tremoribus corporis totius , vomitu , fingultu , ifchuria , fæcum retentione corripiatur , in obvios quofque impetat , dentibus apprehendat cum cognitione , & confcientia , vel cæcus , & furens , cum febri , pulfu celeri , frequenti , irregulari , interdum duriufculo , præ cæteris vero aquæ , & liquidorum omnium averfatione , ut neque illorum adfpectum , aut recordationem , aut rerum pellucidarum , vel inftar fpeculi reflectentium ferre poffit , cum interim folidos cibos fatis commode deglutiat, hydrophobia correptum effe certo certius habendum .

IX.

IX. Hydrophobiam poſt morſum Animalis rabidi ſupervenire ſemper ſuſpicandum. Ubi autem invadat, conclamatum eſt de ægri ſalute.

X. Vulnus ergo ſtatim, vel ſi conſolidatum fuerit denuo aperiendum lata ſcharificatione, niſi ob metum hæmorrhagiæ, aut convulſionis videatur aliter prudenti Medico.

XI. Cucurbitula fortiter attrahens applicanda.

XII. Pars ferro ignito inurenda, fotu, frictione, ex muria ſalis, & aceto aſſidue tractanda.

XIII. Eidem pariter pili, aut caro, aut alia quævis ejus animalis pars, quod vulnus inflixit, amovenda.

XIV. Atque hæc quidem omnia primis a morſu diebus conferre viſa ſunt. Si progreſſu adhibeantur, oleum, & operam perdimus.

XV. Æger igitur ſtatim etiam per vim, & metum in balneo demittatur, ibique per horam integram detineatur, dein in lectulum, quo levis abſtergatur ſudor, transferatur, aquam calidam copioſe bibat, ſerum lactis, juſcula tenuiſſima, pulmentis utatur avenaceis, hordeaceis, addendo primo, aut alteri cochleari ciner. cancror. fluviatil. ſarmentor. vit. alb. a ʒ i. Nuces juglandes comedantur.

XVI. Tandem ad lactis uſum deveniendum.

XVII. An ſpecificum aqua, & lacte præſtantius, aut pro ægrorum opportunitate valentius?

XVIII. Periculo certe non vacat famoſum illud e pipere, & cantharidibus, præſertim ſi aduſtis exhibeatur, & fervidiori temperamento præditis.

XIX. Jam ubi hydrophobia invaſerit, nihil ſaltem inter initia efficacius ol. amygdalar. dulc. ſemin. lin. aut ol. roſat. ad ℥ v. circiter propinato, quo remedii genere ſi ad bibendum diſponatur æger, aqua copia magna exhibenda.

XX. Ubi de ægrorum ſalute conclamatum jam ſit, nihil experiundum reſtat præter liberalem, ac repetitam venæ ſectionem, ſi temperamentum, vires, ægrotantis conſtitutio permittant, præter immerſiones per vim, & metum in aqua, & perfuſiones per univerſum corpus tandiu celebrandas, quandiu aquam vix paveant ægri.

CAPUT VII.

De Hydrophobia.

I. SI *Canis morboſa rabie correptus hominem mordeat, liquidorum omnium &c.*] Quandoquidem morſus Animalium rabidorum deliria plerunque excitant, pauca hic de rabie canina, atque abhinc prodeuntibus horrendis ſymptomatibus erant proponenda. Multa ergo ſunt Animalia, quæ ira tantum percita, nonnulla, quæ naturali rabie, alia tandem, quæ rabie morboſa affecta mordent, mordendo autem ſalivam ex ore emittunt, quæ vulneri inflicta veneni vim habet. Morboſa rabie affici feles, lupos, ſues, vulpes, equos, aſinos, gallos gallina-

gallinaceos, fimias, & alia Animalia contra Galenum lib. 2. cap. 5. & 6. de inter. cap. 4. qui ex Veterum rerum Scriptorum fide, & auctoritate ftatuit præter canes nulla Animalia agi in rabiem, cum Cælio Aureliano afferere non dubitamus, quamvis canes omnium frequentiffime rabidos fieri extra omnem dubitationis aleam pofitum fit. Canis porro mordendo liquidorum omnium, & aquæ potiffimum abominationem parit, qui morbus Græcis Hydrophobia, latinis aquæ horror audit. Alias hydrophobiæ denominationes Cælius Aurelianus præ aliis plures expofuit, quarum tamen quænam accipienda magis, ac commendanda fit, non facile judicaverim. An venenum intra homines generari poffit illi perfimile, quod ab Animalibus in rabiem actis extrinfecus communicatur, unde fine Animalium venenatorum morfu rabidi fiant, quæfiverunt Veterum multi; atque apud nonnullos invaluit fieri poffe, ut fine manifefta caufa venenum iftud corporibus innafcatur. Id potiffimum obfervationibus ducti conjectabant, atque hiftoriis eorum, qui citra canis, aut alterius Animalis rabidi morfum hydrophobia correpti funt, in qua ægri vel cujufcumque liquidi adfpectum horrebant. Verum contrarium fuftinent alii, vel fufpicionis nunquam deeffe locum jure exiftimant, qui vel vera hydrophobia non laboraffe ittiufmodi homines opinantur, fed potius mentis alienatione, ac delirio, quo liquida non folum bibere, fed ne afpicere quidem ob falfam quamdam, ac præpofteram anticipationem vellent, vel fi vera hydrophobia laborarunt, eam a veneno rabidi alicujus occultiffima ratione fanguini communicato obortam fuiffe. Quibus libentiffime ipfi nos affentimur.

II. *Rarum eft fola Animalis rabidi ofculatione, fpumæ, carnis contactu, &c.*] Cur autem affentiamur faciunt virorum in re medica præftantiffimorum obfervationes, venenum iftud in homines propagari fola Animalis rabidi ofculatione, fpumæ contactu, & fimili alia ratione fine ejufdem morfu, ac vulnere inflicto. Teftes hujufce rei locupletiffimos habemus Julium Palmarium lib. de morb. contag. qui memorabile exemplum refert de ruftico in rabiem acto, qui liberis fuis ofcula figens eofdem pari lue infeftos internecioni dedit; Cælium Aurelianum, qui fartricem quamdam in veftimentis a cane rabido dilaceratis reparandis occupatam, admoto propius ore filum præmordentem rabiem contraxiffe memorat; Fabricium Hildanum, cujus hiftoriam, cum eodem fere recidat, brevitatis gratia prætermitto. Celebres quoque hac de re proftant hiftoriæ actis philofophicis duorum hominum hoc malo affectorum folo falivæ tactu fine recepto vulnere; itemque duorum puerorum in Hibernia fola tractatione vulneris in capite canis ab altero rabiofo demorfi pariter infectorum. Quid quod laudatus Cælius Aurelianus virum hydrophobia fuiffe correptum abfque morfu canis rabidi, fed folo infecto odore teftatur? Sed animadverfione dignum non a folo cane, fed a cæteris quoque Animalibus rabidis venenum iftud in homines propagari, & quod credi vix poteft, per eorumdem lac, aut carnem ore manfam, & ingeftam. Ita Timæus a Guldenhlee lib. 7. de morb. venet. obf. 23. refert de vacca a cane rabido admorfa, cujus lac omnes, qui eo ufi fuerunt, in rabiem conjecit. Et Fernelius de abdit. morb. cauf. cap. 14. lupo rabiofo trucidato, & in varia obfonia a venatoribus parato, & cocto, omnes qui efitarunt paulo poft in rabiem incidiffe, teftatur. Quibus diligenter perpenfis non folum ad fufpicandum, fed ad vehementer credendum facile adducor hydrophobiam citra canis, aut alterius Animalis rabidi morfum enafci non poffe.

III. *Mirum non ftatim poft morfum, aut contactum in hydrophobiam &c.*] Et fane qui fibi libentiffime blandiri velit, vix poterit in oppofitam ire fententiam, fi illud etiam vel leviter mente volutaverit, venenum ab Animali rabido in homi-

homines propagatum diu in corpore latere, priusquam eo infecti appareant, ut non desint observationes Cl. virorum, Dioscoridis præsertim intra annos septem, & Lindani intra tredecim, quorumdam intra viginti vires suas exeruisse. In Hetruria abstinent demorsi a cane rabido per integrum annum a quorumdam lignorum, præsertim Corni contactu: siquidem si horum virgæ tantisper manibus teneantur, illico demorsos rabie exagitari narrat Matthiolus. Alii cavent diligentissime, ne sub umbra Sorbi dormiant; siquidem venenum, quod diu latuit, suscitari, & demorsos in hydrophobiam statim incidere passim tradunt rerum Scriptores. Verum fides sit penes eosdem. Illud autem extra omnem dubitationis aleam positum est, valde penetrans, & malignum esse istud seminium. Quid ergo ni liceat conjectare, salva diu illorum vita, qui aut per morsum, aut per contactum veneno infecti fuerunt, per semen genitale in natos illud propagasse, unde hydrophobia tandem in his excitata sit? Quæ quidem omnia protenso quasi digito commonstrant, vel falsa esse exempla hydrophobiæ citra canis, aut alterius Animalis rabidi morsum enatæ, vel nihil esse cur negentur.

IV. *Venenum acerrimum est, nervos convellens, exsiccans, arefaciens.*] Qua ratione venenum istud in canibus, & cæteris Animalibus generetur, arduum, atque insolens explicatu est. Cl. Listerus, qui elegantem tractatum de hoc affectu conscripsit, eo adductus est, ut crederet canes rabie corripi, quod cum omnium quadrupedum minime sudent etiam æstuantes, & ex diuturno cursu fatigati, sed lingua exerta salivam magno, & continuo anhelitu effundant, omnia sanguinis inquinamenta, recrementaque nullibi extra corporis confinia elabantur, quam per os, salivam majorem in modum infici contingit, ejus crasim vitiari, acrem ac virosam fieri, hinc rabiem exoriri. Verior ne, an subtilior sit ardui problematis solutio non facile dixerim. Quamvis enim demus canes omnium quadrupedum minime sudare, quis idem concedat de omnibus Animalibus, quæ in rabiem aguntur, quæ levi quacumque de causa uberrimo sudore perfunduntur? Quo loco iis fortasse reprehendemur, qui quamvis concedant licere multa in Auctoribus obijcere, refellere, multa mutare, quid tandem in re ardua ac perdifficili ipsi sentiant afferre æquum, ac consentaneum arbitrantur. Verum enimvero quid quod de industria facere id studuimus, veriti ne in abditissimis naturæ operibus illustrandis in eorum errorem incideremus, qui faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant? Neque fateri pudet sæpissime occurrere, quæ subtilitatem omnem artis superant. Cur vero in his perscrutandis operam perdam? Si quis est, qui tantam industriam polliceatur, ut qua ratione venenum istud in canibus, & cæteris animalibus, quæ & copiosissime sudant, nec æstuantia, & diuturno cursu fatigata linguam exerunt, nec salivam effundunt, generetur, explicare se posse confidat, hunc & laudamus, & exonerari laborum nostrorum partem fatemur, illud interea pollicentes in ejusdem opinionem, si quid probabilius occurrat, pedibus ituros. Nonne satis superque est veneni vires, actionesque homini infestissimas sedula ratione explorare, licet ejusdem intima natura, agendique modus adhuc lateat in obscuro? Quemadmodum expertissimo nautæ per vastissimum æquor tuto proras dirigenti satis est novisse Magneticæ acus constantem conversionem ad polum, licet ejus causas fortasse hactenus inexploratas non attigerit: & fabrili solertiæ in Horologii opificio abunde sufficit chalybeæ laminæ vim elasticam comperisse, ignoratis licet ejusdem elasticitatis causis, agendique rationibus (Vid. Maccop. pro Empyr. sect. adversus theor. medic.) Jam vero Academici Parisienses observationibus in cadaveribus hydrophobia defunctis institutis æsophagum, atque organa deglutitioni dicata utcunque inflammata invenerunt, in ventriculo mucum biliosum varium, vesi-

veficulam fellis atra bile plenam, pericardium ficcum, arterias plenas fanguine fluidiffimo, venas vero plane vacuas, fanguinem, quem paucis ante obitum horis extraxerunt, valde liquidum, & vix in frigidiffimo aere concrefcentem, omnes mufculos, vifcera, cerebrum, cerebellum, principium fpinalis medullæ ficciora, quam in aliis cadaveribus deprehenderunt. An garrire is videatur, qui his rite perpenfis haud dubie affirmet, venenum Animalis rabidi acerrimum effe, nervos convellens? Id quidem arteriæ plenæ fanguine, venæ vero vacuæ manifeftant. Convulfis enim nerveis fibrillis, quibus tunicæ arteriarum contextæ funt, earumdem diametros anguftiores fieri contingit, atque extrema capillamenta omnino coarctari: hinc cum fanguis ab extremis arteriis in venas tranfmitti nequeat, has vacuas omnino, illas vero fanguine plenas apparere neceffum eft. Huc accedit blandos, oleofos, ac gelatinofos fuccos, quibus folidæ partes roris ad inftar perpetuo humectantur, emolliunturque, abradi, liquidum omne abfumi, hinc folidas partes, mufculos videlicet, vifcera, cerebrum, & principium fpinalis medullæ ficca, atque arida deprehendi, pericardium omni liquido deftitutum.

Sanguinem fundens, ac colliquans.] Venenum Animalium rabidorum præter convellendi, exficcandique, fundendi etiam, colliquandique vim habere, evincit manifeftiffime emiffi cruoris obfervatio in hydrophobia interemptis, qui adeo liquidus eft, ut ne in frigidiffimo quidem aere concrefcat. Quamvis judicium de fanguine emiffo ab Helmontio, aliifque reprobetur, nihil eft tamen cur negetur, nonnullas faltem ipfius qualitates ex ipfius infpectione innotefcere poffe. Ita interdum fanguinem emiffum multas habere fibras, denfum effe, & citiffime concrefcere videmus. Quid eft cur aliquo principio coagulativo eumdem refertum non judicemus, unde morborum a coagulatione pendentium occafio fit? Contrarium evenire aliquando experimur. Emiffus enim fanguis & nullas fibras habet, & tenuis, & fluidus eft, ut ne in frigidiffimo quidem aere concrefcat. Si quis effectum huncce referat in principium aliquod in eodem contentum, quod ipfius fufionem, & diffolutionem pariat, an garrire, & fomnia narrare videatur? Cum hæc ad amuffim fit conftitutio fanguinis paucis ante obitum horis extracti iis, qui hydrophobia premebantur, quique in arterijs poft obitum deprehenfus fuit, liquet manifeftiffime venenum rabidi Animalis ad acre, fundens, & colliquans proxime referendum effe.

Salivæ maxime infeftum, partes ejufdem fecretioni dicatas inflammans &c.] Juftis laudibus æquare non valeo, quæ de faliva illorum, qui hydrophobia premuntur fufe tradidit Cl. Lifterus in ea unicum effe virus exiftimans. Cui quidem fententiæ plurimum favent obfervationes non tantum Cæl. Aureliani, Hildani, & quæ actis proftant philofophicis, quibus compertum eft folo falivæ tactu homines in hydrophobiam incidiffe, & analogia defumpta ex Animalium venenatorum morfu, viperæ fcilicet, aut dipfadis &c. quæ non alia ratione hominibus infefta funt, quam quod falivam venenatam vulneri dentibus inflicto infundunt, fed maxime obfervationes in cadaveribus inftitutæ, quibus deprehenfum eft partes deglutitioni dicatas utcumque effe inflammatas. Cum enim hæ partes falivam copiofe fecernant, ut mafticati in ore cibi, trituratique ejufdem permixtione fluxibilitatem, & lubricitatem nacti verfus fauces protrudantur, occlufaque laryngis rimula, & pharynge dilatata deorfum pellantur in æfophagum, indeque in ventriculum, proclive eft credere non alia de caufa prædictas partes inflammatas, & exefas poft obitum obfervari, quam ex eo quod venenata faliva infigni, qua pollet, acrimonia eafdem vellicat, pungit, convellit, vaforum fanguiferorum diametros anguftiores reddit, quam fanguini vehendo fufficiant, unde impedita ejufdem circulatione inflammatio exoritur. Salivam porro

cum dicimus, non fuccum illum tantum intelligimus, qui in glandulis oris, vel prope os fitis excernitur, fed illum etiam, qui ex æfophagi, ac totius ventriculi glandulis, & villis feparatur, qui fi vera faliva non eft, cum eadem maximam habet affinitatem. Huc fpectat fuccus ille a pancreate feparatus, cujus natura falivæ naturæ perfimilis eft. Quod monere volui, ne mirum cuipiam videretur, quomodo in ventriculo varii generis humores reperiantur. Cum enim fuccus pancreaticus virofus & ipfe fit, partes ejufdem fecretioni dicatas, vicinafque follicitat, hinc diverfi confiftentia, & colore humores in Duodenum, indeque in ventriculum regurgitant, unde ventriculus eifdem refertus apparet. Quid plura? fi fuccorum falivalium acrimonia ductus quoque choledochus convellatur, ut bilis in Duodenum tranfmitti nequeat, nil mirum, & veficulam fellis bile plenam inveniri, quæ diuturna in eadem mora varie fermentans atrum, aut fimilem colorem nancifcatur.

V. *Canes dum rabie corripiuntur, cibum omnem &c. in obvios quofque impetunt &c.*] Ubi innotefcat canem, quo aliquis demorfus fuerit, rabidum effe, vulnus inflictum peculiari methodo pertractandum effe perfpicuum eft; præterea cum fufpicioni nunquam defit locus, idem hydrophobiæ producendæ opportuniffimum exiftere, prudentis eft ea in ufum vocare, quibus truculentiffimus ifte morbus præcaveatur. Salubre propterea practicorum confilium figna tradere, quibus canis rabidus dignofcatur. Mirum autem Canes, quorum tam fervida cuftodia, & amans dominorum adulatio eft (Cicer. de nat. Deor) rabie preffos ita furere, ut eofdem quoque, ad quorum altiorem vocem auribus, caudaque demiffa, humo proftrati, reverentes accedebant, mordendo internecioni dent. Quam malignum, quam vehemens venenum!

VI. *Qui vulnus explorant per topica &c.*] Ut dignofcatur venenatum fit, nec ne vulnus a cane inflictum, funt qui nuces juglandes præmanfas parti affectæ aliquandiu applicari, ac poftea projici devorandas gallinis fuadent. Si ab earum ufu male fe habeant, aut moriantur, ad credendum vehementer adducuntur, canem fuiffe rabidum, fecus e contra, fi neutrum contigerit. Alii loco nucum juglandium triticum imponunt, aut fanguinem e vulnere educunt, eumque farinæ mifcent, ut offa conficiatur a gallina devoranda; quæ fi moriatur, canem rabidum fuiffe pronuntiant. Alii demum cum Rhaze, & Avicenna medullam panis vulneri affricant, ac cani devorandam exhibent. Si Canis neque olfacere, neque comedere eamdem velit, vel fi comederit, in rabiem agatur, vel moriatur, canem qui momordit morbofa rabie preffum momordiffe, pro certo habendum effe exiftimant. Verum ut ingenue dicam, quod fentio, caveant Adolefcentes, ne ejufcemodi explorationibus plus tribuant, quam par eft. Quidam a cane demorfus, cum in fufpicionem venerit rabidum illum fuiffe, confilium, & opem medicam expofcit. Accurrunt Medici, nuces juglandes, medullam panis, aliaque ejufcemodi ad experimentum adhibent, ac devoranda gallinis, canibufque integris exhibent: in perfectiffimo valetudinis ftatu conftituta hæc Animalia fervari deprehendunt. Abjecta omni prorfus fufpicione canem, qui momordit rabidum fuiffe, vulgari methodo vulnus confolidant. Mirum poft quadraginta circiter dies hydrophobiæ incipientis fignis apparentibus, mox jam factæ, in mortis difcrimine prope certiffimo verfari primum, tandem vita miferrime privari. Et fane cum venenum diu latere poffit in corpore, priufquam ullis fe prodat indiciis, proclive eft credere, vel faltem fufpicioni deeffe locus nunquam poteft, virus a nucibus juglandibus, tritico, medulla panis, aut fimili corpore ore Animalium exceptum ferius certis indiciis fe prodere, quam hydrophobiæ incipientis figna appareant in homine jam demorfo. Quibus fic conftitutis, licet colligere iftiufmodi explorationibus minime fidendum effe, quia

ad alia attendamus, quæ ſimul conjuncta clariorem, tutioremque diagnoſim ſtatuere valent.

VII. *Si in vulnere, vel conſolidato vellicationis cujuſdam, roſionis ſenſum æger percipiat, qui &c.*] Vel apertum, vel conſolidatum ſit vulnus, quotieſcumque ab Animali quopiam in rabiem acto inflictum fuerit, ſit aliquid in eodem oportet, quod nerveis fibrillis per vulneratam partem diſſeminatis infeſtum ſit, eaſdem acrimonia ſua vellicans, erodens, in inordinatos, atque inconcinnos tremores adigens, hinc roſionis, doloris, ac vellicationis ſenſus. Tremores iſti ſucceſſive propagati per nervorum ductum uſque ad Cerebrum, ejuſdem tenuiſſima filamenta varie, inordinateque concutiunt, hæc ſimiles motiones ad nervos opticos propagant, hinc ſenſus moleſtus in parte percipitur, qui caput verſus tendit, hinc imago rerum circumactarum animæ obverſatur, hinc vertigo. Veterum quidam fumis, & vaporibus venenatis ex vulnerata parte ad caput aſcendentibus, indeque Cerebrum, & nervos ad organa ſenſibus externis, motibuſque a voluntate pendentibus dicata caligine ſua obruentibus, tribuere effectum huncce. Fumi, aut auræ cujuſdam ad caput aſcendentis ſpecies iis imponebat. Ex varia, atque inordinata nervearum Cerebri fibrillarum concuſſione vigiliæ, ſomnia turbulenta enaſcuntur, iræ, timoris ſpecies excitantur.

Quoniam vero diu in corpore latere nequit venenum, quin ſaliva, quæ in hoc morbo potiſſimam partem agit, inficiatur, ac partes ejuſdem ſecretioni dicatæ phlogoſi primum, mox vera inflammatione corripiantur, ventriculi gravitas, & vellicatio, aliæque ejuſdem affectiones ſubſequuntur.

VIII. *Quod ſi ingenti circa præcordia anguſtia, anxietate, ſuſpiriis &c.*] Ex veneno pariter Animalis rabidi vires ſuas in nervos exerente, eos maxime, qui per ventriculum, ac partes ſalivalium humorum ſecretioni dicatas diſſeminantur, æſophagum ſcilicet, ventriculum, pancreas, & alia viſcera, repetenda illa circa præcordia anguſtia, anxietas, mox univerſo nervorum genere affecto, tremores totius corporis, vomitus, ſingultus, iſchuria, aliaque id genus ſymptomata, delirium maxime, unde æger obvios quoſque impetit, ac dentibus apprehendit.

Cum cognitione, & conſcientia, vel cæcus & furens, cum febri, pulſu celeri &c.] Si paucæ ſint nerveæ Cerebri fibrillæ, quæ convelluntur, ſeu varie inordinateque concutiuntur, ac prævalere iis minime poſſint, quæ placido, atque æquabili motu, quæ concinne moventur, anima agnoſcit, detegitque miſerrimum corporis, cui compenetrata eſt, ſtatum, impetus ejuſdem coercere conatur, unde (mirabile dictu) æger rogat, jubetque, ut ſibi vincula inijciantur, ne in amicos, & adſtantes irruat, monet eoſdem, ne ori manum admoveant, ne morſibus lanientur; neque enim continere ſe poſſe, quin mordeat. Si vero fibræ, quæ varie, inordinateque concutiuntur, iis prævaleant, quæ æquabiliter tenſæ, æquabiliter, & ordinate moventur, tunc confuſæ, inordinatæ cogitationum ſpecies animæ obverſantur, hinc rationis lumine extincto æger furit ſine cognitione, & conſcientia, in adſtantes impetit, ac morſibus dilaniat.

Inflammatione jam facta æſophagi, tracheæ, cæterarumque partium, quæ deglutitioni, ac ſalivalium humorum ſecretioni dicatæ ſunt, nil mirum febrem exoriri, & pulſum etiam, ut in aliis inflammationibus ſolet contingere celerem, frequentem, & irregularem, ut Cælius Aurelianus, & Celſus teſtantur. Quid quod duriuſculum paucos ante hoſce annos ipſe deprehendi? Obſervationem ratio confirmat. Inflammatis enim membranoſis partibus ſalivæ ſecretioni dicatis, præternaturaliter tendi arterias contingit, hinc pulſus duritiem ſubſequi.

Præ cæteris vero aquæ, & liquidorum omnium averſatione, ut neque illorum adſpectum &c.] Atque hæc quidem hactenus recenſita ſymptomata non omnia

in omnibus rabidis, ſed quamplurima, & plerumque obſervantur. Illud vero commune eſt omnibus hydrophobia laborantibus, ut ad conſpectum aquæ, liquorumque omnium, & rerum pellucidarum, vel inſtar ſpeculi reflectentium tremant, & in convulſiones quandoque adigantur, cum tamen deglutitio ſolidæ cujuſcumque offæ poſſibilis ſit.

Quæ res plurimorum Medicorum ingenia plurimum torſit. Multi cum Galeno in eam opinionem venerunt, ut crederent hydrophobia affectos a potu abſtinere, quia delirant, ideoque ob anticipationem quamdam præpoſteram, ac falſam potum omnem reſpuunt. Hos tamen redarguit ea ratio, adeo nempe mente conſtare ægrum, ut ſæpius roget, jubeatque, ut ſibi vincula inijciantur, ne in amicos, & adſtantes irruat: præterea ſi invitus cogatur bibere, potum ferre nullo modo poſſe, ut non deſint obſervationes hydrophobos ad bibendum coactos in convulſiones enormes adactos fuiſſe, atque obijſſe. Id contigit hydrophobo, cujus ſupra meminimus, qui in balneum per vim conjectus convulſus periit. Alias obſervationes vid. in hiſt. Reg. Scient. Ac. Par., Liſtero, aliiſque Auctoribus. Neque altera illorum ſententia arridere unquam potuit, qui tale phænomenon ad imaginem catulorum rabidorum in aquis exiſtentium referebant, hydrophobis latratu inſidiantibus, ac morſum minitantibus. Quæ referuntur de illo philoſopho ex Aetio tratrab. 2. ſ. 2. c. 24., qui balneum ingreſſus cum jam mente moveri inciperet, videreturque ibi adlatrans catulus eum terrefacere, & remorari, ſibimetipſi vim inferens exclamavit: *Quid cani, & balneo commune eſt?* atque ita in balneum ſe conjecit, & aquam ebibens liber evaſit, nugæ ſunt, ut præ cæteris oſtendit Petrus Salius, qui multa fide digna, atque aliter, quam ab ullis aliis Scriptoribus de hydrophobia conſcripſit. Quid enim quod, ſi obnubilatis oculis potus exhibeatur, vel in balneo demittatur, vel aqua guttatim eidem affundatur, eadem fere phænomena perpetuo, ac conſtanter contingunt? Qui ad tumorem inflammatorium confugiunt fauces, æſophagum, & vicinas partes occupantem, aut nimiam earumdem partium ariditatem, & contractionem, quæ impedimento ſint, quominus ori ingeſta deglutiri ſine incommodo poſſint, ac moleſtia inſigni, verendum eſt, ne iis officiat memorata illa ſolidæ cujuſcumque offæ deglutitio poſſibilis, cum interim potum non ſolum ori admovere, ſed ne aſpicere quidem poſſit æger, aut ejuſdem meminiſſe. Sola itaque ſaliva venenata accuſanda, quæ a potulentis vehementer mota, ac virus iiſdem communicans ingeri in ſtomachum nequit, quin partes deglutitioni dicatæ majorem in modum vellicentur, atque in eas motiones, tremoreſque adigantur, quæ deglutitioni valde reſiſtant. Quam moleſtiam percipiens anima non patitur alias ea ori admoveri, quæ graviſſimam, atque intolerabilem noxam crearunt. Dici vix poteſt, quam facile ad eaſdem motiones, ac tremores ſuſcipiendos pronæ ſint nerveæ partes, quæ a re aliqua inſigniter læſæ fuerunt ob ejuſdem imaginationem ſolam, aut recordationem. Ad ſolam imaginationem medicamenti, quod alias vomitum, ac nauſeam excitavit, vomere, animo delinquere homines experimur. Aſpectus eorum, qui morbo ſacro affliguntur, pueris interdum, & mulieribus ſimilem infert morbum. Georgius Baglivus de medend. an. morb. narrat ſe vidiſſe juvenem graviſſimis correptum convulſionibus, propterea quod hominem inſpexerat, qui Epilepſia correptus humi intorquebatur. Quæ nervoſi generis perturbationes non excitentur ad aſpectum, aut imaginationem eorum, a quibus certiſſima noxa, & graviſſima expectanda ſit? Qua in re illud animadvertendum eſt, hydrophobos non ſolum abhorrere ab aqua, ejuſque recordatione, & conſpectu, ſed omnium rerum pellucidarum, & inſtar ſpeculi reflectentium, & lucis ipſius. Id quod ex eo maxime repetendum crediderim, quod a veneno Animalis rabidi ſolidæ partes rigidæ,

atque

atque ea ratione tenſæ ſunt, qua ſuſtinere non valeant corpora luminoſa, pellucida, ut ſpeculi, lucis, & ſimilium. Quanta vis inſit lumini ad fibras noſtri corporis percellendas, nervis etiam naturaliter tenſis, liquet ex eo, quod a forti lumine non ſolum crebræ ſternutationes excitantur, lacrymæque copioſe effunduntur, ſed interdum etiam homines obcæcantur, quemadmodum Annibali Alpes tranſeunti nive tectas contigiſſe dicitur, & Nevophrontis militibus accidiſſe memorat Galenus lib. 10. de uſu partium, quibus nive multum iter facientibus oculi vehementer læſi fuerunt. Quoſdam etiam ex carcere obſcuriſſimo juſſu Dionyſii Tyranni repente ductos in domos calce illinitas, lævigataſque obcæcatos fuiſſe, refert. Quid ſi fibræ retinam primarium viſus organum conſtituentes rigidæ, atque arefactæ ſint? Suſtinere quidem nullo modo poſſe corpora luminoſa, atque propterea hydrophobos a conſpectu lucis, & rerum pellucidarum abhorrere debere manifeſtius quidem eſt, quam ut ullis rationibus poſſit comprobari. Illud interim ambigendum non eſt, in aſſumendis ſolidis cibis minus conſtringi gulam, minuſque ſalivę ex ductibus excretoriis elici, hinc minus lędi nerveas tunicas contingit, atque ęgrum ſolidos cibos minus averſari, ac commodius deglutire.

IX. *Hydrophobiam poſt morſum Animalis rabidi ſupervenire ſemper ſuſpicandum. Ubi autem &c.*] Nonnulli ubi e vulnere e cane rabido inflicto copioſum ſanguinem effluere deprehenderint, aut eo tempore, quo vulnus curatur, aut poſtea copia ſudoris, aut urinæ præcipue nigræ ſponte excernatur, in eam ſpem facile adducuntur, ut credant rabiem non eſſe amplius invaſuram. Verumenimvero ſi quid ſentio, his adeo nunquam fidendum eſſe traderem, quin congrua, & opportuna auxilia adhibeantur, quibus aquæ timor, ſi fieri poteſt, præcaveatur: qui ſtatus miſerrimus eſt; & licet idoneis remediis ei occurratur, eo tamen apparente ægrum brevi moriturum certo certius habendum: ita ut non deſint obſervationes, quoſdam ab orto aquæ pavore vix horas viginti quatuor vixiſſe. Quartum certe, aut ſeptimum diem raro attingunt. Hydrophobus, quem videre mihi contigit, intra tertium diem ab orto aquæ metu obijt. Diutius fortaſſe vixiſſet, niſi in balneo per vim demiſſus fuiſſet, unde convulſiones enormes ſupervenere, quibus idem, nihil tale credentibus medicis, de medio cito ſublatus fuit.

Quam apte cadit in hunc locum, quod cecinit Ovidius!

Solvere nodoſam neſcit Medicina podagram:
Nec formidatis ulla medetur aquis.

X. *Vulnus ergo ſtatim, vel ſi conſolidatum fuerit, denuo aperiendum.*] Remedia, quibus rabies, & aquæ metus præcavetur, illa potiſſimum ſunt, quæ venenum e vulnere educunt, ejuſque progreſſum ad interiores partes prohibent. Animadvertendum autem hoc loco eſt, quod egregie notavit Dioſcorides lib. 7. c. 2. vulnera majora minus pertimeſcenda eſſe, quam minora. Nam cum a vulnere majore effluat major ſanguinis copia, cum ſanguine ipſo noxium virus educi cenſendum eſt. Quare ſalubre accuratiorum practicorum conſilium, vulnus ſi apertum eſt, dilatandum, ſi conſolidatum, denuo aperiendum lata ſcharificatione, ut una cum ſanguine venenum ipſum extra corporis confinia educatur.

Niſi ob metum hæmorrhagiæ, aut convulſionis &c.] In vulnere vel dilatando, vel novo aperiendo ad affectam partem, ad ægri habitum reſpiciendum eſt. Si vulnerata pars nervum aliquem, aut vas ſanguiferum valde inſigne habeat; æger vero aduſtus ſit, minime carnoſus, latam ſcharificationem cautiſſime celebrandam eſſe, nemo non videt; interdum prorſus omittendam, ne nervo, aut vaſe ſanguifero inſigniter læſo, aut convulſioni, aut hæmorrhagiæ anſam præbeamus.

XI.

XI. *Cucurbitula fortiter attrahens applicanda* .] Demonſtratur in aereometriæ Volfii theorem. 1. *de elatere*, *&* *gravitate aeris*, tunc aerem inferiorem conſervari in quiete, & in ſtatu naturalis æquilibrii, quotieſcumque pondus, & elater aeris inferioris compreſſi a vi, & elatere aeris ſuperioris æqualitatem habuerit cum pondere, & elatere totius aeris ſuperioris ipſi inferiori ſuperincumbentis. Quibus ita conſtitutis licet colligere. Dum ignis intra cucurbitulæ ventrem accenditur, & cuti eadem applicatur, aer intus contentus inſigniter rarefit, ejuſque vis elaſtica mirum in modum infringitur, quare exterior elatere ſuo naturali comprimit vehementer cucurbitulam adverſus cutem, ei propterea firmiter adhæret: interea particulæ aeris intra ſanguinem, intra muſculorum interſtitia, & alias ejuſmodi partes contenti cucurbitulæ ſubjectas, cum minus premantur ab aere inſigniter rarefacto, qui in cucurbitula continetur, elatere ſuo ſeſe expandunt, & circumquaque cutim prementes ex vulnere, vel ſcharificatione ſanguinem vi exprimunt in cucurbitulæ ventrem. Hac ratione virus per morſum Animalis rabidi homini communicatum, priuſquam per univerſum corpus diffundatur, una cum ſanguine extra corporis confinia educi perſpicuum eſt.

XII. *Pars ferro ignito inurenda*, *fotu*, *frictione ex muria ſalis*, *&* *aceto &c.*] Inuſtionem ferro ignito, fotum, frictionem ex muria ſalis, aceto, & ſimilibus in eum finem commendant multi cum Dioſcoride loc. cit. & Boyleo, ut virus ſi quod Muſcularibus fibris inhæret, extinguatur, ejuſque progreſſus ad interiores partes præpediatur. Igni hanc ineſſe facultatem oſtendunt quotidie curationes feliciſſime a Chirurgis inſtitutæ ad ulcerum malignorum, ad gangrænarum progreſſum prohibendum. Si de Muria Salis ſermo ſit, quidni liceat conjectare, ejus applicatione virus Animalis rabidi eo prorſus modo edulcari, quo res ſalitæ infuſa eadem aqua marina magis, quam inſipida miteſcunt, ut meminit Chryſippus apud Plutarchum Sympoſ. p. quæſt. 9. Profecto ſalivæ venenatæ particulæ cum ſalis particulis facile coeunt, & in cryſtallos majores coaleſcunt, quibus e vulnere eductis, ſalivam eamdem leniri, ac miteſcere veroſimile eſt. Virtus acrimoniam veneni corrigendi, cicurandique maxime elucet in aceto. Cujuſce rei locupletiſſimos teſtes habemus Hippocratem, Dioſcoridem, Galenum, alioſque eximios viros, qui in peſte, febribus contagioſis, & ſimilibus a ſale volatili, & corroſivo oriundis, acidis feliciſſime uſos fuiſſe teſtati ſunt.

Sylvius tempore peſtis omnibus diebus, antequam ægros viſitaſſet, duo cochlearia aceti aſſumebat, & a peſte immunis ſervatus eſt. Cum venenum Animalium rabidorum ad acre ſolutivum proxime referendum ſit, apparet ejuſdem applicatione extingui penitus debere, aut plurimum ſaltem temperari.

XIII. *Eidem pariter pili*, *aut caro*, *aut alia quævis pars &c.*] Innumera fere ſunt, quæ parti vulneratæ admota paſſim commendantur a Sciptoribus magnis, & doctis. Plura recenſet Celſus lib. 5. c. 27. ubi ait: *Vivum oportet gallinaceum pullum per medium dividere*, *&* *protinus calidum ſuper vulnus imponere*, *ut pars interior corpori jungatur. Facit id etiam hædus*, *agnuſque &c.*, *&* *calida ejus caro ſtatim ſuper vulnus impoſita*. Pullos gallinarum admovendos ſuadet Foreſtus obſ. Chir. 34. lib. 6. Neque deſunt, qui pilos Canis rabidi, aut aliam quamlibet ejus partem vulneri imponi jubent, in eam ſpem adducti, ut credant attractione quadam ſympathica phyſicis occulta virus attrahi, & extra corporis confinia educi. Hæc de virtute attractiva medicamentorum opinio nova non eſt, utpote ea, quam plerique Recentiorum ſuis temporibus vigentem eradicare conati ſunt. Oblivioni per multa ſæcula traditam in lucem denuo produxerunt viri clariſſimi, qui novitatis amore illecti, Carteſianæ philoſophiæ ſtudio penitus langueſcente, Newthonianæ ſe totis viribus dederunt, atque illam adeo ſequuti ſunt, ut vim attractivam non certis tantum finibus coercere contenti fue-

fuerint, sed singulis partibus cum fluidis, tum solidis, ex quibus corporis universi machina constructa est, vim hanc inesse putaverint, & sic secretionum maxime, excretionumque opus, exulantibus omnino fermentis, cæterisque causis, ad eamdem revocaverint. Pilis, aut cuilibet alii parti Animalis rabidi vim attrahendi virus in homines propagatum probant perbellis experimentis, atque observationibus a Cl. Roberto Boyleo in sua experimentali philosophia relatis. Narrat enim præclarus auctor, Brasilienses populos, cum ubique venenata Animalia offendant, ac morsibus lanientur, sola applicatione eorumdem Animalium vulneratæ parti curationem instituere, quo fit ut virus attrahatur, & foras eliminetur. Nemo ignorat, ubi Scorpio momordit, si Scorpio contusus applicetur vulneri, vulnus perfectissime curari. Bufonem ad se virus attrahere notissima res est. Quid quod nulla sit præstantior medicina ad curandum viperæ morsum, quam pinguedo ipsiusmet viperæ? Sive attractio hæc fiat, quod similes particulæ cum similibus conjungantur ob similitudinem figuræ, sive ut Leibnitius alijque malunt, ob harmoniam consentientium vibrationum, curiosius non inquirimus. Quis enim hæc cernat, quæ longissime sunt a perceptione nostra, sensuque disjuncta? Non defuere tamen, qui experimenta, quibus virus Animalium ab iisdem attrahi compertum est, in dubium vocarunt. Primus fere fuit Cl. Redius, qui in epistola ad Cl. Kircherum mira quæ a laudato Boyleo, alijsque narrantur de attrahentibus hisce medicamentis falsa ostendit. Hunc sequutus est Frid. Hoffmannus M. S. T. 2. de venen. eorumque natura. Ut ut autem res est, pulcherrima saltem eorumdem laus erit emolliendo, demulcendo, aut alia simili ratione demorsis ab Animalibus rabidis opitulari, ut idem Hoffmannus testatus est.

XIV. *Atque hæc quidem omnia primis a morsu diebus conferre visa sunt. Si progressu adhibeantur &c.*] Dioscoridis monitum fere est scharificationem, aliaque post eamdem extrinsecus applicanda remedia primis diebus statim esse in usum vocanda, antequam per corpus diffusum sit venenum. Tribus enim circiter, aut quatuor elapsis diebus, ubi virus per corpus diffusum fuerit, neque attrahi, neque educi ulla ratione posse. Ad hæc igitur frustra confugere Medentes. Ea porro visa sunt convenire, quæ virus idem vel extinguere habent, vel per insignes excretionum vias extra corporis confinia educere. Dici autem vix potest, quot præsto sint Medicis istius generis medicamenta! Oculi cancrorum, matr. perlar. Cor. Cer. ustum terra lemnia, aliaque hujusmodi ad absorbendum; coagulum leporinum, ovinum aciditate, qua pollet ad invertendum; Bezoartica, theriacalia, plantæ omnes, quæ sale volatili oleoso sunt fœtæ tamquam alexipharmaca; ad expellendum purgantia, eaque validissima, cujusmodi sunt Helleborus albus, & similia. Verum si quid sentio, vix ac ne vix quidem corpora eorum, qui rabie premuntur, istius generis medicamentis pertractanda traderem; vel enim inutilia prorsus sunt, atque ad salutem comparandam inepta, vel summopere nocua. Illa sunt absorbentia, invertentia; hæc sale volatili oleoso prædita, ac purgantia. Terrea enim, & quæ communiter absorbentia vocantur venenatæ salivæ, succorumque in ventriculum confluentium acrimoniam retundere quidem valent; cum tamen in sanguinem per venas lacteas transmitti nequeant, & universa sanguinis massa eodem veneno acre, fundente, ac colliquante infecta corrigenda, & universum nervorum genus siccum nimis, atque arescens laxandum, ac emolliendum restat. Idem de coagulis supra recensitis dicendum. Si de bezoarticis sermo sit, non alia ratione quamplurimis morbis opitulari, quam ea, qua alchalica quæque operantur, censendum, si experimentis in com. A. Bonon. a Cl. Sandrio institutis fides habenda, qui ex chymica bezoarii solutione, nihil sibi probabilius visum esse testatur, quam ut

ad

ad genus alchalicum referretur. Idque extra omnem dubitationem ab aliis pofitum. Haud ignoro mira de helleboro albo prædicari a Veteribus Medicis, Diofcoride præfertim, & Galeno, eoque propinato recrementis quamplurimis vomitu, & feceffu evacuatis, fanitati reftitutos feliciffime eofdem memorare. Neque me latet, vim eorumdem nervofo generi infeftam excufari a fectatoribus exemplo dyfenteriæ, quæ cum ab acredine humorum corrofiva exoriatur, radice tamen ipecacuannæ, quæ acerrima eft, feliciffime curatur.

Licet ergo purgantia medicamenta corporis fibras extimulare valeant, occulta tamen qualitate virus attrahere, & extra corporis confinia educere exiftimant. Verum præterquamquod non adeo verum eft, dyfenteriam radice ipecacuannæ curari, quin hæc virtus ab aliquibus in dubium vocetur, in iis præfertim, qui gracili funt corpore, qui convulfionibus obnoxii, qui febrem adjunctam habent, accedit præterea Helleboro, aliifque purgantibus in hoc morbo propinatis convulfiones fæpiffime excitari, quibus ægri in fummum vitæ difcrimen adducuntur, interdum etiam enecantur.

XV. *Æger igitur ftatim etiam per vim, & metum in balneo demittatur &c. aquam calidam copiofe bibat &c.*] Satius porro duxerim ad generalia quidem remedia confugere, ea tamen, a quibus certum levamen, nullum noxæ periculum expectandum fit. Inter hæc eminent balnea, ac diluentia. Summam ineffe vim balneis ad univerfi corporis fibras emolliendas, acredinem humorum temperandam, noxias, ac venenatas particulas per cutis poros extra corporis confinia educendas perfpicuum eft. Ita Celfus lib. 5. ægrum, fimul ac animali rabido demorfus eft, in balneum demitti jubet, ibique detineri per horam circiter, ut fudare poftea valeat, atque virus extra corpus elabatur. Memorabilis eft cafus, quem refert Cl. Frid. Hoffmannus (*de baln. aq. dulc. ufu &c.*) multos a rabiofo lupo ex fylva prodeuntes demorfos, & necatos fuiffe, donec tandem nonnulli hoc remedio ab omni periculo liberi fuerunt. Si de aqua copiofe affumenda fermo fit, nullum efficacius, aut pro ægrorum opportunitate valentius inveniri poffe, manifefte liquet ex Cl. Sydenhamo epiftol. refponf. ad Robertum Bradii, in qua cujufdam viri in fummum vitæ difcrimen adacti ob affumptionem fublimati corrofivi, fola aqua adhibita, curationem feliciffime memorat. Tantopere valet adverfus ea, quæ acrimonia fua folidas noftri corporis partes infigniter vellicant, corrodunt, atque inflammant. Quid quod illi, qui aquæ metu cruciantur, ubi convulfiones fupervenerint, ab aqua etiam per vim, & metum ingefta & facilius ad bibendum difponuntur, & copiofo aquæ potu fanantur? Ubi autem nondum aquæ metus ægrum exerceat, ad aquam quamcitiffime, tamquam ad facram anchoram, confugiendum effe manifeftius quidem eft, quam ut ullis rationibus poffit comprobari. Idem dicendum de fero lactis, de jufculis tenuiffimis, & fimilibus. Immo blande oleofis, ac gelatinofis particulis, quibus fæta eadem funt, acria etiam veneni fpicula irretire habent, atque involvere, ideoque ad vellicandum, ad erodendum inepta reddere.

Nuces juglandes comedantur.) Nuces juglandes virtute alexipharmaca præditas effe, atque contra peftem, & malignos morbos plurimum valere crediderunt Veteres Medici. Quare factum eft, ut in antidotum Mithridatis Regis reciperentur, tantopere commendatum adverfus venena in devicti a Cn. Pompejo Regis Mithridatis fanctuariis reperta, ut mittam alias quamplurimas compofitiones alexipharmacas, & antipeftilentiales, in quibus eædem ufurpabantur: quæ tamen virtus in dubium revocata fuit a Cl. Cafp. Hoffmanno, ut propterea non defint, qui cum Cl. Geoffroij exiftiment demorfis a cane rabido opitulari ob id potiffimum, quod oleo blando, ac miti farinofo principio unito fcateant (id quod fapor dulcis, gratus, amygdalinus manifeftum reddit, & quod con-

tufæ

tuſæ cum aqua lacteſcentem eamdem efficiunt) venenatæ ſalivæ, cæterorumque ſuccorum in os, fauces, & organa deglutitioni dicata depluentium mordacitate, atque acrimonia ſua nerveas eorumdem fibras vellicantium, atque erodentium ſpicula retundere valent, ac demulcere.

XVI. *Tandem ad lactis uſum deveniendum.* Ubi diluentibus copioſe ingeſtis veneni particulæ diſſociatæ, disjunctæque fuerint, & per inſignes excretionum vias extra corporis confinia eductæ, quid ad reliquarum, ſi quæ reliquæ fuerint, vires perdomandas, ad univerſam ſanguinis, ac fluidorum maſſam contemperandam, læves politaſque particulas invehendas, ad nervorum ſyſtema laxandum, emolliendum, ac nutritio rore humectandum lacte efficacius? Teſtor bona fide quemdam demorſum a cane rabido, lacte copioſe ſumpto, non ſolum ab hydrophobia præſervatum fuiſſe, cum ejuſdem incipientis ſigna apparerent, atque alia minus commode reſponderint, ſed cum gracili ſatis eſſet corpore, inſigne acquiſiviſſe naturalis nutritionis incrementum.

XVII. *An ſpecificum aqua, & lacte præſtantius &c.*] Specificorum adverſus rabiem infinitus eſt numerus. Celebris fuit apud Galenum, & Oribaſium arcanum Æſchrionis de cancris combuſtis; apud Aetium, Ruffum, Poſidonium de cinere cancrorum cum theriaca, & radice Cynosbatis; apud Mayerne illud, cujus mentio fit philoſ. tranſact. Vol. 3. p. 283. de radice Serpentariæ virgin. flor. hyperici cum theriaca, allio, ramentis Jovis; illud apud Hannemanum in actis Hafnienſibus an. 73. ex abrotan. betonic. ſalv. theriac. &c. apud Thomam Bartholinum ibidem ex pulvere gentian. myrrh. &c. Rajum de lichene cinereo terreſtri cum æquali quantitate piperis, aliaque plurima, quorum tamen nullum, inquit Boerhaavius, *cujus experimenta certa*.

XVIII. *Periculo certe non vacat famoſum illud e pipere, & cantharidibus &c.*] Hodie magno in pretio habetur ſpecificum de pulvere cantaridum, & piperis longi a gr. iv. mixto micæ panis ab initio ſtatim exhibendum, quod certo certius profuturum eſſe reputatur, ſi ſanguis cum urina exire incipiat, quo apparente ad lactis uſum ſtatim deveniendum eſt, ut æger in priſtinum valetudinis ſtatum reſtituatur. Quam mira res videtur venenum veneno profligari? Cantarides, ut notum eſt, inſecta quædam ſunt de genere Scarabæorum, quæ in frumentis, & pratis veſcuntur, acerrimo, ac fere cauſtico ſale referta, ut niſi aceto macerentur, vix ac ne vix quidem adhiberi queant. Ita Galenus lib. 4. de med. ſimpl. facult. cap. 18. monet, ne quis eaſdem deguſtare audeat propter eroſionem interimentem. Baglivus vero virulentam cantharidum naturam experimentis confirmavit: tincturam enim cantharidum per ſyringam in apertam venam jugularem binorum canum injecit, eoſque aquea primum, & viſcoſa evomuiſſe, poſtea humi cecidiſſe, vehementiſſima ſiti, ac alimentorum faſtidio correptos fuiſſe, tandem convulſos perijſſe teſtatus eſt. De earum noxa vide etiam Thonerum lib. 1. obſ. 20. Alpinum de medic. meth. Animadverſione autem dignum eſt, cantharidum præparationes ope ignis factas, ne vel minimum quidem earumdem naturam immutare. Ita ſale cantharidum volatili veſiculas adhuc excitari obſervatum eſt ab Olao Borrichio in Act. Hafnienſibus an. 37. ob. 63. Sive autem veſicantia, in quorum compoſitione cantharides principem obtinent locum, cuti applicentur, ſive eædem intus ſumantur, obſervationibus, atque experimentis compertum eſt, ad urinæ vias potius, quam ad alias partes determinari, id quod veſicæ dolores, urinæ ardores, ſuppreſſiones, mictus ſanguinei manifeſtum reddunt, quæ ab uſu cantharidum ſive externo, ſive interno excitantur. V. Bartholinus *cent.* 3. *hiſt. anat.* 16. Hildanus *cent.* 6. *obſ.* 98. 99. Timæus *l.* 7. *c.* 20. Zacutus Luſitanus *Medic. princ. hiſt. lib.* 2. *hiſt.* 117. Paſcalius *meth. cur. morb. cap.* 44.) Quibus ſic conſtitutis, quidni liceat conjectare, venenum cantharidum ſimi-

ſimiles habere particulas particulis veneni Animalium rabidorum, ideoque ſimul unitas ſe invicem attrahere, & in maſſulas majores coaleſcere, prævalente tamen vi cantharidum, utrumque per urinæ vias extra corporis confinia educi? Nonne carnes ſalitas facilius dulceſcere, ſi in aqua marina infundantur, quam ſi in aqua dulci, compertum eſt? Si ſal nitri, & aluminis in aqua ſolvantur, & aqua per ignem exagitetur, in quantitate inſigni ſales duo ſeparantur, & in cryſtallos proprias ſuæ figuræ ſecedunt; ſal nitri cum particulis nitri, ſal aluminis cum particulis aluminis. Quæ quidem omnia protenſo quaſi digito commonſtrant, partes ſimiles, ſive ob ſimilitudinem figuræ, ſive harmoniam conſentientium vibrationum facile adhæreſcere, & conjungi. Conjecturæ porro vim addit obſervatio, qua compertum eſt, apparente mictu ſanguineo, certo certius ſalutis præſagium haberi, de ſalute e contra conclamatum eſſe, ſi mictus ſanguineus nullus poſt uſum cantharidum appareat; indicio ſatis manifeſto, tunc ſolum virus per morſum canis rabidi hominibus communicatum cantharidum particulis unitum educi, cum ad urinæ vias iſtæ determinentur. Id ubi factum fuerit, quid ad demulcendum, nervoſas partes obliniendas, ac nutritio rore humectandas, ad venenatas particulas, ſi quæ ſuperſtites fuerint, diluendas, irretiendaſque lacte præſtantius? Nempe deleterii cantharidum effectus univerſalibus venenorum acrium, & corrodentium antidotis, lacte ſcilicet, oleoſis, & pinguibus corporibus obtunduntur, ut Plinius, Dioſcorides, & Celſus præ cæteris demonſtrarunt. Saluberimum propterea Hippocratis monitum in curat. diut. morb. l. 14. triduo ante uſum cantharidum lacti aſſuefaciendum eſſe ægrum, ne veſica lædatur.

XIX. *Jam ubi hydrophobia invaſerit, nihil ſaltem inter initia efficacius ol. Amygdalar. &c.*] Quamvis hydrophobia jam ægrum exercens deſperatus ſit morbus, non inde tamen totis viribus conandum non eſt, ut congruis, & opportunis auxiliis eidem ſuccurramus. Non deſunt porro, qui illud tantum Medentibus præſtandum eſſe putant, ut æger aquam aſſumat, vel incautus, arte ſcilicet deceptus, vel etiam invitus. Verumenimvero cum frequentibus, ac conſtantibus obſervationibus compertum ſit, nonnullos per vim in mare, & flumina ligatis manibus projectos, ut neceſſitate coacti biberent, convulſionibus graviſſimis ſuſcitatis obijſſe, id cum præmeditatione faciendum eſſe perſpicuum eſt. Quare ſapienter admodum, prudenterque turpiſſimum hunc morem damnavit Cælius Aurelianus affirmans, hujuſce morbi curationem non in eo conſiſtere, ut bibant ægrotantes neceſſitate coacti, ſed ut ad bibendum diſponantur. Quod nulla meliori ratione fieri poſſe, quam venenatæ ſalivæ, cæterorumque ſuccorum ſalivalium, qui a potulentis moti organa deglutitioni dicata moleſtiſſime afficiunt, & in convulſiones adigunt violentiſſimas, acrimoniam corrigendo manifeſtum eſt. Quid autem præſtantius oleoſis corporibus, ut optato fine potiamur? De admiranda vi oleoſorum corporum in perdomandis viribus eorum, quæ partes corporis rodunt, & abſumunt, inſigne exemplum nobis præbent illi, qui ad papyrum prælo imprimendum, æs aqua forti cælant. Sevo enim, aut cera æneam tabulam obliniunt, in ea imagines, & ſimulacra ſtylo imprimunt, aquam fortem tabulæ affundunt, hæc vero acrimonia ſua ſulcos abraſa cera exaratos altius fodit, tabulæ partem, quæ ſevo, aut cera obducta eſt, intactam relinquens. Quid quod aqua ipſa fortis oleoſo, aut pingui corpori unita, ac mixta ad vellicandum, mordendumque, nedum corrodendum inepta omnino evadit? Ubi ad bibendum diſponatur æger, quid aliud optandum magis? Jam miteſcere morbum, in quo homines & ſiti, & aquæ metu cruciantur, manifeſtum eſt. V. Celſus lib. 6. cap. 27. Ad aquam igitur deveniendum eſſe, ut venenum per inſignes excretionum vias foras omnino eliminetur, luce clarius apparet.

XX.

XX. *Ubi de ægrorum ſalute conclamatum ſit, nihil &c.*] In deſperatis morbis melius eſſe anceps experiri remedium, quam nullum, apud pleroſque longe maxime invaluit. Atque hi quidem in hydrophobia, præ cujus vi de ſalute jam conclamatum eſt; phlebotomias iteratis vicibus uſque ad animi deliquia inſtituendas, immerſiones in aqua, & perfuſiones ejuſdem uſque ad extremas vitæ horas provectas ſuadent. Vim animis addit illa cogitatio, quoſdam, quos aquæ metus, pavoreſque premebant, iteratis phebotomiis, & immerſionibus in aqua, ejuſdemque perfuſionibus curatos fuiſſe. Horum exempla ſuppeditantur in Gal. hiſtor. A. S. P. Mirabile autem prorſus eſt, convulſionibus, quæ ab aquæ perfuſionibus, aut immerſionibus in eadem excitantur ſuperatis, ægrum alacriorem fieri, ad bibendum diſponi, mox ſudore ſuperveniente in priſtinum valetudinis ſtatum reſtitui.

C A P U T VIII.

De Epilepſia.

I. Epilepſia eſt motus convulſivus, quo corporis membra varie, inordinateque contrahuntur, ſenſuumque exercitium ut plurimum aboletur.

II. Si ſpiritus animales inconcinno, perturbatoque motu in medullares Cerebri fibras, hiſque appenſos nervos, & muſculos irruant, ita ut major eorumdem copia in hunc, quam in oppoſitum, & quidem præter voluntatem, & naturæ ordinem derivet, inconcinnæ pariter, inordinatæque contractiones exoriuntur. Nonne convulſionem a repletione, ac inanitione Muſculorum oriri cenſendum eſt?

III. Perverſa Cerebri ſtructura, vel atonia, cui conjungitur ſeri, lymphæ, aut aliorum humorum collectio, qui certis ſtatiſque temporibus eam acrimoniam nanciſcuntur, qua nervea filamenta vellicantur, ac punguntur, terrores, animi graviora pathemata, imaginatio fortis, maxime in fœminis, & pueris, ventriculi & cæterorum imi ventris viſcerum affectiones, contuſiones, vulnera, ulcera partium a cerebro diſſitarum, cauſæ ſunt remotæ.

IV. Orta hinc diviſio Epilepſiæ in idiopathicam, & ſympathicam. Idiopathica quidem, ſi convulſio a Cerebro incipiat; ſympathica, ſi in extremitatibus nervorum incæpta per nervorum ductum cerebro cemmunicetur.

V. Ortus a parentibus ſimili morbo infectis, aſſidua, atque immodica ſtudia, longior mora in locis calidis, exercitationes violentæ, ac diuturnæ, vini abuſus, immoderata Venus, ſcabies, tumores retropulſi, fonticuli, ulcera incaute ſuppreſſa, cruſtæ lacteæ in infantibus, ichorumque per aures effluentium impedita excretio, lactis in ſtomacho coagulatio, corruptio, dentitio difficilis, vel eruptorum jam dentium vehemens dolor in adultis, & ſenibus, omnia, quæ hipochondriacæ affectioni producendæ paria ſunt, Epilepſiæ occaſionem præbent.

VI. Rarum eſt homines Epileptico ingruente paroxyſmo in terram con-

cidere cum ſenſus tantummodo privatione, nulla hinc convulſione, aut varia corporis geſticulatione ſubſequente. Ubi id ægro contigerit, judica eum vertigine tenebricoſa primo ad Epileſiam gradu laborare.

VII. Si æger in terram concidens variis corporis geſticulationibus afficiatur, pedibus terram conculcet, modo jactis humi manibus quadrupedum more velocius currat, atque in obvia quæque præceps irruat, ſenſibus internis, atque externis remanentibus, aut delirio ſuperveniente cantet, rideat, fleat, ridicula, atque incongrua narret, altiori voce clamet, pectora percutiat, remanente interdum poſt paroxyſmum memoria eorum, quæ ei contigerunt, eum vera Epilepſia laborare cenſendum eſt, quæ mali a Dæmone provenientis ſpecie non raro imponit.

VIII. Si ſubitum in terram caſum ſenſuum omnium intermiſſio comitetur, alterna membrorum inordinata concuſſio, ſibilus in gutture, ſingultus, alternus faciei rubor, & palleſcentia, alterna venarum inflatio, & detumeſcentia, pulſus, & reſpirationis interceptio recurrens, faciei, oculorum contorſio, apparens riſus ſpecies, dentium ſtridor, ſuffocatio, linguæ exſertio, morſus, ſtomachi inflatio, excrementorum, fæcum, urinæ involuntaria ejectio, ſudoris elapſus, ſpumæ exitus ab ore, & naribus, ſoluto paroxyſmo æger nihil recordetur eorum, quæ ſibi acciderunt, tantummodo conqueratur de laſſitudine artuum, aliquo capitis dolore, interdum linguæ ob inflictum eidem a dentibus vulnus, cum interim ejus viſus, dum caput inclinat, & ad aſpectum rerum celeriter circumactarum, aut excurrentium, aut profundi alicujus loci, ad magnos clamores, aut ſtrepitus, ad laterum, membrorumque rudem fricationem, aut rei graveolentis odorem turbetur, aut obſcuretur, ſummo Epilepſiæ gradu premi certo certius habendum.

IX. Si mentis torpor, oblivio, vigiliæ, inſomnia turbulenta, capitis dolor ante paroxyſmum invadant, ipſum advenientem æger minime percipiat, in idem latus perpetuo, & conſtanter incidat, certis lunæ phaſibus, præſertim noviluniis, pleniluniis eodem corripiatur, nulla interim inferiorum partium læſione apparente, judica talem Epilepſia idiopathica detineri.

X. Si nullis Cerebri primario affecti ſignis apparentibus, auræ cujuſdam a partibus inferioribus ad Cerebrum aſcendentis ſenſum percipiat, qui forti ſupra locum conſtrictione facta ſiſtatur, ac paroxyſmus diutius protrahatur, Epilepſia ſympathica exerceri ambigendum non eſt.

XI. Contumax, ac diuturnus morbus eſt Epilepſia idiopathica, vix, ac ne vix quidem curationem admittens poſt vigeſimum quintum annum.

XII. Sympathica facile interdum curatur, ſæpe tamen, ac ſæpius ſi juvenes poſt pubertatem adoriatur, in idiopathicam degenerans ad mortem uſque comitatur.

XIII. Sæpe in paralyſim, melancholiam, quandoque in apoplexiam fortem degenerat Epilepſia.

XIV.

XIV. Ad imminentem paroxyfmum præcavendum quam male cedunt opiata medicamenta.

XV. Si auræ afcendentis fenfus percipiatur, quam apte ligatura fortis fupra eam partem, aut frictiones dolorificæ in oppofitis, & longe diffitis paroxyfmum avertant, dici vix poteft.

XVI. Jam ubi paroxyfmus invafit, æger capite fublimi collocetur, partes convulfæ oleo amygd. dulc. pinguedine humana illinita manu fricentur, fi quæ partes frigefcunt, manu calida foveantur, fomenta calida ventri, ac veficæ regioni applicentur.

XVII. Ubi diutius quam par eft protrahatur paroxyfmus, leviora odoramenta, cujufmodi funt rutta aceto trita, caftor. ol. fuccin. carab. naribus admoveantur.

XVIII. Si æger laxioris fit habitus, fero abundet, cacochymus fit, fpiritus Cor. Cer. fanguin. human. cran. human. ad guttas aliquot ex aquis antepilepticis in os intrudantur.

XIX. In fervidiori temperamento præditis, gracilioribus, aduftifque, iftius generis volatilibus medicamentis vix utendum traderem. Hauftus potius aq. flor. til. lilior. conval. primul. ver. rofar. violar. conferre vifi funt.

XX. Illis ad novos infultus præcavendos, fi fit fuppreffio naturalium evacuationum, fanguinem juxta vaforum plenitudinem detrahi, atque hirudines applicari jubeo. Cauteria quoque vel fetaceos admoveri.

XXI. Pillulas de fuccin. Craton., vel capital. Paracel. a ℈ i. ad ʒ i. additis trochifcor. alhand. gr. iii. ad v., vel diagrid. gr. vi. ad xii. bis, terque in menfe ante Lunæ mutationes præfcribo.

XXII. Ab emeticis utpote minus tutis abftineo.

XXIII. Purgantium intermedio fequens decoctio exhibeatur. ℞ Sar. per. elect. radic. chin. a ʒ ii. rafur. Cor. Cer. ebor. a ʒ i. radic. valerian. pæon. vifc. quercin. a ℥ .s. aq. font. Lib. ii. coq. in organ. vitr. circulat. ufque ad confumptionem tertiæ partis, colatura detur mane jejuno ftomacho, dein in lectulo per horam integram quiefcat, quo levis abftergatur fudor. Si opportuna fuerit tempeftas, viperæ medietas addatur. Ex reffid. quod eft radic. gram. lign. faffaphr. vifc. quercin. a ℥ i. aq. font. Lib. x. M. coq. ad confumpt. quartæ partis pro potu ordinario per quadraginta circiter dies.

XXIV. Si ex lue celtica ortum duxerit epilepfia, præmitti poteft bolus ex Mercur. diaphor. ℈ i. extract. Card. S. q.s. Verum falivatio mercurialis cæteris palmam præripit, dummodo cum tenello nimis, & debili corpore res non fit.

XXV. Purgantia, ac fudorifica validiora minus tuta funt in iis qui fervidiore temperamento funt præditi, qui graciliores, aduftique, qui morbis calidis obnoxii. His porro ol. A. D. s. i. r. e. vel ferum lactis tamarindatum vifa funt magis prodeffe, nec non deftillatum cum plantis fubacidis, ac refrigerantibus.

XXVI. Balnea aquæ dulcis ardente Sirio, ac thermopotationes ſunt convenientiſſimæ.

XXVII. Autumno tandem lac exhibendum, primum quidem aſininum, deinde vaccinum cum ſapone veneto ad ℥ .s. quotidie mane jejuno ſtomacho per quadraginta circiter dies.

XXVIII. Specificum adhuc nullum invenire hominibus datum, cujus experimenta certa. Cinnabaris cæteris præſtat. Hoc fere pulvere uti ſoleo.

℞. Cinnabar nat. in pollin. s. contr. ℥ .s.
Matr. perlar. pp. ℈ iv.
fol. aur. n. xii.

M. ter. & f. s. a. pul. detur a gr. x. ad ℈ i. ex aq. ſtil. vel decoct. theiform. flor. til. lilior. conval.

XXIX. Dici autem vix poteſt quam tutum, ac proficuum ſit opus naturæ committere, nulli rei magis, quam ſex rerum non naturalium æquæ adminiſtrationi ſtudentes. A vino præſertim æger abſtineat.

XXX. Pueri diverſa methodo tractandi. Quare ſi corrupti in ſtomacho lactis indicia ſe prodant extrinſecus ventriculi regio fovenda ol. maſtic. nuc. moſchat. balſam. Copai. & ſacculis herbarum aromaticarum.

XXXI. Si alvus ſuppreſſa ſit, rhabarb. a gr. x. ad xx. ex cochlear. ejuſdem ſyrupi exhibendum.

XXXII. Tandem ad liquor. Cor. Cer. ſuccinat. a gut. x. ad xxx. ex aq. flor. til. lilior. conval. deveniendum.

XXXIII. Sed præ cæteris, ſi lacte pueri veſcantur, curandum eſt, ut nutrix optimo victu utatur. Carnes juniorum animalium vituli, columborum leviter toſtæ concedi poſſunt. Vino moderate utatur; decoctionem theiformem ſalv. pæon. beton. aſſumat liberaliter.

XXXIV. Si cruſta lactea citra cauſam evaneſcere incipiat, ſapone aqua ſoluto tractetur. Dum hæc ſponte fluit, nunquam cauteria aperienda traderem.

XXXV. Ubi dentitionis imminentis indicia ſe prodant, gingivæ mucilagin. ex ſemin. pſyl. cydon. ſucco e cancr. vivis expreſſo, ſanguine criſtæ galli illiniantur, fruſtulum coral., aut dens apri manu tenendum puero concedatur.

XXXVI. Si Epilepſia ſympathica ab affectione hypochondriaca, a vermibus oriatur &c. iiſdem eſt occurrendum. Sed de his infra.

CAP.

CAPUT VIII.

De Epilepſia.


I. EPilepſia eſt motus convulſivus, quo corporis membra varie, inordinateque contrahuntur &c.] Epilepſia varijs denominationibus ſolet a Medicis inſigniri. Aliis ſiquidem *morbus caducus* audit a ſubito in terram caſu, perinde ac ſi ægri fulmine icti fuiſſent: *ſacer*, ſive quod caput ſacram partem, mentiſque ſedem, quæ ſanctiſſima reputatur, occupet, ſive quod occultus ſit morbus: veteres enim multas res occultas ſacras appellabant: ſive quod tanta ſit ejus vehementia, ut exſecrandus dici mereatur, quemadmodum *auri ſacra fames* dicitur. Opinionem illorum, qui ſacrum dici volunt, quod crederetur divinitus immitti, confutavit Hippocrat. lib. de morb. ſacro inquiens, iniquum eſſe Epilepſiam, alioſque morbos ad Deos referre: qua de re etiam infra dicemus. *Herculeus*, ſive quod Hercules eo laboraverit, ut meminit Ariſtoteles in prob. 1. ſect. 3. ſive quod Herculeo quaſi labore opus ſit, ut ſuperetur, ex Galen. 6. Epid. in fine: unde Celſus lib. 3. cap. 27. majorem morbum illum appellavit. *Comitialis*, vel quod comitia habere iis fas non eſſet, qui hoc morbo corripiebantur, vel quod ſimul ac corripiebantur eadem ſolverent. *Lunaticus*, vel quod in noviluniis, vel ſecundum Lunæ converſiones ægros invadat. *Sonticus*, & qui inſpuitur Plauto in Capt. & Plin. lib. 28. c. 4. contagioſus enim habitus eſt priſcis; unde citatus Plinius *Deſpuimus* inquit *comitiales morbos*, hoc eſt contagia regerimus. Cum enim expuere inter amuleta referrent, ne familiam inficerent, rus ablegabant Epilepticos, ut Apulejus. Solet autem Epilepſia communiter definiri a Medicis *motus convulſivus*, quo &c. ut a convulſione tonica dicta differat, quæ tunc fit, cum membri alicujus rigiditas, atque in uno poſitu immobilitas adeſt, præterea manifeſtum fieret ad convulſionem clonicam, quæ cum varia, inordinataque membrorum concuſſione conjuncta eſt, proxime referendam eſſe. Quoniam vero ad convulſivos motus pertinent horror, rigor, tremor, qui morbi a ſolo illarum partium vitio, quæ motui famulantur, dependent, ſalvo, atque incolumi ſenſuum externorum, internorumque exercitio, æquum viſum fuit ſubnectere, *ſenſuumque exercitium* aboletur, ut diſcrimen appareret, quod intercedit inter Epilepſiam, prædictoſque morbos, qui maximam cum eadem habent affinitatem.

II. *Si ſpiritus animales inconcinno, perturbatoque motu in medullares Cerebri fibras &c.* Quamvis omnes fere Medici apprime conveniant in Epilepſiæ eſſentia ſtabilienda, dici vix poteſt, quam variæ, atque inter ſe diſcrepantes ortæ ſint opiniones in ejuſdem cauſis aſſignandis. Mitto illam Galeni 3. de loc. affect. cap. 7. qui craſſum humorem, pituitoſum, melancholicum ſpirituum meatus in cerebri ventriculis obſtruentem accuſat, quam ſuis temporibus vigentem eradicare conatus eſt Sennertus lib. 1. pract. par. 2. Quamquam nec altera ejuſdem Sennerti opinio exiſtimantis, cauſam Epilepſiæ proximam eſſe vaporem mordacem, acrem, malignum, peculiari vi Cerebrum ſtimulantem, arridere potuit Recentiorum pleriſque, qui a ſpiritibus animalibus in nervos, & muſculares fibras irruentibus, cauſam Epilepſiæ proximam altius, ac ſubtilius commenti ſunt, ad credendum vehementer adducti ab eodem principio, a quo pendet naturalis, ac placidus nervorum, muſculorum, cæterarumque partium motus, ab eodem, ſi præter voluntatis imperium, vel naturæ ordinem operetur, perverſum, depravatumque eſſe repetendum. Nos ab his ſumus, ſic tamen, ut neque putemus ſpiritus veluti *a fomite igniario explodi pulveris pyrii ad inſtar* domos ſubvertentis,

tentis, ut Willifius 3. de morb. convulfivis, nec iis immifceri fpiritum acidum volatilem ipfos divellentem, & impetuofe commoventem, ut Francifcus Leboe Sylvius prax. med. lib. 2. cap. 10. n. 99. opinati funt, nec *vaporem illum mercurialem*, vitriolatum, quem in lucem produxere Hermetici, & Paracelfiftæ, aciditate fua exquifitiffimi fenfus fibras pungentem, nec *malignitatis* participes effe, ut cerebrum, & nervos tam vehementer concutere, ac perturbare valeant, ut Quercetanus in tetrade graviffimorum capitis affectuum arbitratus eft, judicantes ad inordinatos, perturbatofque motus, folum inordinatum, atque irregularem fpirituum motum a cerebro in partes motui voluntario famulantes fufficere. Et fane qui fibi libentiffime blandiri velit, vix poterit in oppofitam ire fententiam, fi illud vel leviter mente volutaverit, partes omnes a mufculis, & fibris ex æquo contranitentibus in æquilibrio effe conftitutas, ac tunc contractionem ex parte aliqua fieri, cum alterutri mufculorum antagoniftarum nimia vis addatur, ex oppofita vero, fi vis ejus minuatur. Addetur autem vis major, fi fpiritus in nervum aliquem, & huic appenfum mufculum uberius immittatur, & quidem præter voluntatem, ac naturæ ordinem; minuetur e contra, fi iidem parcius influant. Modo autem uberius in unam partem, modo parcius in alteram influere perfpicuum eft, fi inordinato, inconcinno cieantur motu. Caufam ergo proximam Epilepfiæ, quæ confiftit in varia, atque inordinata corporis concuffione, ab inordinato, atque irregulari fpirituum animalium in medullares cerebri fibras, hifque appenfos nervos, & mufculos excurfu repetendam effe adeo manifefta res eft, ut manifeftior fit nulla. *In medullares* inquam *Cerebri fibras*; cum enim in hoc morbo fenfuum internorum, externorumque exercitium aboleatur, concipere oportet eafdem inæqualiter tenfas, ac convulfas, ideoque tremoribus fufcipiendis, qui alias animæ perceptionibus occafionem præbebant, impares, vel fi aliquem fufcipiant, quam citiffime mutari ab aliis, aliifque affidue, atque inordinate advenientibus, ita ut anima comparare motus nequeat cum motibus, quos medullares Cerebri fibræ, ejufque partis, qua eadem utitur ad cogitandum, & fentiendum, alias fufceperunt, neque illos advertere, qui per nervos ab fenfuum exteriorum organis illuc tranfmittuntur, unde nullam in ægro memoriam remanere contingit eorum, quæ ingruente paroxyfmo ei contigerunt, fenfufque omnes aboleri.


Nonne convulfionem a repletione, ab inanitione mufculorum oriri cenfendum eft?] Celebris fuit apud Antiquos convulfionis diftinctio in eam, quæ ex repletione fit, & aliam quæ ex inanitione, cui occafionem dedit Hippocrates aph. 39. fect. 6. *Convulfio vel a repletione fit, vel inanitione, ita vero & fingultus.* Quod Hippocratis effatum interpretum ingenia plurimum torfit. Galenus hunc explicans aphorifmum in eam venit opinionem, ut crederet inanitionem, & repletionem immediatam nervorum intelligendam effe: inanitionis autem, & repletionis nervorum remotiorem caufam affignat, eorum nempe exficcationem, & humectationem, exiftimans vel nimio humore repleti illi fint, vel exfucci, contrahi nimium, & convulfionem parere. Id quod illuftrat exemplo chordarum, quæ tam humido aere turgidiores factæ, quam ignis calore extenuatæ breviores fiunt, & contrahuntur. Ut tamen fatis effet momenti in Galeni argumento, oporteret motum animalium a nervis exoriri. Quod negant uno ore hodie maxime celebres Medici, quos ipfi in præfens fequimur, exiftimantes motum animalium a fibris mufcularibus, tamquam ejus inftrumentis pendere: deinde a fpiritibus animalibus, & fanguine in eafdem fibras confluentibus (vel in rhomboidales cellulas divifæ eæ fint, ut vult Borellus, vel in ovales, ut vult Bernoullius) eafque inflantibus, ac breviores facientibus, tamquam a caufa efficiente proficifci. Cum autem convulfio ab eadem caufa repetenda fit, a qua ma-

motus naturalis animalium, ſi hæc præter animæ imperium, & naturæ ordinem operetur, convulſionem a nervis contractis exoriri perperam judicaſſe Galenum, tam manifeſtum eſt, quam quod manifeſtiſſimum. Et ſane magna, ac fere incredibilis vis requiritur ad motum animalium efficiendum, quæ nervis tribui nullo modo poteſt. Ad hujuſce rei ſtatum melius intelligendum nonnulla exponenda ſunt de vectium ratione. Triplex igitur vectis genus conſtituunt phyſici. Quem mox deſcribimus, vectis primi generis eſt. Si puncto I ſupponatur fulcrum græco nomine hypomoclium dictum, ſive alio quovis modo teneatur punctum I immobile, atque interim extremo A ſuperimponatur v. gr. pondus aliquod; alteri extremo B applicetur manus, quæ punctum B deorſum trahat (vires adhibitæ ad extrema A, & B



dicuntur potentia una, reſiſtentia altera; potentia quidem, quæ adhibetur ad vincendam alteram, reſiſtentia vero, quam vincere volumus) pondus, & manus in æquilibrio erunt, ſi vis ponderis erit ad vim manus, quemadmodum B. I ad I. A: quo apparet vel minimam manus vim poſſe cum quolibet vel maximo pondere æquilibrari. Poteſt enim diſtantia I A quam minima conſtitui ad diſtantiam I B. Quod ſi manus vim aliquanto majorem adhibeat, quam ad æquilibrium poſtulatur, vincet reſiſtentiam ponderis, ac pondus ipſum ſurſum evehet.

Alterum vectis genus eſt cum fulcrum ſupponitur uni extremo A, ſive quovis modo extremum A tenetur immobile, atque interim vires duæ in diverſa trahentes applicantur ad puncta I & B; fiet enim æquilibrium, ſi vis applicata ad I erit ad vim applicatam puncto B, quemadmodum eſt reciproce diſtantia A B ad diſtantiam A I. Quo apparet minorem in puncto B vim requiri quam in puncto I. Quod ſi vis applicata in puncto B habeatur pro potentia, vis vero applicata in puncto I habeatur pro



reſiſtentia, ſic quidem ut reſiſtentia ſita ſit inter fulcrum, & potentiam, vectis dicetur ſecundi generis, in quo dicitur potentia validior fieri.

Contra vero ſi habeatur pro potentia vis illa, quæ applicatur puncto I, & pro reſiſtentia vis illa, quæ applicatur puncto B vectis dicetur tertii generis, in quo dicitur validior fieri reſiſtentia. Quod quidem vectis genus nullius uſus eſt Mechanicis, cum ad elevandum minimum pondus vis fere incredibilis requiratur. Obſervationibus autem Cl. Borelli de motu animalium compertum eſt, vectes animantium eſſe vectes tertii generis, ita ut ad elevandum v. gr. pondus, quod eſt in brachio, vel pede, ſumma, atque incredibilis vis requiratur. Ne autem tanta vis inſit nervis facit potiſſimum, quod nervi exigui ſunt, & maxime molles, a molliſſimo principio incipiunt, & in molliſſimum terminum deſinunt. Quid enim ſpinali medulla, vel cerebro, quid carnibus mollius? in has nempe deſinere, ab illis incipere nervos perſpicuum eſt. Huc accedit rationi quidem conſentaneum eſſe contrahi nervos cum nimio humore referti ſunt, minime tamen cum ſunt exſucci. Quapropter licet Galenus exemplo chordarum muſicalium, quæ humido aere turgidiores fiunt, præclare oſtendat, quomodo nervi nimio humore referti contrahantur, brevioreſque fiant; falſum tamen eſt eoſdem exſiccatos breviores fieri. Ecquis enim neſciat chordas exſiccatas elongari? Et quamvis officere nobis videatur memorata illa chordarum muſicalium ad ignem extenuatio, atque ariditas, qua contrahuntur, ecquis in vivis animantibus idem contingere exiſtimet? Sed ne diutius quam par eſt in hac diſqui-

disquisitione immoremur, de inanitione, & repletione immediata nervorum loquutum non esse Hippocratem, sed de inanitione, aut repletione vasorum sanguineorum, & totius corporis ostenderunt viri clarissimi Prosper Martianus, ac Bellinus. Ac de inanitione quidem res adeo manifesta est, ut in dubium vocari non possit, idque satis clare colligitur ex aliis ipsius Hippocratis locis. Quid enim significare voluit 3. aph. set. 5. ubi habet: *A copioso sanguinis fluxu singultus, aut convulsio malum*: & aph. 4. *A superflua purgatione singultus, aut etiam convulsio malum*: Et primo aph. 5. *Convulsio ab helleboro lethalis*, quam convulsionem ab inanitione universali repetendam esse? Parcant tamen viri præstantissimi, si in hanc omnino non eo sententiam, cum docent hanc pro proxima, & immediata convulsionis causa habendam esse. Quæ enim inanitio vasorum sanguiferorum, ac corporis universi, dum homo ab animi graviore pathemate, ira, timore, meningum vulnere, punctura, nervi alicujus sciſsione improviso in gravissimas convulsiones adigitur? Quid aliud conjectare liceat in ejuscemodi convulsionibus, quam perturbatum, irregularem spirituum animalium, nerveorumque filamentorum motum, ut plus spirituum influat in unum musculum, quam in antagonistam? Quod ubi contigerit, nemo est, qui non videat, quædam vasorum sanguiferorum in musculos tendentium extrema oscula constringi debere, quædam dilatari magis, quam naturæ ordo postulat, per hæc plus sanguinis in easdem fibras confluere, per illa parcius, interdum ejusdem liberum excursum omnino intercipi, sicque quosdam musculos spiritibus, & liquido arterioso uberius influentibus inflari, tendi, quosdam utriusque liquidi influxu destitutos exinaniri, flaccescere, relaxari. Cum autem citra voluntatis imperium, & naturæ leges id contingat, manifestum est naturalem etiam musculorum motum perverti debere, atque animal convulsionibus exerceri. Quo magis patet convulsionis causam proxime, & immediate non ad repletionem, aut inanitionem particularem nervorum, ut Galenus arbitratus est, neque ad universalem, ut Martianus, & Bellinus voluerunt, sed ad repletionem, aut inanitionem particularem musculorum referendam esse. Hæc fere Cl. Pitcarnii sententia est, qua nihil a Medicis ingeniosius, atque verosimilius dictum. Ea porro hujusce sententiæ præstantia est, ut quotquot a Medicis excogitatæ fuerint, ad eamdem reduci facili negotio queant. Huc tantopere a Medicis decantata irritatio, ut nullam præter eamdem convulsionis causam agnoscant, huc plenitudo, vel inanitio universalis sanguinis, verbo dixerim omne id, quod vellicando, premendo; aut vi expansiva, aut alia ratione spiritus animales in motum inordinatum, & irregularem agere potest.

III. *Perversa Cerebri structura, vel atonia, cui conjungitur seri, lymphæ &c.*] Vel Cerebrum in hoc morbo primario afficitur, tum spiritus animales; vel primum spiritus animales, tum Cerebrum, vel demum aliæ partes cum cerebro consentientes. Ad vitia Cerebri primario affecti referuntur perversa ipsius structura, aut atonia, quo fit ut humorum circuitus per exilissima vascula ejusdem substantiam mirifice perreptantia perturbetur, multa seri, lymphæ, aut alterius humoris copia in eodem colligatur tandiu innocua, quandiu ea acrimoniam nanciscatur, qua nerveæ Cerebri fibrillæ vellicentur, punganturque, unde spiritus animales in motus inordinatos; & turbas adacti in musculares fibras cæco impetu irruentes convulsivos motus excitent. A seri, lymphæ, aut alterius humoris in cerebri substantia tam medullari, quam corticali collectione Epilepsiam exoriri confirmant sectiones cadaverum eadem interemptorum, quibus compertum est plerunque cerebri ventriculos aut materia viscida, aut sero acri repletos, aut compressos fuisse. V. Harderus obs. 34. Willisius lib. de morb. convulsivis. Hippocrates ipse, (*a*) cum capras, & pecudes, aliaque animalia hoc morbo frequen-

(*a*) *Lib. de morb. sacr.*

quentiſſime premi deprehenderit, horum cerebrum humidum, & copioſo humore refertum, & male olens apparere teſtatus eſt: indicio manifeſtiſſimo in cerebro horum animalium adeſſe ſerum, lympham, alioſque iſtiuſmodi humores, qui mora in eodem facta corrumpuntur, & qua vellicando, qua premendo ſpiritus animales in motus inordinatos, ac confuſos agunt. Cauſam hujuſce phænomeni mechanice, & ingenioſe tradidit divinus Cous loc. cit. dum inquit: *Sacer morbus fit, cum obſtructiones multis modis circa venas contingunt, & ſanguinis motus prohibetur, atque alio quidem loco conſiſtit, alio lentius penetrat, alicubi autem citius*. Quod tunc maxime affirmari poſſe cum Cerebri ſtructura perverſa ſit, vel atonia peccet, manifeſtius quidem eſt, quam ut ullis rationibus poſſit comprobari.

Terrores, animi graviora pathemata, imaginatio fortis &c.] Ad vitia ſpirituum primario affectorum, quæ poſtea cerebro communicantur, pertinent in primis terrores animi &c. Neſcio an uberius, quam ab hoc fonte Epilepſiæ maxime in tenellis enaſcantur. A forti enim timore in inordinatum motum, ac turbas aguntur ſpiritus animales, ac cæco impetu per ſubtiliſſimos, ac tenuiſſimos cerebri ductus, ac meatus irruentes certas ſibi ſemitas, & quidem præter naturæ ordinem parant, quoſdam meatus aut conſtringendo nimis, quam par eſt, aut dilatando, per ampliores plenius, & uberius, quam per anguſtiores fluentes, fibras inæqualiter tendunt, hinc convulſivos motus excitant. Dum hæc fiunt vaſorum ſanguiferorum, ac lymphaticorum, fortaſſe etiam minutiſſimarum glandularum, canaliculorum ſtructuram perverti, mutarique contingit, liquidorum circuitum perturbari, alicubi ſubſiſtere, atque eam acrimoniam acquirere, qua certis temporibus nerveæ fibrillæ vellicentur, varie, inordinateque concutiantur, ac ſpiritus animales, non ſecus ac fera per ſylvam, eaſdem vias remetientes in vehementes turbas abeant, unde vera Epilepſia. Novi mulierem, quæ ob inopinatam auditam vocem, ipſius matrem Apoplexia forti extemplo mortuam fuiſſe, convulſionibus illico correpta eſt graviſſimis, quibus poſtea non adeo convaluit, quin ſingulis fere menſibus bis, terque Epileptico inſultu premeretur. Eamdem fere obſervationem habet Platerus lib. 1. ut mittam quod narrat Baglivus de medendis animi morbis, vidiſſe ſe juvenem graviſſimis correptum convulſionibus, propterea quod hominem inſpexerat, qui Epilepſia correptus humi intorquebatur. Ab aſpectu rei alicujus, quæ horrorem, aut ferociam inducunt, veluti illorum, qui ob criminationum, pœnarumque acerbitatem publico ſupplicio committuntur, pueri maxime, & fœminæ ſimili morbo infeſtantur. Salubre propterea conſilium pueros ſeverioris diſciplinæ inſtituto tenerrimæ ætati haudquaquam conveniente minime pertractare, nec vociferationibus inſuetis, rei horrendæ apparatu eos terrere. Dici enim vix poteſt quanta ſit vis fortis imaginationis, maxime in pueris, & fæminis, quorum cerebrum molliſſimum eſt, ac tenerrimum, ad ſpirituum animalium motum concitandum, nervorum, ac cerebri ejuſdem ſtructuram pervertendam, atque abhinc prodeuntes graviſſimos affectus excitandos. Si gravida ſit mulier, ac forti imaginatione, ac terrore corripiatur, fœtum ipſum in utero graves moleſtias pati compertum eſt. Qua de re vid. memorabilis caſus in M. C. Dec. 2. an. 10. obſ. 18. Mirabile autem prorſus eſt gravidis exiſtentibus mulieribus, atque inopinato motu perculſis a cauſa aliqua extrinſeca, maculas fœtibus quandoque imprimi ejus rei, quæ inopinato motui, fortique terrori impetum dedit. Ita ex matre ob incendium in Urbe inopinato motu perculſa, natum filium bihorio tantum viventem, cujus totum ſiniſtrum latus a capite uſque ad calcem colore flammeo conſpiciebatur, memorant M. N. C. Dec. 1. an. 2. obſ. 83. De vi fortis imaginationis in gravidis, deque ſtupendis phænomenis, quæ in infantibus ab eadem enaſcuntur plu-

ra videfis apud Thom. Fienum *de viribus imaginationis*, Schrad. *difp. de viribus imaginationis materna in fœtum*, Harderum Apiarium. *ad An.* 1. *Decur.* 3. *Mifc. obf.* 117. aliofque, quorum meminit Frid. Hoffmannus *Dif. de morb. fœtuum in utero materno*. Elegantiffimum locum qua ratione ex terrore quidam delirare, & fpectra videre poffit, vid. apud Hippocratem fect. 5. p. 125. A fola vehementi imaginatione præfentis peftilentiæ, pefte plures effe correptos hiftoriæ, & obfervationes, quæ extant apud Helmont. in tumulo peftis; Diemerbroech. *in tract. de pefte*, Pechlinum *lib.* 3. *obf.* 13. teftantur. Pechlinus ipfe *obf.* 23. *lib.* 3. *& M. N. C. Dec.* 2. *an.* 4. folo afpectu variolarum eumdem morbum provocatum memorat. Plures hiftor. vid. in Malpighio *obf. de polyp.* Mæbii *inftitutionibus lib.* 7. *M. N. C. Dec.* 2. *an.* 9. *obf.* 18. *Raygero obf. med.* 60.

Ventriculi, & cæterorum imi ventris vifcerum affectiones, contufiones vulnera &c.] Summam, atque admirabilem effe connexionem inter nervofas partes, ita ut una affecta, aliæ quoque licet longe diffitæ afficiantur, manifeftum eft. Si igitur extremitates nervorum in aliqua parte vellicentur, varie, inordinateque concutiantur, cerebrum quoque in confenfum trahi contingit, fpirituum animalium motum concitari, perturbarique, unde convulfivi motus. Illud autem hoc loco animadvertendum eft, cum partes longe a cerebro diffitæ afficiuntur, fpiritus in inordinatos quidem motus abire, non tamen adeo vehementes, ut cerebri ftructura perverti valeat. Atque in hoc quidem potiffimum fita eft differentia Epilepfiæ, quæ fit a vitio fpirituum primario affectorum, ab illa, quæ a vifcerum longe a cerebro diftantium affectionibus enafcitur, quod in illa cerebri ftructura a fpiritibus in vehementes turbas abeuntibus pervertitur, in hoc falva ut plurimum, atque incolumis fervatur. Inter eas partes, quæ cum cerebro fummam, atque admirabilem communicationem habent, eminent ventriculus, inteftina, cæteraque imi ventris vifcera. Ita in doloribus capitis, deliriis, convulfionibus, Clifteribus emollientibus injectis, fomentis ventri applicatis, ægros multo melius fe habere, atque interdum perfectiffime convalefcere videmus: indicio fatis manifefto inteftinorum, ac vifcerum imi ventris fibris relaxatis, per nervorum communicationem cerebri quoque fibras relaxari, ac demulceri. Quapropter minus mirari fubit ventriculo e. gr. cruditate acida, vel nidorofa laborante, hepate, liene, pancreate, cæterifque imi ventris vifceribus, acribus, atque irritantibus fordibus in iifdem congeftis, atque nervorum extremitatibus convulfis, cerebrum quoque in confenfum trahi, idemque varie, atque inordinate concuti, unde Epilepfia. Idem plane dictum velim, fi vermes in inteftnis exiftant, atque eorumdem tunicas rodant, fi Mæconii in pueris retentio adfit, fibrafque nerveas afficiat. A contufionibus, vulneribus, ulceribus cæteras nervofas partes afficientibus pari ratione Epilepfiam procreari manifeftius quidem eft, quam ut ullis rationibus poffit comprobari.

IV. *Orta hinc divifio Epilepfiæ in idiopathicam, & fympathicam. Idiopathica quidem fi &c.*] Quotiefcumque a Cerebri vitio Epilepfia exoritur, five id contigerit, quod perverfa primo fit ejufdem ftructura, mox fpiritus animales in turbas acti; vel primario affecti fint fpiritus, atque inde vitium folidis partibus impreffum, & in iifdem confirmatum, dicitur Epilepfia fieri per effentiam, feu idiopathica; per confenfum vero, feu fympathica, tunc cum aliæ partes afficiuntur, a quibus inde Cerebrum in confenfum trahitur. Ex quo colligitur perperam judicaffe Galenum tres hujufce morbi fpecies ftatuendas effe: alteram nimirum, in qua læfum eft Cerebrum, alteram, in qua ventriculus, tertiam demum, in qua aliæ partes. Cur enim Epilefia, quæ fit vitio ventriculi differat ab Epilepfia, quæ aliarum partium vitio enafcitur omnino non video, fi utriufque eadem fit caufa, convulfio nempe

in

in extremitates nervorum inducta, indeque ad Cerebrum usque perducta, tenuissima ejusdem filamenta varie, atque inordinate concutiens, ac spiritus animales in turbas agens. Quamquam vero de Epilepsia sympathica non eadem fuit apud omnes sententia. Veteres enim opinabantur Epilepsiam, aliosque convulsivos morbos sympathicos a fumis, aut vaporibus, aura venenata a stomacho e. g. aut aliis partibus ad Cerebrum ascendentibus oriri. Quam quidem opinionem suis temporibus vigentem eradicare conati sunt Recentiores Medici. Quæ enim recta via, aut si libet anfractuosa a ventriculo, cæterisque inferioribus partibus ad cerebrum? An per nervos, per vasa sanguifera? Arduum primo, atque insolens explicatu est, quomodo insinuari in eadem valeant, deinde si insinuentur, nulla apparet ratio, propter quam vasa liquido nerveo, aut sanguine plena, eidem auræ, fumis, aut vaporibus viam non præpediant. Sed fumi, vapores per certas vias a natura comparatas Medicis fortasse ignotas ad cerebrum ascendant; qui fieri potest, amabo te, ut a vulnere recenter inflicto vapor ad cerebrum ascendat, qui veneni vim habeat, ac nerveas ejusdem fibrillas vellicare, varie inordinateque concutere, spiritus exagitare, atque in vehementes turbas possit ciere? Quæ potissimum effecerunt, ut fumis, ac vaporibus explosis ad credendum vehementer adducerentur plerique, acres irritantesque sordes, quæ in visceribus, ac partibus longe a cerebro dissitis congeruntur, in minutissimos nerveos tubulos sese insinuare, spiritibus immisceri, eorum crasim vitiare, atque in motus inordinatos, ac violentos agere: Si forte turbæ in extremitates nervorum excitatæ ad Cerebrum usque perducantur, somnos perturbatos, vertigines, tremoresque primum inducere, mox si vehementius operentur, varias, atque inordinatas membrorum concussiones cum sensuum externorum, internorumque læsione progignere. Multo facilius rem expedivissent, asserentes in partem affectam convulsionem excitari, spiritus animales in motus inordinatos, atque irregulares agi, unde inordinatæ membrorum contractiones, atque Epilepsia. Sive enim acres, vellicantesque particulæ in affectis partibus subsistant, sive quædam nervea filamenta scindantur, in inordinatos motus cieri tam certum est, quam quod certissimum. Cum e contra in priore sententia suppositionibus opus sit non paucis, acres scilicet, vellicantesque particulas in nervos sese insinuare, tum spiritibus misceri, tandem eorumdem crasim vitiari, quæ omnia cur momento fere temporis fieri possint, arduum, atque insolens explicatu est.

Ortus a parentibus simili morbo infectis.] Epilepsia vel congenita est, vel post ortum homines invadit. Si congenita est, hæreditaria appellatur ob id potissimum, quod a parentibus in prolem ejusmodi morbosa constitutio derivatur. Qui hæc fiant docere visus est Hippocrates ubi ait: *ex pituitoso pituitosus, ex bilioso biliosus gignitur, ex tabido tabidus, & ex lienoso lienosus.* Semen nempe genitale ab omnibus corporis partibus procedit, a sanis sanum, a morbidis morbosum. A morboso autem ea in fœtus formatione solidarum partium fundamenta jaciuntur, ut viscera quæ in parentibus affecta fuerunt, in filiis quoque simili vitio affecta proveniant. Quod ubi contigerit, manifestum est filios iisdem morbis obnoxios esse debere, quibus obnoxii fuerunt parentes.

Assidua, atque immodica studia.] Quod si post ortum homines corripiantur Epilepsia, causæ remotiores eæ sunt, quæ insignem debilitatem, & atoniam in nerveas Cerebri partes inducere valent, vel humores ita alterare, ut in cerebro congesti, atque ibidem hærentes ejusdem nerveas fibrillas vellicent, ac spiritus animales in turbas agant. Primum efficiunt assidua, atque immodica studia. Dici vix potest quantum flaccescant fibræ, quæ diu, violenterque tensæ manent. Diu autem tensas manere in iis, qui assiduis, atque immodicis studiis

deti-

detinentur manifesta res est. Narrat Hoffmannus se vidisse juvenem, *qui quoties attentius litterarum studiis incumbendo memoriam, & ingenium fatigabat, toties momentanea quasi Epilepsia, cordis palpitatione, spirituum distractione, atque ecstasi corripiebatur. Ad studiorum vero remissionem placide semper se habebat.*

Longior mora in locis calidis, exercitationes &c.] Spirituosas, ac volatiles, tenuioresque sanguinis particulas præ insigni aeris calore exhalare e corpore manifesta res est. Hinc est languidos, ac vix corpus sustentare homines posse, dum fervidior urget tempestas. Quid si in locis calidis longior fiat mora? Solidas nimirum partes laxari contingit, humorum circuitum perturbari, in Cerebro subsistere, atque eam acrimoniam acquirere, qua spiritus animales in vehementes turbas agantur, unde Epilepsia. Ab exercitationibus violentis, ac diuturnis relaxari majorem in modum, ac flaccescere universi corporis fibras contingit, tenuiores sanguinis partes, mobilioresque dissipari, crassiores, salinasque remanere, sanguinem atrum, crassum, terrestrem, vel ablata congrua partium miscella, aquosum evadere, unde vasorum Cerebri obstructiones, vel feri effusiones facile subsequantur.

Vini abusus, immoderata Venus.] Nihil fere, quod nervis magis infestum sit, quam vinum. Quamvis enim molle, ac lene, oleosisque particulis plurimum fœtum, acidas tamen, tartareasque continet, quæ ubi in massam sanguinis pervenerint, ejusdem crasim pervertunt, ad fluendum imparem reddunt, unde Cerebri obstructiones facile contingunt, circa nervorum principia irritationes, hinc variæ, inordinatæque nerveorum filamentorum concussiones, atque convulsivi motus: Si de immoderata Venere sermo sit, apte inquit Celsus lib. 1. cap. 1. ------------ *In omnibus nervorum morbis immodica Venus evitanda est, utpote ceu parva Epilepsia non tantum debilitat, sed & spiritus ad inordinatos subsultus, & spasmodicas contractiones adsuescit.* Id quod non aliunde repetendum esse crediderim, quam ex eo quod deficientibus in massa universi sanguinis, humorumque oleosis, volatilibus, spirituosisque particulis salinæ exaltantur, & a reliquarum nexu facile secedunt, hinc nerveas fibrillas vellicando, ac pungendo Epilepsiam valent procreare.

Scabies, tumores retropulsi, fonticuli, ulcera incaute suppressa.] Gravissimos capitis morbos a tumoribus retropulsis, ulceribus incaute suppressis exoriri observationes Cl. virorum testantur. Ita Riedlinus in lin. med. an. 1696. Mens. Maj. obs. 1. narrat de ancilla, quæ sordidissima scabie laborans post inunctionem bis factam Epilepsia correpta est. Id ipsum Riverius affirmat cent. 3. obs. 8. Binos infantes per manantia capitis ulcera ab Epilepsia liberatos, iisdemque improvide siccatis, diris item convulsionibus vexatos testatur Tulpius obs. lib. cap. 8. Eumdem morbum ex ulcere in crure consolidato invasisse, eodemque rursus aperto cessasse memorant Amatus Lusitanus Cent. 2. hist. 6. Bartholinus cent. 3. hist. 20. Hildanus cent. 2. obs. 10. M. N. C. Dec. 3. An. 2. obs. 29. Lentilius Misc. Part. 1. Neque hujusce rei judicium in arcto. Siquidem retenta in sanguine materie, quæ alias evacuari debuisset, & per emunctoria naturæ parata extra corporis confinia educi, serum ac lympham ejusdem vitiari majorem in modum contingit, crassis, viscidis, simulque acribus, ac vellicantibus particulis referri, quæ propterea ad Cerebrum delatæ, accedente aliquo cerebri ipsius vitio facile subsistunt, hinc qua vellicando, qua divellendo, atque ipsa filamenta nervea altius penetrando spiritus animales in violentas turbas agunt, hinc convulsivi motus, atque Epilepsia. Alias historias eorum, qui materia podagrica retropulsa, aut similibus de causis in gravissimos capitis morbos inciderunt vid. in Riverio cent. 3. obs. 85. Sim. Paulli quadrip. Botan., in M. N. C. D. 1. An. 1. obs. 58. Dec. 2. an. 8. Mæbio in institut., Sennerto prax. Med.

Med. p. 3. f. 2. c. 24. Forefto lib. 1. obf. Wepffero in lib. de Apoplexia: Ex quibus liquido conftare arbitror peffime ægrorum incolumitati confulere, qui in cutaneis excretionibus, fcabie, pfora, & fimilibus unguenta, olea, lotiones retropellentes adhibendas fuadent; maxima etiam opus effe cautione in doloribus podagricis fedandis, leniendifque, ne materia morbifica ad interiora delata longe periculofiorem ftatum, quam in externis artubus inducat, ut egregie demonftravit Drauvizius tract. de Scorbuto. Conftat præterea emiffaria arte facta, aut morbo aliquo, cujufmodi funt fonticuli, fetacei, fiftulæ, ulcera, atque alia id genus, quæ materiam fucci nutritii continenter exhauriendo tabem progignunt, tollenda quidem effe, fummopere tamen cavendum, ne fubito, & non præmiffa inquinati fanguinis expurgatione in totum claudantur, ne tabem præcaventes ex defectu fucci nutritii, aut Apoplexiæ, aut Epilepfiæ, aut gravioribus morbis anfam præbeamus, ut præ cæteris oftendit Cl. Mortonus in fua phtifiologia.

Cruftæ lacteæ in infantibus, ichorumque per aures effluentium impedita excretio.] Infantibus illud maxime familiare eft, ut crufta quadam totum fere corpus, caput præfertim, ac faciem deturpante lactea dicta vix nati corripiantur. Oriri ea communiter reputatur, cum maffa fanguinis pravis excrementis, recrementifque referta eft, ob pravam alimenti qualitatem a Nutrice fuppeditati in eamdem invectis, quæ cum naturæ molimine per poros cutis excernuntur, cruftam illam efficiunt, quæ valetudinem infantum tueri valet. Solent etiam in pueris ichores per aures copiofiffimi excerni. Si forte tales excretiones fupprimantur, & recrementa, quæ alias evacuari debuiffent, in fanguine retineantur, atque in Cerebro aliqua de caufa fubfiftant, qua premendo, qua vellicando nervea filamenta, atque fpiritus animales in turbas agendo Epilepfiæ producendæ opportuniffima exiftunt.

Lactis in ftomacho coagulatio, corruptio, dentitio difficilis &c.] Innumera fere funt mala, quæ a lacte in ftomacho corrupto, & coagulato excitantur. Vertigines, fyncopes, cardialgias, cholericas paffiones interdum lethales teftis eft Avicennas lib. 4. Fen 6. tr. 3. fect. 96. Ventriculum opprimi, caput vaporibus repleri Matthiolus com. in Diofcor. lib. 2. cap. 64. Sudorem frigidum, fuffocationis periculum, ac recurrentes crebro lipothymias Henricus ab Heer obf. 15. Defectiones animi, atque alia horrenda fymptomata Ballonius in lib. 2. epid. p. 211. Pondus grave cum dolore circa præcordia, ac vomitu fuperveniente ftrangulationem Amatus Lufitanus cent. 6. cur. 56. ut alias mittam obfervationes in M. N. C. D. 2. an. 9. obf. 64. nec non a Dodonæo c. 17. a Forefto lib. 8. obf. 13. aliifque relatas, qui propterea lactis coagulum veneni ad inftar hominem lædere, affirmare non dubitarunt. Si forte gingivæ, priufquam dentes erumpant, adeo duræ, craffæ, & firmæ evadant, ut eruptioni valde refiftant, vel dentes ipfi folito grandiores fint, in eruptione extremitates nervorum illas perreptantium divelluntur, fpiritufque animales facile exagitantur, atque in turbas aguntur, hinc non raro convulfivi motus, epilepfiæ.

Vel eruptorum jam dentium vehemens dolor &c.] Quæ Symptomata non excitat eruptorum jam dentium dolor etiam in adultis, & fenibus? Memorabile eft, quod narrat Tulpius lib. 1. cap. 36. de Sene quodam Medico, cui dentes erumpere cæperunt, quorum eruptionem cum incifis gingivis ope fcalpelli promovere voluerit, dolore correptus eft eo ufque increfcente, ut febre, vigiliis, ac delirio infigni fuperveniente dies, noctefque per conclave præ furore difcurrere coactus fuerit, priufquam truculentiffimo dolori finem mors impofuerit. Hildanus vero cent. 2. obf. 12. *Novi*, inquit, *qui ex nimiis dentium doloribus facti funt Epileptici, alii vifum amiferunt, alii vifum duplicatum acquifiverunt.*

Quod

Quod poftremum confirmatum legimus a Cl. Rayero in M. N. C. D. 1. An. 8. obf. 62. Dum Epilepfia ab hifce caufis exoritur, per confenfum fieri, feu fympathice luce clarius apparet.

Omnia quæ hypochondriacæ affectioni producendæ paria funt &c.] Epilepfia homines frequentiffime exercens, ac fympathica a vifcerum imi ventris functiones fuas non rite obeuntium vitio exoritur. Hæc Hypochondriacis maxime familiaris eft, in quibus chylificationis opus depravatum eft. Quæ igitur affectioni hypochondriacæ producendæ paria funt, eadem & Epilepfiam progignere poffe tam notum eft, quam quod notiffimum. Huc pertinent cibi excrementitii, nimius efus fructuum acidorum, aufterorum, coctu difficilium, vel horæorum, lactis ingurgitatio cum vino, aceto, & fimilibus ejufdem coagulationem promoventibus, alijfque id genus, quorum fuis locis accuratior habebitur defcriptio. Illud interim hoc loco animadvertendum eft, ejufcemodi caufas non folum Epilepfiam excitare, quod acres vellicantefque fordes in primis viis generando, extremitates nervorum eafdem perreptantium in fpafmos agant, fed chylum quoque depravando, qui propterea ubi in maffam fanguinis pervenerit, eumdem inquinat, unde in cerebro ftagnationes, obftructionefque præternaturales contingunt Epilepfiæ idiopathicæ impetum daturæ.

VI. *Rarum eft homines Epileptico ingruente paroxyfmo in terram concidere &c.*] Plerique Veterum tres Epilepfiæ differentias affignabant: aliam quidem, in qua fenfus tantummodo abolentur, motus vero qualis dormientium remanet; alteram, quæ variis motibus corpus exagitat; tertiam denique ex utriufque commixtione conflatam. Priorem multi negant judicantes ad foporofos potius affectus referendam effe. Avicennas tamen Arabum Medicorum facile princeps opinionem hancce confutavit difcrimen afferens, quod intercedit inter foporofos affectus, & Epilepfiam: illorum enim eft ægrum periodico recurfu minime exercere; hujufce vero per intervalla, & periodice recurrere. Quare fatius vifum fuit priores fequi, Epilepfiam in gradus quafi quofdam dividentes, quibus differat inter fe, & alios affines morbos. Neque vero perpetuo neceffarium duxerim, ut fpiritus animales in vehementes turbas abeant. Quid enim, fi caufa morbi levius operetur? Conftrictis nimirum quibufdam ductibus, ac meatibus, unde fpiritus feparantur, æqualem eorumdem, atque ordinatum influxum prohiberi contingit, nonnullas partes eodem deftitutas vacillare, & corpus corruere, nulla hinc convulfione, vel infenfibili tantum fubfequente.

VII. *Si æger in terram concidens variis corporis gefticulationibus afficiatur, &c.*] Quod fi caufa paulo validius operetur, ac non folum tenuiffima Cerebri filamenta convellantur, fed incongruæ, acres, vellicantefque particulæ in medullares fibras exprimantur, altiufque penetrent, nerveumque fluidum inficiant, eas turbas excitari debere, quæ corpori varie, inordinate, vehementerque concutiendo pares fint, manifeftiffima res eft. Qui Epilepfia iftiufmodi, convulfionibus, horrendifque ftipata fymptomatibus premuntur, a Dæmonibus premi, atque exagitari videntur. Qua de re vid. Epift. Cl. Friend. in tr. ph. Angl. Idque multis ita effe creditur, quos videtur falfa quædam rei fpecies in errorem inducere. Cur enim fpiritus potius in vehementes turbas adactos, ac variam nervorum, inordinatamque concuffionem ea fymptomata excitare non putemus, quam Dæmones ipfos? Atque id fane multis de caufis videtur verofimilius. Concipere enim oportet humanum corpus non tamquam inertem quamdam machinam carne, nervis, arteriis, offibus confectam; fed ut Automa divino artificio conftructum, cujus partes omnes admirabilem inter fe communicationem habent, ut una affecta, altera quoque in confenfum trahatur. Unde egregie Hippocrates lib. de aliment. 5. 4. *Confluxio una, confpiratio una, confentientia omnia.* Præterea

terea magnam, ac fere incredibilem vim habere nervos, ac ſpiritus per ipſos excurrentes ad partes corporis movendas, atque elaterium, ac robur ipſarum variandum, nec non ad canalium diametros conſtringendos, aut laxandos, ad humorum motus, actioneſque ab ipſis pendentes multipliciter variandas: verbo dixerim naturam totam mechanicam eſſe, admirabilia prorſus, quæque omnem expectationem ſuperant potentiis ſuis ſæpius producere: unde perbelle poeta: *Novatrix rerum ex aliis alias reparat natura figuras*. Quæ ſi diligenter teneas, nullus dubito, quin genuinas cauſas quorumdam morborum inſolitorum, abditorumque, quos Helmontius Archæolos vocat, Hippocrates divinos, quique vago vulgi, Medicorumque maxime vulgarium rumore Dæmonibus, aut Sagis adſcribuntur, reddere ſatagas. Cujus quidem rei defenſionem nolim ita ſuſcipere, ut negem aperte multos, eoſque graviſſimos morbos a Dæmone oriri poſſe, ut plerique faciunt, qui nihil plane potentiæ in corpora diabolis concedunt, ſed ut caverent Adoleſcentes, ne falſa opinione adducti plus eiſdem tribuerent, quam par eſt. Quo loco fateor me juſtis laudibus æquare non valere, quæ tradidit Plutarchus in vita Camilli: *Talibus nimium credere, aut nimium diffidere periculoſum eſt, propter humanam infirmitatem, quæ fines non habet, neque ſui compos eſt, ſed fertur interdum quidem in ſuperſtitionem, interdum vero in neglectum, & contemptum rerum divinarum. Metus vero, & ne quid nimis optima ſunt*. Dum autem morbos producit Diabolus, eoſdem producit potiſſimum ſpiritus afficiendo, modo ſcilicet urgendo nimis, & in vehementes turbas, effræneſque impetus cogendo, modo eoſdem ſiſtendo: hinc eſt omnes morbos dæmoniacos vel ad perturbatum ſolidarum partium motum referri, vel ad eumdem cohibitum. Ad illos ſpectant variæ, eæque immanes corporis jactationes, circumvolutioneſque, Epilepſia, furor, aliique hujuſmodi morbi, quorum mentio fit in novo Teſtamento, eorumque originem Spiritus Sanctus Dæmoni adſcribit; ad hos vero linguæ aphonia, ſurditas, quæ a Dæmone producta fuiſſe teſtis eſt Sacra Scriptura. (V. Job. cap. 1. & 2. n. 6.) Animadvertendum eſt autem morbos dæmoniacos aliis extraordinariis indicijs, quæ in naturalibus morbis non viſuntur, ſe prodere in diverſis hominibus, diverſis. Ejuſmodi ſunt blaſphemationes, vaticinia, ſtupendum corporis robur, quo catenæ perrumpuntur, peregrinarum linguarum ſcientia, cum eaſdem nunquam audiverint, aut didicerint homines, qui talibus morbis premuntur, clavorum, vitri, acicularum, atque his ſimilium rerum cum graviſſimis, & horrendis doloribus ventris ex ore per vomitum excretio, plumarum ex oculo, crinium, acuum ex membro virili, auribus, utero. Quarum rerum hiſtoriæ accuratiſſime deſcriptæ extant apud pleroſque Medicos, Langium, Sennertum, Horſtium, Caſp. a Rejes, Camerarium, unum vero inſtar omnium Merklinum, qui ſexaginta memorabiles hiſtorias morborum Magicorum in unum collegit, & recenſuit. Confer. Frider. Hoffmanus diſſ. *de diaboli potentia in corpora*.

VIII. *Si ſubitum in terram caſum ſenſuum omnium intermiſſio comitetur &c.*] Validiſſime tandem operari morbi cauſam cenſendum eſt, cum corpus variis exagitatur motibus, atque ſenſus omnes abolentur. Non ſolum enim ſpiritus animales in vehementes turbas adacti cæco impetu hac illac irruentes in partes, quæ motui cum voluntario, tum naturali famulantur, violentas contractiones, motuſque effrænes excitant, ſed Cerebrum ipſum, illamque partem, qua utitur anima ad cogitandum, & ſentiendum ita concutiunt, ut inepta omnino evadat ad eos tremores ſuſcipiendos, quibus eadem ad quaſdam ideas, ac perceptiones excitabatur, hinc ſenſuum omnium intermiſſio.

Sibilus in gutture, ſingultus &c.] Reliqua ſymptomata, quæ in hac Epilepſiæ ſpecie plerunque obſervantur, ad nullam rem aptius referas, quam ad convulſio-

nem earum partium, quæ aut naturali, aut voluntario motu cientur. Ita fibilus in gutture non aliunde, quam a fpafmodica conftrictione tracheæ, & bronchiorum, unde ingreffus in pulmones aer, & anguftiore fpatio coercitus magna vi truditur, atque extra pulmones eijcitur, repetendus. Singultum nihil effe aliud, quam diaphragmatis, & partium refpirationi infervientium convulfionem neminem latet. Si fanguinis circulus in vafis capitis, & reliqui corporis, conclufis arteriarum extremitatibus, venarumque truncis, fubfiftat, faciem rubere, venas inflari, pulfum, & refpirationem intercipi tandiu contingit, quandiu remittente eadem, aut intermittente liber denuo redit fanguinis motus, unde pallet facies, flaccefcunt venæ, pulfus, & refpiratio reftituitur. Si convulfio faciem occupet, ejus contorfio contingit fpafmus cinicus dictus: fi oculos, oculorum, qui ftrabifmus, qui interdum etiam poft infultum Epilepticum, oculorum fitu perverfo, perdurat tefte Segero in M. N. C. De. 1. An. 3. obf. 162. Si maxillas, dentium ftridor, qui trifmus, fi labia, rifus fpecies, qui Sardonicus appellatur. Si laquei ad inftar collum conftringatur, & jugulum, impedito libero aeris ingreffu, egreffuque fuffocatio, linguæ exfertio; ex convulfione vero maxillarum, ejufdem morfus involuntarius. Si ventriculi orificia claudantur, aer intus contentus elatere fuo fefe expandens ftomachi inflationem parit, nifi ab retractione ejufdem convulfiva Abdomen verfus repetere velis. Si convulfio mufculis Abdominis accidat, & contenta intus vifcera, inteftina præfertim, & veficam vehementer premant, cum fpiritibus aliunde avocatis fphincter ani, & veficæ ipfius relaxetur, fæces, & urinæ involuntario exeunt. Sudor, ubi conftrictis univerfis cutis glandulis ferum iifdem contentum exprimitur, fpuma vero ab ore, & naribus, ubi ab æfophago, pulmonibus, feri ejufdem, ac falivæ copia eijcitur, eique mixtus aer in bullas elevatur.

Soluto paroxyfmo æger nihil recordetur eorum, quæ fibi acciderunt, tantummodo conqueratur de laffitudine artuum &c.] In tanta motuum perturbatione, quomodo anima comparare poteft motus fibrarum cerebri cum motibus, quos eædem fibræ fufceperunt ingruente paroxyfmo, eofque recognofcere? hinc nulla memoria eorum, quæ in paroxyfmo ægro acciderunt, remanet. Cum vero Cerebri, ac nervorum fubftantia molliffima fit, neceffario fequitur, ut poft violentas medullarium cerebri fibrarum, nervorumque his appenforum diftentiones, diftractionefque a fpiritibus animalibus in effrænes motus adactis, ac cæco impetu hac illac irruentibus, tenuiffima filamenta, quibus cerebrum, ac nervi ipfi conflati funt, infigniter debilitentur, unde poft paroxyfmum æger de laffitudine conqueratur, de dolore capitis &c.

Cum interim ejus vifus dum caput inclinat, & ad afpectum &c.] Non fimul ac paroxyfmus folutus eft, nervofum genus, ac fpiritus animales ad priftinum placidum, ac mitem motum redeunt: hinc fumma his adeft ad novas turbas difpofitio, atque ad fpafmos proclivitas. Quacumque igitur levi de caufa vel fola capitis inclinatione, multo facilius ad afpectum rerum circumactarum, aut excurrentium, profundi alicujus loci, commoventur fpiritus, exagitanturque, atque in tenuiffima filamenta nervos opticos conftituentia illabentes eadem inæqualiter tendunt. Hinc cum multi radii ab objectis in oculum miffi in eas partes incidant, quæ non fatis tenfæ funt, ac vigoratæ, vix ullam motionem in iifdem partibus, & fibrillis efficiunt, ficque vel nihil, vel languide percipiuntur, unde objectorum vifus perturbatio, aut obfcuritas.

IX. *Si mentis torpor, oblivio, vigiliæ, infomnia turbulenta, capitis dolor &c.*] Commodiffima ad praxim divifio Epilepfiæ eft in idiopathicam, & fympathicam. Illam quidem oriri fupra oftendimus a perverfa folidarum cerebri partium ftructura, aut atonia, quo fit ut lympha, ferum, aliique humores in Cerebro detinean-

neantur, qui vellicando, premendo, aut alia ratione nerveas Cerebri fibrillas afficiendo ſpiritus in turbas agant, atque convulſivos motus excitent. Priuſquam vero id contingat, nemo non videt varias diſtentiones ſequi debere ab humoribus ibidem aggeſtis, varias quoque, atque inordinatas concuſſiones, unde mentis torpor, oblivio, vigiliæ, inſomnia turbulenta, aliæque iſtiuſmodi affectiones ægrum continuo fere exerceant, imminente autem paroxyſmo quam maxime.

Ipſum advenientem æger minime percipiat, in idem latus perpetuo, & conſtanter incidat.] Cum morbi convulſivi a vitio cerebri exoriuntur communicato ſpiritibus animalibus, medullares Cerebri fibras, hiſque appenſos nervos prius affici debere, quam aliæ partes a Cerebro diſſitæ ullam offenſam habeant, manifeſtum eſt. Illæ propterea ſimul ac ſpiritus in vehementes turbas aguntur, aut ob convulſionem rigentes, aut ex uno in alium tremorem citiſſime, & momento fere temporis tranſeuntes ineptæ fiunt ad eos tremores ſuſcipiendos, qui alias animæ perceptionibus occaſionem præbebant: hinc fit ægro non advertente paroxyſmum Epilepticum invadere.

Rem confirmat obſervatio, qua compertum eſt eos, qui ob vitium in Cerebro aut apoplexia, aut epilepſia infeſtantur, in unum latus conſtanter incidere, ut ſi vitium ſit in dextero lobo Cerebri, amittatur motus, convellaturque pars ſiniſtra, ſi e contra vitium ſiniſtro lobo inhæreat, amittatur motus, convellaturque pars dextera. Hac de re plura vide cap. 1. de apopl. com. in aph. 9.

Certis Lunæ phaſibus, præſertim noviluniis &c.] Epilepſiam, quæ fit vitio Cerebri primario affecti, certis, ſtatiſque temporibus, præcipue noviluniis, ac pleniluniis periodos ſuas habere, obſervationibus cum multis, ac frequentibus, tum certis, ac conſtantibus compertum eſt. Rem ſane adeo arduam, atque explicatu difficilem, ut non deſint, qui eamdem prorſus abditam, atque incertam eſſe confiteantur. Si quid ego ſentio, in opinionem D. Gaſtaldii (*a*) pedibus quaſi iturus ſim, qui id potiſſimum ex eo contingere arbitratur, quod atmoſphæra tunc temporis magis premitur, qua propterea preſſione fit, ut ſpirituum impetus augeatur, ac fibræ Cerebri præternaturaliter tendantur, varie item, inordinateque concutiantur, unde Epilepſiæ, ac ſimilium morborum recurſus.

X. *Si nullis Cerebri primario affecti ſignis apparentibus auræ cujuſdam a partibus inferioribus &c.*] Opinio illa Veterum Medicorum exiſtimantium epilepſiam, quæ ab inferiorum partium vitio enaſcitur, fumis, aut vaporibus tribuendam eſſe, ob id potiſſimum confirmari viſa eſt, quod ſub fumi, aut auræ cujuſdam ſenſu ad caput aſcendentis ſe prodit; præterea quod ſi membrum affectum forti ligatura ligetur, Epilepſia facile præcavetur, indicio manifeſtiſſimo ejuſdem fumi, aut vaporis aſcenſum impediri. Quamvis phænomenon verum ſit, in cauſa tamen aſſignanda tam a veritate diſſentiunt, quam nos ab illis diſſentimus. Quod enim fumis, aut vaporibus ipſi tribuunt, convulſioni nervorum tribuendum eſſe alibi oſtendimus. Atque profecto nihil aliud efficit ligatura, quam ut ſpirituum animalium motus a parte affecta ad cerebrum intercipiatur, impediaturque, ne in cerebrum vi, ac impetu delati violentis, atque effrænibus motibus in univerſum corpus occaſionem præbeant. Priuſquam dicendi finem facio, ſilentio prætereundum non eſt, nonnullos artis obtrectatores, cum animadverterint eam eſſe conſenſionem omnium partium noſtri corporis, ut quavis male affecta, una omnes afficiantur, in eam opinionem veniſſe, ut crederent cerni nullo modo poſſe, in qua primo morbus inſideat, in qua per conſenſum, quæque cujuſque morbi origo ſit. Opinionem confirmant auctoritate Hippocratis aſſerentis, *principium corporis nullum eſſe, ſed omnia ſimiliter principium & omnia fi-*

V 2 *nem.*

(*a*) *Quæſtion. de Med. prop. par. Mar. Gaſtaldii &c. Memoir de Trev. Juin.* p. 1086.

nem. Quo dicto indicare voluisse interpretantur ex admirabili illa consensione omnium partium nostri corporis interclusam esse viam omnem ad pervestigandum, qui morbi sint singularum partium proprii, qui per consensum. Verum enimvero quanta in obscuritate versentur satis superque constare arbitror ex hactenus allatis signis, & notis unde Epilepsia idiopathica a sympathica internoscatur, ut alios mittam quamplurimos morbos, qui eadem ratione clare, ac perspicue cognosci possunt. Quid quod Hippocratis dictum perperam interpretati sunt? Nempe Hippocrates significantibus illis verbis: *Principium corporis nullum esse*, illud unum demonstravit, ut notat doctissimus Martianus in not. lib. de loc. in hom. n. 1. *nullam esse particulam nostri corporis, quæ ita sit aliarum principium, ut cæteris sanitatem, & ægritudinem faciat, cæteræ autem suas illi affectiones non transmittant.*

XI. *Contumax, ac diuturnus morbus est Epilepsia idiopathica, vix, ac ne vix quidem curationem admittens &c.*] Diversis in locis docuit Hippocrates Epilepsiam per ætatem sanari, ab hac vero non sanatam ægrius, vel nunquam tolli. Ita sect. 2. aph. 45. In juvenibus, inquit, *comitialium liberationem faciunt mutationes maxime ætatis, & aeris, & regionum, victuumque.* Sect. 6. aph. 7. habet: *Quibus Epilepsiæ ante pubertatem contingunt, mutationem accipiunt, quibus vero accidunt viginti quinque annos natis, ii plerunque commoriuntur.* Ut mittam quæ in eamdem sententiam tulit lib. prædict. art. 16. *Difficillime a morbo sacro liberantur, in quibus a puero contigit morbus, & simul ad virilem ætatem pervenit.* Galenus in com. aphoris. rationem reddere conatus est. Inquit enim: Epilepsia, quæ nascitur ante pubertatem, vel nascitur a vitio organico Cerebri, seu perversa ejusdem structura, vel ab atonia. Si primum contingat, incurabilis est; sin alterum, nisi tempore pubertatis, quo tempore insignes mutationes fieri solent in solidis partibus, robur videlicet, atque elaterem acquirendo curetur, multo minus post pubertatem, quo tempore mutationes nullæ fiunt, curari posse perspicuum est. Reliquum est igitur, ut post vigesimum quintum annum ægros ad mortem usque comitetur. *Plerumque* autem, inquit Hippocrates: multos enim etiam ex his sanatos fuisse observationibus practicorum, Riverii præsertim, compertum est. Mutatione ætatis mutationes fieri in solidis partibus aperte docuit Hippocrates ipse lib. de morb. sacr. art. 13. inquiens: *Postquam viginti anni præteriere venæ plenæ sunt, & Cerebrum magis compactum est, atque adstrictum: quare &c.* Caligulam Imperatorem hac ratione ab Epilepsia fuisse liberatum tradit Svetonius.

XII. *Sympathica facile interdum curatur, sæpe tamen &c.*] Cum in Sympathica Epilepsia neque perversa Cerebri structura, neque atonia ejusdem peccet, immo partes longe a Cerebro dissitæ afficiantur, sperandum est, correctis, eductisque acribus, ac vellicantibus particulis extremitates nervorum prædictas partes perreptantium in spasmos agentibus, ac nervoso genere firmato morbum debellatum iri. Si tamen morbus idem sæpius recurrat, graviorum, ac vehementiorum symptomatum satellitio stipatus, justus subrepit timor, ne aliquid etsi exiguum in ipsa Cerebri structura temporis progressu turbari cæptum sit, ut morbus, qui sympathicus est, idiopathicus evadat, quemadmodum crebris observationibus compertum est, tum maxime, cum juvenes corripit post pubertatem. Cum enim in his fibræ cerebrum, ac nervos constituentes satis firmæ, robustæque evaserint, nemo est, qui non videat magna, vehementique opus esse irritatione, ut varie, inordinateque concutiantur, convellanturque. Ubi autem insignis adsit irritatio, atque nerveæ Cerebri fibræ convellantur, fieri tandem potest, ut in Cerebro talis impressio remaneat, quæ certis statisque temporibus violentis, atque inordinatis spirituum motionibus, atque abhinc prodeuntibus con-

vul-

vulſivis motibus occaſionem præbeat.

XIII. *Sæpe in paralyſim, melancholiam, quandoque &c.*] Mirum fortaſſe alicui videatur Epilepſiam, cujus maxime proprium eſt violentis, effrænibuſque motibus corpus exagitare, in membrorum reſolutionem, ac paralyſim deſinere. Mirari autem deſinet, ſi illud vel leviter tantum mente volutaverit, acres, vellicanteſque particulas in cerebro aggeſtas, quæ nerveas Cerebri fibrillas ad convulſivos motus laceſsentes inordinatis, ac violentis membrorum concuſſionibus occaſionem præbent, poſſe diductis nimium cerebri glandulis in medullares fibras, hiſque appenſos nervos intrudi, altiuſque penetrare; hinc aut præ turgentia eorumdem ſtructuram pervertere, aut præ viſciditate eoſdem obſtruere, ita ut liber deinceps ſpirituum animalium a Cerebro ad organa ſenſibus externis, motibuſque a voluntate pendentibus dicata, ab his ad Cerebrum excurſus intercipiatur, unde Paralyſis.

Quid quod nerveæ Cerebri fibræ ob convulſionem ita rigeſcere poſſunt, ut quam ſemel inflexionem ſuſceperint in eadem perſiſtant, ineptæque fiant ad alios tremores ſuſcipiendos? Id ubi contigerit, en ad certas ſemper ideas proclivitatem, ac Melancholiam. Quo loco fateor me juſtis laudibus æquare non valere, quod docuit Hippocrates 6. Epid. Melancholicos Epilepticos fieri, & contra Epilepticos Melancholicos.

Quod ſi tanta ſit irritatio, convulſio tanta, ut quin ſpiritus animales tumultuario in medullares Cerebri fibras, hiſque appenſos nervos, & organa ſenſibus externis, motibuſque a voluntate pendentibus dicata illabantur, conſtrictis plus æquo glandulis, ductibus atque emiſſariis ſpirituum plane ſubſiſtant, atque eorumdem motus a Cerebro ad partes, ab his ad Cerebrum extemplo intercipiatur, Apoplexiam ſupervenire debere manifeſtius quidem eſt, quam ut ullis rationibus poſſit comprobari.

XIV. *Ad imminentem paroxyſmum præcavendum quam male cedunt opiata medicamenta!*] Curatio miſerrimi hujuſce morbi alia eſt in imminente paroxyſmo, alia in paroxyſmo ipſo, alia extra paroxyſmum. In imminente paroxyſmo eo nervos induſtriæ omnes intendendos eſſe, ut ſi fieri ullo modo poſſit, præcaveatur, perſpicuum eſt. Hinc a magnis, doctiſque auctoribus opiata majorem in modum commendantur. Quod cum adoleſcens adhuc audiverim, induxi in animum ea ubi res, & occaſio ferret velle experiri, ac videre an res ſecundum vota ſuccedat. Quare laudanum opiatum cum conſerva primulæ veris mulieri cuidam Epilepticæ, quæ certas imminentis paroxyſmi notas perſentiebat, præ cæteris dolorem capitis inſignem, & ad levem quemcumque motum viſus obſcuritatem, cubitum eunti propinavi. Mane cum eamdem inviſerem deprehendi dolorem in gravativum, & obtuſum mutatum fuiſſe, viſus tamen obſcuritatem auctam. Mirum poſtea paroxyſmum ſerius quidem, quam antea fieri ſolebat invaſiſſe, ſed adeo vehementem, ut in mortis diſcrimine prope certiſſimo verſari videretur. Nempe quies quæ ſpiritibus ex narcoticorum actione accedit, torpor potius eſt (id quod manifeſtum reddunt dolor in gravativum mutatus, viſus obſcuritas major facta) in efferatiorem motum mox abiturus, quam placida exoptanda tranquillitas. Quo loco mirari ſubit Theodorum Turquet de Mayerne velut præſtantiſſimum remedium prædicare ſemen Hyoſciami (quod narcotica vi maxima pollere creditur) per quadraginta dies, & ultra uſurpatum incipiendo a gr. vi. vel viii., & gradatim aſcendendo ad ℈ i. Præterquam enim quod infinitis propemodum experimentis, atque obſervationibus compertum eſt omnes ejus partes noxias hominibus, atque infeſtas eſſe, deliria, aliaſque mentis perturbationes excitare, accedit præterea, vel ſi torporem inducendo paroxyſmum protrahat in longius, vehementioribus poſtea, atque ſævioribus turbis im-

impetum facile esse daturum. Quare quidquid de narcoticorum præstantia adversus morbos convulsivos prædicent viri clarissimi, si quid sentio, vix, ita me Deus amet, ac ne vix quidem istius generis medicamentis utendum traderem.

XV. *Si auræ ascendentis sensus percipiatur, quam apte ligatura fortis &c.*] Si convulsio a partibus longe a cerebro dissitis, quæ per nervorum ductum ad Cerebrum propagatur impediri queat, Epilepsiæ quoque Sympathicæ paroxysmum impediri manifestum est. Id autem efficere valet præ cæteris ligatura fortis supra affectam partem. Cum enim vehementer partem constringimus, arterias, venas, nervos ibi subjectos comprimimus, quo fit ut irregularis spirituum motus, nerveorum filamentorum varia, atque inordinata concussio, quæ ab inferioribus partibus, seu extremitatibus nervorum incipiens in cerebrum, & nervorum originem desinit, sistatur, atque hac ratione paroxysmus præcaveatur.

Frictionibus quoque dolorificis spiritus ad eam partem avocantur, illam relinquentes viam, in quam vi, ac impetu summo irruebant; hinc Cerebri fibras laxari contingit, ac Epilepsiæ paroxysmum præcaveri. Hujusce rei exemplo esse potest dolor vehemens, qui ligatura valida in opposita lenitur. An aliunde id aptius repetas, quam ex eo quod spiritus avocantur ad illam partem, priorem relinquentes? Exinde sequitur cessante spirituum influxu in partem dolentem, ejus fibras flaccescere, ac dolorem sedari.

XVI. *Jam ubi paroxysmus invasit, æger capite sublimi collocetur &c.*] Cum æger in terram cadit toto corpore concussus, linguam ex ore emittens, stridens dentibus, variis, iisque gravissimis periculis obnoxium esse neminem latet. Illud ergo enixe curandum est, ut quam citissime, & sine damno liberetur. Æger igitur capite sublimi collocandus, non solum ut varie exagitatus, ictus, contusiones, vulnera ex terræ, aut lapidum asperitate, ac duritie non patiatur, sed ut sanguis haud ita rapida circulatione trajiciatur in cerebrum, atque in vasis ejusdem subsistens efficiat, ut præ turgentia incongruæ, acres, vellicantesque particulæ in cerebri filamenta exprimantur, altiusque penetrent, sicque paroxysmum diuturniorem, vehementioremque reddant.

Partes convulsæ ol. amygd. dul. pinguedine &c.] Frictiones aliæ siccæ sunt, aliæ humidæ. Siccæ vel solis manibus, vel panno plus minus aspero peraguntur, eæque resolvendi vi plurimum valent. Humidæ vero manu fiunt oleo aliquo, pinguedine illinita; hæ autem fibras, quibus administrantur, egregie relaxant, atque emolliunt. Quare convulsis partibus commodissime celebrantur, ne ita rigescant, ut plane deformentur, aut impares ad motum, & objectorum externorum impressiones suscipiendas reddantur, unde sensus auferatur, ut Aretæi observatione nonnullis accidisse compertum est. Si guttur, collum iisdem pertractetur, relaxatis fibris liberiorem concedi aeris ingressum in pulmones, egressumque manifestum est, hinc suffocationem præcaveri. Si partes, quæ frigescunt manu calida foveantur, aut panno, relaxatis blando calore fibris, humoribus, ac spiritibus per extremitates arteriarum, nervorumque via facilior præbetur; hinc sanguinis circulatio restituitur, spiritus a partibus affectis, ac convulsis priorem relinquentes viam avocantur, ac placida exoptanda tranquillitas facilius obtinetur. Quid si fomenta calida ventri, ac vesicæ regioni applicentur? Laxatis nimirum harum partium, & viscerum contentorum fibris, non solum functiones suas melius obire contingit, respirationem faciliorem fieri, urinæ suppressionem præcaveri, sed ob admirabilem illam, atque summam connexionem inter nervosas partes, ut unius partis fibris relaxatis, alterius quoque licet longe dissitæ relaxentur, cerebri quoque fibras ea ratione affici, qua opus est ad paroxysmi vehementiam leniendam, ac quietem spiritibus conciliandam.

XVII. *Ubi diutius, quam par est, protrahatur paroxysmus, leviora odoramenta &c.*]

Quo-

Quomodo odoramenta agant in morbis convulſivis quæſtio eſt inter medicos. Nonnulli exiſtimant a corporibus odoroſis exhalari tenuiſſimas quaſdam, & ſubtiliſſimas particulas, eaſque naribus exceptas in nervos, qui per membranam pituitariam mire diſſeminantur, ſe inſinuare, ſpiritibus animalibus immiſceri, ipſos alterare, & in ordinem redigere, unde convulſæ partes ob irregulares ſpirituum motus relaxantur, & in priſtinum elaterii ſtatum reſtituuntur. Alii e contra vim omnem ſolidis partibus tribuunt, atque exiſtimant tenuiſſima illa corpuſcula, quæ e corporibus odoroſis emittuntur, ubi naribus excipiantur, extremitates nervorum perreptantium membranam pituitariam irritari, vellicarique, unde ſpiritus ad eam partem avocantur illam viam relinquentes, in quam cæco impetu irruentes convulſivis motibus occaſionem præbebant. Cum in priore ſententia ſupponendum ſit effluvia, ſeu corpuſcula tenuiſſima in nervos per minimos poros ſeſe inſinuare, deinde ſpiritibus immiſceri, eoſdem alterare; in altera e contra ſolum id, quod extra omnem controverſiam eſt poſitum, membranam ſcilicet pituitariam, quæ ſenſu exquiſitiſſimo prædita eſt, vellicari, ac morderi, hanc, ſi quid ſentio, illi anteponendam eſſe traderem. Quamquam vero medentibus non ad modum reſpiciendum eſt, quo medicamenta operantur, ſed ad eorumdem delectum quamdiligenter attendendum. Leviora porro odoramenta, cujuſmodi ſunt Rutta aceto trita, caſtor. &c. cum leniter operentur, optime cedunt in paroxyſmo epileptico. Si validiora adhibeantur, verendum eſt, ne ex nimis forti irritatione, & ab hinc prodeunte vehementi ſpirituum commotione morbus augeatur potius, aut confirmetur.

XVIII. *Si æger laxioris ſit habitus, ſero abundet, cacochymus ſit, ſpiritus Cor. Cer. &c.*] Innumera fere ſunt, quæ ab Auctoribus magnis, & doctis proponuntur in inſultu epileptico per os aſſumenda ad effrænes motus compeſcendos. Inter hæc ſpiritus, ſeu mavis olea ex partibus animantium per deſtillationem elicita, atque rectificatiſſima. Rectificatiſſima enim tantam tenuitatem, atque volatilitatem acquirere communiter reputantur, ut receſſus omnes noſtri corporis abditiſſimos permeare valeant, in medullares uſque Cerebri fibras ſeſe inſinuare, torpentes alicubi ſpiritus excitare, cæco impetu hac illac ruentes in ordinem redigere, ac convulſis partibus laxitatem conciliare. Niſi autem rectificentur, ut ajunt, atque puriora fiant, inſignes in corpus turbas valent excitare. Res quidem experimentis primum probata eſt in humano corpore, tum phyſicis. Si enim guttæ duæ ſpiritus e. gr. ſanguinis, vel Corn. Cer. vel cran. human. primæ deſtillationis affundantur ſpiritui vini, atque mixtura per os aſſumatur, adeo vehementer humores exagitare, fundere, fibras ſtimulare habent, ut calor calori febris fere ſimilis ſubſequatur, deinde ſudor copioſiſſimus emanet. Si hujuſmodi olea, ſeu ſpiritus igne tententur, in deſtillatione prima exit oleum, quod fętidiſſimum eſt, ac nares ſummopere feriens: in ſecunda deſtillatione, quod minus fætet, & minus ingratum eſt, remanentibus in fundo vaſis partibus quamplurimis fęculentis: in tertia deſtillatione oleum elicitur, quod natura ſua mitius, lenius, puriuſve eſt, remanentibus in fundo vaſis particulis minus fęculentis, fætidiſque, indicio manifeſtiſſimo ſenſim, ſenſimque ab oleo craſsiore, terreiſque particulis liberari, quæ efficiunt, ut principium illud phlogiſticum, quo donantur, difficillime avolet, diuque perennet irritando, commovendo: cum e contra rectificata leviſſima evadant, atque eam volatilitatem, tenuitatemque acquirant, ut ad guttas etiam triginta exhibita non ſolum turbas non excitent, & tumultus, ſed nervorum, ac ſpirituum animalium effrænes motus mirifice compeſcant, ut propterea a pleriſque viris præſtantiſſimis, præſertim Dipelio Germano, adverſus morbos convulſivos tantopere commendentur, qui ſe vidiſſe teſtatus eſt non ſolum ſedatos ſpaſmos, ſed placidam tranquillitatem,

tem, ac fomnum ita conciliatum, ut nonnifi poft horas plurimas excitati fuerint ægri, iique alacriores, vegetioresque. Illud tamen hoc loco animadvertendum eft, fumma in obfcuritate verfari, qui hujufcemodi medicamenta tamquam fpecifica adverfus Epilepfiam, Vertiginem, aliofque iftiufmodi morbos indifcriminatim commendant, mirifque laudibus extollunt. Non is fum, ut negem aperte fpecificis medicamentis nunquam utendum effe, fed illud enixe contendo, ad qualitates eorumdem manifeftas quam diligentiffime refpiciendum effe. Si eæ fuerint, ut a caufis morbum facientibus indicari videantur, nec quidpiam mali ex eorum ufu pertimefcendum fit, auctor fum, ut fpecifica medicamenta in ufum vocentur. Atque ut rem paucis contrahamus, Spiritus Sang. Ser. Cran. human. Cor. Cer., aquæ antepilepticæ, & hujufmodi alia, tenuitate, ac volatilitate, qua donantur, fanguinem, humorefque exfolvere habent, fibras ad crebriores, vehementiorefque contractiones excitare. Quid igitur vetat, quominus in propofito cafu, in quo fcilicet æger laxioris fit habitus, fero abundet, cacochymus fit, ejufcemodi olea, feu mavis fpiritus rectificatiffimos adhibeamus?

XIX. *In fervidiori temperamento præditis, gracilioribus, aduftifque &c. aq. flor. til. lilior. conval. &c.*] Vim anodynam, ac narcoticam plurimorum medicamentorum pendere a fulphure, obfervationibus, atque experimentis edocti propemodum infinitis oftendimus cap. 3. com. in aph. 8. Varia autem eft combinatio fulphuris his, vel illis corporibus cum aliis principiis, a qua diverfa combinatione major, minorve foporem conciliandi facultas exoritur. Alia quidem pigerrima funt, & leviffime operantur. Talia funt, quæ terreis particulis unita funt, & aqueis fæta, ut femina frigida, & amygdalæ, quorum videlicet fulphur aliis principiis adeo arcte unitum eft, ut inodora fint, infipida, & nifi vehementi igne tententur, vix unquam, ac ne vix quidem fe prodant. Alia e contra terreis, aqueifque particulis minus onufta facillime avolant, & in actione fua minus perennant; hinc eft, quod majorem vim compefcendi habent. Quod autem fulphur in hifce magis extricatum, folutumque fit, vel ex eo probatur, quod ignem ferre nullo modo poffunt, quin citiffime avolent. Talia funt olea ętherea dicta. Huc tandem fpectant, quæ fubtiliffima cenfentur. Iftorum autem fulphura fragrantiffima funt, & odore fuavi, vel graveolente fe produnt. Produnt autem fe maxime in floribus quarumdam plantarum, quæ teftante Cl. Hoffmanno naribus admota caput primum grave efficiunt, deinde fomnum conciliant. Hujufmodi funt flores lilior. conval. tiliæ, ex quibus aquæ eliciuntur, quæ ad compefcendum, & fedandum aptiffimæ funt. Sulphure enim tenuiffimo, quo fętæ funt, receffus omnes noftri corporis quantumvis abditiffimos quamcitiffime, & liberrime permeant, effrænes fpirituum motus fedant, in ordinem redigunt, ac placidam exoptandam tranquillitatem conciliant.

XX. *Illis ad novos infultus præcavendos, fi fit fuppreffio naturalium evacuationum &c.*] Si ita hominum natura comparata eft, ut in quam ægritudinem maxime proni funt, eadem & poft remedia quælibet per intervalla rurfus, atque iterum divexentur, maxime eft in Epilepticis. Prolixæ igitur curationis tædio delaffari eofdem non decet, curandumque iis enixe, ut antequam altas radices agat, deturbetur. Epilepfiæ porro præfervatio in hoc fita, ut quod Cerebro adhæret ejus glandulas infarciens, ac nerveas fibrillas ad fpafmos laceffens fenfim, & affidue per infignes excretionum vias extra corporis confinia educatur, vel ejus quoad fieri poteft genefis, & collectio prępediatur. Utrumque confequi poffumus pluribus, iifque diverfis medicamentis. Nonnulli commendant venæ fectionem aliquot dies ante paroxyfmum celebratam, etiamfi nulla fint plenitudinis indicia, ad credendum vehementer adducti fore ut majore inducto motu in fanguinem, humorefque, qui per vafa Cerebri trajiciuntur, fermen-

mentum, seu serum, lympham, aut alios quoslibet humores in eodem cerebro collectos, & certis, statisque temporibus spiritus, ac nerveas fibrillas ad effrænes, atque inordinatos motus lacessentes reabsorberi in vasa facile posse, atque alias transmitti, vel etiam extra corporis confinia protrudi, & sic præcaveri, vel saltem in longius protrahi Epilepsiæ paroxysmum. Contrarium pugnacissime sustinent alii, atque ii præsertim, qui eo adducti sunt, ut credant serosos humores cerebri substantiam occupantes, atque debitum ejusdem tonum pervertentes, venæ sectione copiosius generari, solidas partes magis magisque relaxari, sicque morbum augeri, aut confirmari. Quare venæ sectio non solum tamquam inutilis, sed summopere noxia ab his reprobatur, damnaturque. Quod cum sentiunt, tam a vera ratione dissentire, quam illos, qui in omni epilepsia sanguinem detrahendum esse affirmant, nemo inficiabitur, qui illud vel leviter tantum mente volutaverit non ad causas tantum morborum, sed etiam ad conjuncta cum causis in curatione sæpissime respiciendum esse. Vel enim peccet serosa colluvies, vel fibrarum Cerebri flacciditas, si suppressio naturalis alicujus evacuationis adsit, nemo est qui non videat humores in vasis Cerebri facilius hærere posse, atque obstructionem, ac motus tarditatem efficere. Depletis autem vasis sanguiferis manifestum est ea validius, & fortius sese contrahere, sanguinem, humoresque rapidiori circulatione per vasa Cerebri trajici, hinc materiam in cerebro collectam vel reabsorberi in vasa, & circulo restitui posse, vel dissipari, unde paroxysmus præcaveatur.

Cauteria quoque &c.] Fonticulis nihil esse præstantius ad Epilepsiam debellandam, multis observationibus practicorum præstantissimorum compertum est. Tulpius lib. 1. observat. 8. binos pusillos memorat, qui ulceribus in capite excitatis ab Epilepsia liberati sunt, iisdem vero occlusis, eadem denuo correpti sunt. Senem 52. annorum cauteriis in brachio ab Epilepsia liberatum fuisse refert Montanus, ut mittam quod ipse Hippocrates lib. de morb. sacro testatus est, ulcera capitis pueros ab Epilepsia præservare. Quo apparet jure merito præstantissimum Cratonem epist. 118. tanti facere hoc remedii genus, ut si quid in summa rerum angustia sperari possit, id ab hoc uno præsidio jure sperandum sit. Idem plane dictum velim de setaceis. Epilepsiam enim quotidie invadentem ope setacei sublatam vidisse testatur Hildanus Cent. 1. obs. 41. Quo loco mirari subit inveniri adhuc, Helmontium maxime, & Cartesium sectantes, qui particulas per fonticulos, & setaceos ejectas nihil valere ad graves capitis, aliarumque partium affectiones debellandas affirmare minime dubitant. Quidni liceat conjectare optato fine plerunque minime potiri medentes, quod minus caute ægris præscribant? Adustis certe, strigosisque corporibus, in quibus peccat nimia fibrarum rigiditas, ac nutritii roris defectus adest, si admoveantur, nunquam bene cedere posse perspicuum est. Quid porro vetat, quominus laxiori habitu donatis, sero abundantibus applicentur?

XXI. *Pillul. de succin. Crat. vel. capital. Paracel. &c.*] Inter ea quæ serosos aliosque humores Cerebri substantiam obnubilantes, ac spiritus animales in ataxias adigentes extra corporis confinia educere valent, miris laudibus extolluntur purgantia, cumque observatum sit morbos capitis alvi fluxibus levari, non semel tantum, aut bis, sed pluries in mense ægris præscribi solent. Illud tamen quamdiligenter cavendum est, ne fortiora exhibeantur, quæ sanguinis massam fundere, exagitare, salesque ipsius acuere valent, ac paroxysmum citius quam fieri solet, excitare. Massæ pillularum de succino Cratonis, capitales Paracelsi, quarum basis Aloes est, alia ingredientia, quæ capitis amicitia clara fecit, morbis ejusdem specifice opitulari creduntur. Adeo autem blande, leniterque operantur, ut stimulo opus sit, ut earum operatio rite procedat. Quod

autem ante lunæ mutationes fint præfcribenda facit potiffimum, quod circa ea tempora Epileptici novis infultibus obnoxii fiunt, ideoque juftus fubrepit timor, ne graviores excitentur maximo ægrorum damno. Illud autem enixe curandum eft, ut paroxyfmus, qui plerunque lunæ phafibus contingit, præcaveatur. Obfervatum enim eft ab affuetudine quadam oriri hofce morbos, ut Stahliani docent, quæ affuetudo fi tolli queat, fperandum eft morbum ipfum certo, feliciterque debellatum iri.

XXII. *Ab emeticis utpote minus tutis abftineo.*] Emeticorum in Epilepfia ufum, atque ea præfertim, cujus fomes primis in viis latitat pravis inquinamentis fordefcentibus tamquam efficaciffimum commendant Cl. Trallianus *lib.* 1. *cap.* 15., Zacutus Lufitanus *prax. admirab. lib.* 1. *ob.* 24., Petrus Jo. Faber *in curat. p.* 714., Angelus Sala *cent.* 2. *curat.* 77. Quidquid tamen de eximiis emeticorum virtutibus tot celeberrimi Medici prædicent, cum non folum fibræ ventriculi, mufculorum abdominis, diaphragmatis, ac vifcerum fere omnium imi ventris motu illo violento commoveantur, concutianturque, fed cerebrum etiam, illud femper veritus fum, ne vel novum paroxyfmum excitarem, vel fanguinis fluxum e capite impedirem, atque morbum augerem, aut confirmarem. An novum eft in quibufdam oculorum affectionibus impedito e capite fanguinis refluxu, & fpirituum animalium in nervos opticos excurfu, cæcitates ab emeticis affumptis obortas fuiffe? Ego vero propter fummam ftultitiam Epilepticis, ac convulfivis affectionibus laborantibus emetica præfcribam?

XXIII. *Purgantium intermedio &c. far. per. elect. rad. Chin. &c.*] Viæ ad fuperfluitates ferofas, lentafque eliminandas omnium convenientiffimæ funt viæ fudoris. Sudorifica vi maxima pollent ligna multa, ut farf. peril. radix Chin. partes quædam duriores animalium, ut Cor. Cer. ebur, carnes multæ præ cæteris viperarum ob volatiles quafdam, quas continent particulas, quibus vifcidiores fanguinis partes, quæ alicui parti tenaciter adhærent, mucofafque quifquilias atteri, fundi, ferum omne fuperfluum abfumi, univerfam fanguinis maffam exolvi, atque, ut ajunt, refermentari communiter reputatur, unde cum in morbis quamplurimis, tum Epilepfia ab atonia cerebri, a fero, lympha, aliifque humoribus Cerebri glandulas infarcientibus efficaciffima funt, fi quæ alia. Plurimos Epilepticos tali decocto bis in die ad ℥ vi. vel viii. præfcripto, nec non decocto fecundario vice potus ordinarii affumpto curaffe teftatus eft Alfonfus Ferrius.

XXIV. *Si ex lue celtica ortum duxerit epilepfia &c. Mercur. diaphor. &c.*] Nonnulli in contumaci morbo Mercurialia addunt. Metallicas enim partes dum fanguinem ingrediuntur fummam vim habere ad atterendas, comminuendafque vifcidas, ac lentefcentes particulas, & qua data porta extra corporis confinia eliminandas perfpicuum eft. Verum fi quid fentio, cautiffime cum iftiufmodi medicamentis agendum eft. Tunc enim folum locum habere vifa funt, cum morbus a lue celtica ortum duxerit, ad quam profligandam, atque e radicibus funditus evellendam fola Mercurialia a natura comparata videntur. Præftant enim, ut ait Helmontius, *quidquid Medicus, & Chirurgus poteft optare fanando.* Mercurii præparatio quædam eft, cui facultas ineffe creditur fudorem promovendi, hinc Mercurii diaphoretici Thonfon, ab inventore fuo, titulo infignita. Eximii ufus eft in iis, qui a falivatione Mercuriali abhorrent (quamquam fæpe eamdem excitat) fi extracto plantarum, aut lignorum fudorificorum uniatur, & corpus affiduo, & conftanti eorumdem decocti, vel fecundarii vice potus ordinarii ufu pertractetur. Verum ubi lues altas radices egerit, debellari nequit, nifi Mercurius ea methodo adhibeatur, qua opus eft ad falivationem excitandam. Solet autem falivatio promoveri vel per Mercurium dulcem pillularum

rum forma per os affumendum, vel Mercurium crudum axungia fubactum unguenti ad inftar, quo artus inungantur, qui mos hodie maxime invaluit Gallorum præeunte exemplo, ut præ cæteris liquet ex Clarif. Aftrucio, qui tractatum de morbis venereis tanta perfpicuitate, atque folertia confcripfit, ut nihil vel ad perfectiffimam, numerifque omnibus abfolutam eorumdem hiftoriam, vel curationem defideretur. Salivatione per mercurium dulcem pillularum forma propinatum excitata, curationes quam plurimorum morborum feliciffime inftitutas vidi; Alias ope unguenti Neapolitani. Quod autem Mercurius alterutra tandem ratione ufurpetur plurimum valeat adverfus Epilepfiam, quæ ex lue celtica ortum traducit, plurimæ Medicorum hiftoriç teftantur. Celebris eft illa apud Cl. Pifonem lib. de auxil. medic. viri cujufdam, qui ob impuram venerem epilepfia correptus eft, quæ poftea in apoplexiam degeneravit, qui falivatione Mercuriali in priftinum valetudinis ftatum reftitutus eft. Quod ipfe compertum habui paucis habeto. Mulier quædam vidua annum circiter ætatis fuæ trigefimum agens Epilepfia vexari cæpit adeo gravi, ut quotidie fere bis, terque ejufdem infultu corriperetur. Quamplurimis remediis ei prompte fuccurrebatur, fed morbus in pejus in dies fingulos ruebat, fic ut in mortis difcrimine verfari videretur. Morbi caufam verecundia adhuc tegebat, cum de infigni urinæ ardore conqueri mulier cæpit. Quo in fufpicionem ventum eft, quod antea nunquam, eamdem gonorrhæa virulenta laborare. Altiori voce damnata erubuit primum, mox fe poft impuram Venerem & gonorrhæa laborare cæpiffe, & ulceribus oris, demum Epilepfia confeffa eft. Mirum falivatione Mercuriali inftituta feliciffime convaluiffe. His ita conftitutis, quemadmodum explicandæ fint obfervationes Cl. practicorum, præ cæteris Ballonii lib. 2. Epid. qui ufu pillularum ex hydrargyro caput doluiffe, ac cerebrum ita affectum fuiffe, ut perpetuo vacillare videretur, adnotavit, & Dolæi in Encycloped. cap. 15. de lue venerea p. 303. qui aliquando Mercurium poft fe relinquere indelebilem characterem, unde oriuntur convulfiones, & Epileptica fymptomata obfervaviffe teftatus eft, fateor me nefcire, nifi forte id referam ad nimiam Mercurii dofim falivandi fine propinati, quam Willifius damnavit in convulfivis morbis, neglectumque debitum regimen, quæ omnia concitandis epilepticis affectionibus opportuniffima exiftere haud dubie affirmavit Frid. Hoffmannus de infecur. remed. fect. 21., vel quod in tenellis nimis, ac debilibus falivatio mercurialis inftituta fit, quam minus tutam effe adnotavit egregie Wedelius de theor. fapor. fect. 2.

XXV. *Purgantia, ac fudorifica validiora minus tuta funt in iis, qui fervidiore temperamento &c. His porro ol. A. D. &c.*] Cum in Epilepfia non folum peccet atonia partium Cerebri, ferofi, vifcidi, lentique humores, fed fæpe etiam nimia nervofarum partium ad ofcillandum promptitudo, fanguis, humorefque nimis tenues, acres, atque ad alchalefcendum difpofiti, nemo eft, qui non videat, quæ attenuandi, exfolvendi, fundendique vim habent, non effe indifcriminatim adhibenda. Cum epilepfia ab hac poftrema caufa fervidiore temperamento præditos homines, graciliores, aduftofque invadat, perfpicuum eft, eorumdem corpora iis effe pertractanda, quæ emolliendi, laxandique virtute pollent, acres nimis tenuefque particulas irretiendi, temperandi, & ex maffa fanguinea præcipitandi. Virtus hæc maxime elucet in ol. A. D. in fero lactis tamarindato, vel deftillato cum plantis fubacidis, quæque nitrofo quodam fale fętæ funt, qui dici vix poteft quantum ad blandiffime attenuandum, ac nimiam humorum effervefcentiam compefcendam exiftat idoneus. Quo loco minus mirari fubit Riverium cent. 4. obf. 7. aceto & oxicrato curatam epilepfiam memoraffe. Sunt quidam (quos inter Cl. Sala eminet) qui falibus quoque acidis Mineralibus, cujufmodi funt fal vitrioli, & fimiles, utuntur. Verum fi quid fentio, gracile

corpus, & ad ſpaſmoſdicas conſtrictiones diſpoſitum haud iſtius generis acidis, niſi plurimo aqueo diluantur, pertractandum traderem.

XXVI. *Balnea aquæ dulcis ardente Sirio, ac thermopotationes &c.*] Balnea aquæ dulcis ad fibras univerſi corporis emolliendas, acredinem ſanguinis temperandam ſummopere facere oſtendimus cap. de Mania com. in aph. 16. Si de aquis thermalibus ſermo ſit, non ſolum copia, qua aſſumuntur, ſuo ipſo pondere laxare habent tubulos omnes, ac ductus excretionibus, ſecretionibuſque dicatos, acres vellicanteſque particulas diſſociare, disjungere, ineptaſque reddere ad pungendum, mordendumque, ſed terra calcaria, qua fetæ ſunt, vehementiſſime abſorbere, & ex maſſa ſanguinea præcipitare. Quemadmodum nempe in pleriſque capitis affectionibus idiopathicis, quia ex nimia Cerebri humiditate, atque atonia minus convenire viſa ſunt, utpote quæ relaxatas jam partes magis, magiſque afficere valent, atque ea ratione quidem, qua morbus augeatur, aut confirmetur; ita nullum hoc auxilii genere præſtantius, aut pro ægrorum opportunitate valentius, ubi a fibrarum nimia conſtrictione, atque humorum acredine exoriantur, inveniri poſſe certo certius habendum.

XXVII. *Autumno tandem lac exhibendum &c. cum ſapone veneto &c.*] Depuratis humoribus, praviſque inquinamentis, recrementiſque per inſignes excretionum vias eliminatis, quid ad læves politaſque particulas in ſanguinem invehendas, acres vellicanteſque, ſi quæ ſuperſtites fuerint, demulcendas, ſolidas partes nutritio humore humectandas lacte præſtantius? Sapo, ut notum eſt, duplici principio conſtat, ſalino videlicet fixiore, & oleo intime unitis, quo fit, ut ſeſe in denſiorem humorum texturam inſinuare valeat, facile cum aquoſis, oleoſiſque corporibus commiſceri, eiſque fluorem conciliare. Hinc ſalubre practicorum conſilium ſaponem cum lacte miſcendum, ut rite procedat ejus operatio. Oleo enim ſuo oleoſis lactis particulis libentiſſime unitur, unitum autem ſale ſuo fixiore caſeoſas, fibroſaſque ejuſdem partes intime penetrat, ſcindit, diſſolvit, ne concreſcant, & a reliquis ſecedant, hinc difficillime in ſtomacho coagulatur, facile etiam in vias ſanguinis trajicitur, & vires ſuas citra ullius noxæ periculum exercet.

XXVIII. *Specificum adhuc nullum invenire &c.*] Infinitus fere ſim, ſi ſingula percenſere numerando velim, quæ ſpecifica virtute in hoc morbo agere creduntur. Multa quidem amuleti forma, inter quæ ungula alcis, lapis nephriticus, radix pæoniæ luna decreſcente menſe Martio, vel Aprili collecta, & ſiccata. Verum amuletis non aliam efficaciam ineſſe facile judicaverim, præter illam, quam illis tribuit Cl. Aug. Quirinus Rivinus tract. de peſt. Lipſienſi an. 1680., ut ſcilicet his confiſi præſidiis plebeii præſertim magnanimi reddantur, & alacriores fiant, morborumque ſævitiem minus perhorreſcant. Cum enim magna ſit animæ poteſtas in nervos, & ſpiritus, aut ſaltem magna inter illius affectiones, & iſtorum motus conſenſio, omnes facile norunt, quantam vim habere poſſit animus, ut variæ affectus eſt, ad Epilepticorum ſtatum mutandum. Qui plura cupit de amuletis, eorumque facultatibus adeat tractatum Jacob. Volphii Medicinæ Profeſſ. Jenenſis, cui titulus: *Curioſus amuletorum ſcrutator*. Specifica per os aſſumenda innumera deſcribuntur ab Etmullero, Luca Tozzi, aliiſque. Inter hæc magno in pretio, & honore habetur hodie maxime radix Valerianæ ſylveſtris ſilente caule effoſſa bis, terque in die vel ex aqua, aut lacte a ℨ ß. ad ℨ 1. propinanda. Illius vires a Fabio Columna tamquam mirabiles prædicatæ ſunt in ſuo φυτοβάσανος, a Riverio poſtea memoratæ, & experientia M. Marchant. denuo confirmatæ. V. Memoir de l'Acad. Vol. X. p. 430. Verum quid quod eamdem experti ſunt plerique, atque inutilem prorſus deprehenderunt? An ignota ſit vera Valeriana, an potius iis propinatam fuiſſe credamus,

mus, qui epilepfia ab organico vitio laborarunt? Sed fi ita res habet, quæ tandem fpecifica? Dixi vix poteft in quanta obfcuritate verfentur, qui ad caufas morborum minime refpicientes fpecifica remedia ægris præfcribunt, *cum fpiritus vitæ* (fic loqui amat Rolfinkius in chym.) *in artis formam reductæ a variis caufis lædatur, ideoque nec una fufficiat medicina, fed plures, ut removeantur plura hæc impedimenta*. Quo loco fateor me juftis laudibus æquare non valere, quod tradidit Cicero lib. 2. de legib., quod uti juris difciplina non haurienda eft ex edictis judicum, & tabulis xii., fed ex intima philofophia; ita quoque medicina non ex formulis medicorum, ex folo ufu, fed ex rerum naturalium ftudio ducenda fit, quo duce vix errare Medicus poteft.

Cinnaberis cæteris præftat.] Omnibus fpecificis antepilepticis palmam præripere Cinnaberim, & ex eadem parata medicamenta docere vifus eft præftantiffimus Crato, cum Epilepfiæ Magnetem dixerit. Bafis eft multorum pulverum, qui fpecificorum titulo adverfus Epilepfiam infigniuntur. Ejufmodi funt pulvis Hannoverianus, fpecificum Jo. Michaelis, in quam tamen compofitionem diverfa fpecifica recipiuntur, quo factum eft, ut Cl. Ludovici *pharmac.* eamdem rejecerit, ut liquido conftat ex Cl. Junken Lex. Chym. In horum quoque cenfu veniunt pulvis ad Vertiginem Cratonis, fpecificum Mæbii, Panacæa Anuvaldina, pulvis antepilepticus D. Aquin, qui defcribitur in pharmacopæa de Charas, aliaque quamplurima. Cum Cinnaberis valde tenuibus, & folidis conftet particulis, abditiffimos quofque poros, receffus, atque meatus quantumvis exiliffimos pervadit, in Cerebrum ufque, & medullares ipfius fibras fefe infinuat, illarum obftructiones fpiritus in ataxias adigentes referat, unde placida exoptanda tranquillitas conciliatur. Hujufce medicamenti præftantiæ meminit præ cæris Cl. Hoffmannus in adnot. ad Poter. his verbis: *Præfentiffimam opem ferunt in Epilepfia, vertigine, affectibus capitis, qui a fero, vel fanguine extravafato ortum ducunt cinnabarina, quem egregie refolvunt &c.* Illud tamen hoc loco animadvertendum eft eximias hujufce medicamenti vires ab aliquibus in dubium vocari, immo a nonnullis, atque iis præfertim, qui mercurium nervis inimicum cenfent, non folum tamquam inutile, fed fummopere noxium damnari, atque ex ufu medico omnino explodi. Cum enim ad Mercurialium familiam jure pertineant cinnabarina, quæ ex argenti vivi, & puri fulphuris congrua mixtura, & præparatione conficiuntur, fieri minus vix poffe credunt, quin ob elementum corrofivum, & conftringens Mercurii, nervis in primis, & Cerebro fint infefta. Quid tamen quod experientia compertum fit, nihil unquam mali ex cinnaberinorum ufu in ægros emanaffe? Si ita res habeat, nihili faciendas effe illorum rationes manifefta res eft. Nempe imperitiffimæ gentes adnotante Celfo *præfat. ad r. m.* herbas, aliaque prompta in auxilium vulnerum noverunt: Indique populi nullo difciplinæ genere perpoliti, ut Bontius, ac Pifo teftantur, fola experimentali fcientia erudiente theoricis incomperta prodidere remedia. Quo apparet refolutionibus chymicorum, ac rationibus ab iifdem ductis in difquifitione virium medicamentorum, vix ac ne vix quidem fidendum effe.

XXIX. *Dici autem vix poteft, quam tutum, ac proficuum fit opus naturæ committere &c.*] Egregie inquit Hippocrates 2. aph. 45. *Quicumque juvenes comitiali morbo laborant, mutatione maxime ætatis, & temporum, & locorum, & victuum quoque liberantur*. Quæ autem in fex rerum non naturalium ufu ad Epilepfiæ curationem vitanda fint, egregie complexus eft Cornel. Celfus lib. 3. cap. 23. dum ait: *Fugere oportet folem, balneum, ignem, calefacientia, frigus, vinum, venerem, loci præcipitis adfpectum, omniumque terrentium, vomitum, laffitudinem, follicitudines, negotia omnia, & ubi tertio die cibus datus eft, intermittere quartum*.

A vi-

A vino præfertim abftinendum effe facit ea ratio, quod quamtumvis lene, ac molle fit, acidas tamen continet particulas, ac propterea in ítomacho præfertim debili præternaturale acidum generare valet, quod in fanguinem una cum chylo trajectum, ejufdem, ac reliquorum fuccorum crafim ea ratione evertere valet, qua opus eft ad multos, eofque graviffimos morbos excitandos. Quare falubre eft practicorum confilium in plerifque morbis, maxime nervorum, aquam vino fubftituere, quæ pravos, vitiofofque humores diluendo, & per infignes excretionum vias extra corporis confinia eliminando, eofdem quantumvis difficiles continuato ufu egregie perfanat. Cujufce rei locupletiffimos teftes habemus Schenkium lib. 1. obf., qui multos memorat in pauperiem redactos, & in carcerem conjectos, qui cum aquam pro vino bibere cogerentur, a plerifque morbis liberati fuerunt, Barthol. Pafquet lib. 2. deftill. cap. 4. qui præfidium utiliffimum contra catharos aquam facit, Bruyerinum de re cibaria l. 16. c. 13. qui magnificum, ac pæne divinum dicit adverfus podagram, quod etiam confirmat lib. 12. c. 2. Medici Veneti exemplo, qui cum vinum biberet ad fenium ufque podagra laboravit, liber dein ad ultimum fenium continuato aquæ loco vini ufu evafit. Vino certe in illis morbis, in quibus vehementem capitis gravitatem, aut mentis læfionem metueris, omnino abftinendum effe, atque aqua utendum tradit Hippocr. lib. de diæta in acutis f. 30. ut mittam & Cælium Aurelianum, & Celfum in morbis capitis, in doloribus a vino abhorruiffe. Quid quod aquæ potus longæviores homines reddat? Nempe primævi homines ante diluvium præter aquam nihil aliud bibere foliti fuerunt, & ad extremam fenectutem fani, robuftique perveniebant. Ex fluviis illam petere, eoque nomine fontes quærere folitos fuiffe apparet ex Gen. c. 26. Primævos homines aqua ufos fuiffe indicavit ipfe Tibullus lib. 2. eleg. 3. ubi ait: *Glans alat, & prifco more bibantur aquæ*. Eam certe Patriarchis ufque ad Noe tempora poft diluvium ufitatam fuiffe conftat ex Claudio Deodato in Panth. Hygiaftices l. 2. c. 12. ut propterea nullus fuperfit dubitandi locus.

XXX. *Pueri diverfa methodo tractandi. Quare fi corrupti in ftomaco lactis &c.*] Ea eft folidarum partium in pueris textura, ut a leviffimo quovis ftimulo quam maxime lædantur, & fi vehemens fuerit, in fummum vitæ difcrimen adducantur. Orta hinc confuetudo tractatus peculiares de morbis puerorum peculiari methodo pertractandis confcribendi. Qua in parte cum ipfius Hippocratis, tum Veterum fere omnium, ac Recentiorum Medicorum, vel poftrema hac ætate florentiffimorum Harifii, atque Hoffmanni folertia plurimum enituit. Cum frequens Epilepfiæ caufa in pueris fit lactis in ftomaco coagulatio, ac corruptio propter ventriculi imbecillitatem eidem fubigendo, ac digerendo inepti, ea locum habere manifeftum eft, quæ tonum, ac robur fatis tenellis, mollibufque ejufdem fibris conciliare habent, atque ipfum firmare. Talia funt ol. Maftich. nuc. mofchat. aliaque id genus, quæ fale tenui, ac volatili fulphure fœta, regioni ftomachi admota, interftitia quæque carnium, mufculorum, membranarumque pervadendo opportuniffima exiftere reputantur, ac roborando aptiffima.

XXXI. *Si alvus fuppreffa fit, rhabarb. a gr. x. ad xx. &c.* Ea eft Rhabarbari præftantia, ut non folum blandiffima, ac puerorum tenellæ ftructuræ amica purgandi virtute donetur, fed cum paulo ficcioris fit texturæ, terreifque particulis præter fulphureas fœtum, laxatis partibus firmandis, corroborandifque aptiffima. Hinc eft, quod nifi pinguiore aliquo corpore admixto vis hæcce corrigatur, pauciffima materia ab inteftinis eijciatur. Cætera purgantia fortiora, aut quæcumque cane pejus, & angue vitanda funt in pueris. Cum enim horum ventriculus tenerrimis fibris contextus fit, facile læditur, & ad affueta munia ineptus

ptus redditur, unde vomitus, diarrhææ contumaces, obſtructiones, lentæ atrophiæ calamitas.

XXXII. *Tandem ad liquorem C. C. &c.* Sal volatile ſuccini, ut alibi oſtendimus, nihil habet commune cum aliis ſalibus volatilibus. Acidum enim mitiſſimum, ac blandiſſimum eſt: hinc ſi ſpiritu cornu cervi rectificatiſſimo ſubactum digeratur, emergit liquor quidam blandiſſimus ad convulſivos morbos in quocumque ſubjecto certo, feliciterque debellandos efficaciſſimus, ſi quod aliud; multo magis ſi ex aquis cephalicis temperatis, ſeu quæ tenui, ac blando ſulphure fœtæ ſunt, ſomno conciliando, vel naribus admoto, aptiſſimo. Teſtor me hoc præſidio non ſemel in epilepſiis puerorum, aliiſque convulſivis morbis feliciſſime uſum fuiſſe.

XXXIII. *Sed præ cæteris, ſi pueri lacte veſcantur, curandum ut nutrix &c.*] Quamvis mitiſſima ſint, quæ pueris præſcribuntur, cavendum tamen ne ventriculus pueri recens nati medicamentorum internorum actioni aſſueſcat. Curatio igitur omnis eo dirigenda, ut lac, quo veſcitur puer, bonus, ac laudabilis in mammis nutricis generetur, ac ſugendus præbeatur. Id autem fiet potiſſimum, ſi nutrix optimo victus regimine gubernetur. Carnes elixæ lacti nimis humido generando, potulenta nimia copia ingeſta eidem ſeroſo efficiendo opportuna exiſtunt. Illas igitur toſtas exhibendas eſſe, ut humidum abſumatur, potulentis moderate utendum eſſe, ut lac minus diluatur, manifeſta res eſt. Ea quæ ſale volatili tenui abundant, cephalica dicta, nutrici exhibita vires ſuas roborandi, ſpiritus erigendi lacti communicando, pueris majorem in modum conferre viſa ſunt. Notum nempe eſt purgantia nutrici exhibita tenellos pueros purgare; cur id affirmare non liceat de corroborantibus? Peſſimum morem pueros internorum medicamentorum uſu pertractandi altiori voce damnavit, & e medio quantum illi fas fuit tollere conatus eſt Cardanus (de multor. recentior. medicorum medendi uſu cap. 48.) ubi ait: *Error eſt cum noviter natis auxiliandi ſcopo, alii ſyrupos, alii pulveres, alii aliud conſulunt, cum tamen conſtet tam mollia membra nulla debere permutari qualitate ſive purgante, ſive adſtringente. Tenella enim iſta membrorum compages nihil fere innoxium, lacte excepto, recipere poteſt.*

XXXIV. *Si cruſta lactea citra cauſam evaneſcere incipiat, ſapone &c.*] Cum obſervatum ſit pueros cruſtæ lacteæ obnoxios, eadem evaneſcente, vel non apparente, Epilepſia, aliiſque graviſſimis morbis detineri, ſalubre eſt excretionem ejuſdem quam diligenter promovere. In hunc finem emollientia collimant. Oleoſis tamen uti minus tutum eſt. Poros enim cutis obſtruendo cum materiæ perſpirabilis exhalationi, tum aliorum craſſiorum, viſcidiorumque inquinamentorum eruptioni reſiſtunt. Nihil porro præſtantius, atque opportunius ſapone, qui cum oleo, & ſale fixiore intime unitis conſtet, ſolvi aqua patitur, atque emolliendi, reſerandi, abſtergendi, quod pravorum humorum per cutis meatus excretionem prohibet, virtute donatur ſingulari.

XXXV. *Ubi dentitionis imminentis indicia ſe prodant, gingivæ mucilag. ex ſem. pſyl. &c.*] Imminentis dentitionis indicia plurima ſunt, præcipua tamen ſunt pavores in ſomno, qui inquietus eſt, & ploratibus interruptus, avida lactis exſuctio, papillarumque mammillarum morſus, manuum frequens ori applicatio, gingivarum tumor, albeſcentia, induratio, ſalivæ copioſus proventus, quæ quidem omnia ad nervoſarum partium gingivas conſtituentium vellicationem, quæ ex dentium eruptione contingit, apte retuleris. Ubi igitur talia apparuerint ſalubre conſilium eſt, ne convellantur pueri, faciliorem ipſis eruptionem procurare. Quod nulla meliori ratione præſtari poſſe crediderim, quam ſi emollientibus, demulcentibus gingivæ pertractentur, cujuſmodi ſunt mucilagin. ſem. pſyl. &c., atque dens apri, aut fruſtulum corallorum lævigatiſſimum, ne oris læ-

ſiones

ſiones contingant, eædem fricentur, & maſticatione ſatis valida premantur, unde difrumpantur. Si methodum in curatione Epileſiæ huc uſque traditam ſervaveris, morem geres Hippocrati, qui de morbo ſacro: *Debemus*, inquit, *ipſum curare citra experimenta, & incantationes, citraque aliam hujuſcemodi machinamentorum abſurditatem. Oportet autem tum in hoc morbo, tum in reliquis morbis non augere morbum, ſed feſtinare, ut ipſos exteramus, id ipſum, quod adverſiſſimum eſt morbo, exhibendo &c.*

C A P U T IX.

De Dolore Capitis.

I. Dolor Capitis eſt triſtis ſenſatio nervearum, ac membranearum partium capitis a ſoluta continuitate tenuiſſimorum filamentorum dictas partes conſtituentium proveniens.

II. Cauſæ remotæ ſunt perverſa earumdem partium ſtructura, atonia, adſtrictio, nimia copia ſanguinis, rareſcentia, auctus ejuſdem motus, atque impetus in caput, craſſities, viſciditas, lentor, tenuitas nimia, acredo, ſeroſa colluvies, vermes, calculi, oſſicula, tumores, abſceſſus, ulcera cerebri, caries oſſium capitis, ventriculi, aliorumque viſcerum affectiones.

III. Ratione cauſarum dolor capitis in tenſivum, gravativum, punctorium, pulſativum dividitur.

IV. Ratione ſedis in idiopathicum, ſympathicum: idiopathicus rurſus in internum, & externum.

V. Uterque in univerſalem, & particularem: iſte quidem in hemicraniam, ovum, & clavum hyſtericum dictum, ille vero in Cephalalgiam, Cephalæam, quæ ob majorem, minoremque diuturnitatem, & vehementiam differunt inter ſe. Cephalæa tandem, quæ vehemens, & antiquus dolor eſt, in continuam, & periodicam.

VI. Cauſæ antecedentes ſunt aer intemperatus, & præſertim auſtrinus, borealis, inſolatus, vini, liquorumque ſpirituoſorum abuſus, ſomni vel deficientes, vel immoderati, exercitationes corporis nimis violentæ, vita deſes, & otioſa, animi affectus graviores præſertim, ira vehemens, longæ, ac profundæ meditationes, omnia, quæ ſenſus noſtros viſum, auditum, olfactum percellunt, lues venerea, mala capitis conformatio.

VII. Idiopathicum dolorem, & internum illum eſſe cenſendum eſt, qui nullis ventriculi, & aliorum viſcerum indiciis apparentibus invadit, nec tactu, & preſſione mutatur.

VIII. Haud infrequens eſt utero affecto ſolum verticem capitis prope ſuturam coronalem, ventriculo vero, anteriorem capitis partem vexari.

IX. Dolor capitis certis, ſtatiſque temporibus recurrens ſola mutatione ætatis, locorum, & temporum curari ſolet.

X. Ubi morbus ex plenitudine ſanguinis, atque impetu in caput exoria-

oriatur, id quod tenfionis, ac pulfationis fenfus manifeftat, venarum tumor, faciei rubor, oculorum turgentia, aliaque hujufmodi, fola venæ fectione ex brachio, & fi fuppreffi fint improvifo menfes, vel hæmorhoides, ex pede, tandem ex jugularibus, vel arteria temporali, ac diæta tenui curationem inftituo.

XI. Si æger nimis tenellus fit, hirudines temporibus, vel cucurbitulam magnam occipiti applicari jubeo.

XII. Si a craffa, lenta, ac difficili materia exoriatur, qui gravativus plerunque eft, eos invadit, qui laxioris funt habitus, quorum corpus, & facies pallet, præter phlebotomiam, cauteria, fetacei item, aut vefi-cantia cervici, aut prope aures, errhina ex fol. betton. nicotian. caftor. pul. vifa funt convenire.

XIII. Interim vero pillulæ fuccinat. Crat., vel capit. Paracel. a ʒ .s. ad ℈ ii. trochifc. alhand. gr. ii. ad v. exhibeantur, repetendæ bis, terque in menfe.

XIV. Horum dierum intervallo decoctio theifor. fol. betton. falv. fl. anth. præmiffo bolo ex fale volatili fuccin. gr. vi. ad x. cum extracto radic. pæon. aut confer. primul. ver. q. s. eximiam operam præftat.

XV. Hifce fruftra adhibitis fequens decoctio exhibenda. ℞. Sarf. peril. ℥ iii. radic. Chin. ℥ i. .s. rafur. Cor. Cer. ebor. a ℥ i. carn. vitul. a pingued. fep. lib. femis, fl. anth. M. i. rad. pæon. valerian. fylveftr. a ℥ .s. aq. font. Lib. x. M. f. inf. per xxiv. horas, tum ebul. ad confumpt. tertiæ partis, colatura mane exhibeatur jejuno ftomacho ad ℥ vi. per xxiv. circiter dies. Si lues venerea conjuncta fit, lignis adde antimon. crudi craffiufcul. contuf. & nodul. incluf. ℥ iii. Reffid. quod eft cum radic. gramin. lign. faffaph. a ℥ i. .s. Cinnam. integr. ʒ ii. Aq. font. Lib. xii. ebul. ufque ad confumpt. tertiæ partis pro potu ordinario.

XVI. Ad cinnaberina tandem deveniendum.

XVII. Si venæ fectionem excipias, eadem fere methodo pertractandus eft dolor capitis a ferofa colluvie, eos plerunque exercens, qui cacochymi funt, qui tumoribus pedum ædematofis laborant, quibus feri, lymphæ per os, nares, aures excretiones fuppreffæ funt.

XVIII. Purgantia, cephalica calida, extimulantia quævis in dolore capitis, ut ajunt, calido in biliofa, & ficca temperie, aduftifque corporibus omnino vitanda.

XIX. Solum his alvus lubrica fervanda ufu clifterum emollientium, ol. amygdal. dulc. f. i. r. e. Sero lactis tamarindato.

XX. Ubi vigiliæ intenfæ urgeant, emulfiones ex femin. melon. quatuor frigidor. in aq. violar. nymph. lactuc. aut fimilibus cum nitri puriff. ℈ i. additis interdum camph. gr. iv. & fyrup. violar., eximiam operam præftant.

XXI. In contumaci morbo ad ferum lactis deftillat. cum fumar. cichor. portulac. Borag., vel fuccos earumdem plantarum ex jufculo tenui, balnea aq. dulcis, aquas nocerianas tepidas, ftillicidia in affectam partem

ex hydrogola, in qua ebullierint fl. sambuc. lilior. albor. verbasc. mellilot. malv., deveniendum.

XXII. Si dolor capitis ab aliis morbis dependeat, iisdem est occurrendum.

CAPUT IX.

De dolore Capitis.

I. DOlor *capitis est tristis sensatio nervearum, & membranearum partium capitis a soluta continuitate &c.*] A plerisque Veterum traditum est proximam, atque immediatam causam doloris esse divisionem continui, atque dissolutionem texturæ fibrarum humanum corpus constituentium. Hanc sententiam suis temporibus vigentem eradicare conatus est Alphonsus Borellus de mot. animal. par. 2. cap. 18. Ac primum quidem propos. 205. adversus eamdem ita arguit. Si dolor esset divisio continui, seu dissolutio texturæ fibrarum humanum corpus constituentium, nulla fieret in vivo Animali dissolutio texturæ ejusdem, seu divisio continui, ac nullus fieret dolor absque divisione continui: experientia autem contrarium evincit: siquidem in vivo Animali cum substantia ossium, tum viscerum fere omnium, ut Cerebri, Jecoris, Lienis sine dolore scinditur, phtisici sine ullo doloris sensu pulmonem expuunt, dolor acerrimus obortus a contuso, punctoque nervo, aut tendine, si nervus, aut tendo ex integro scindatur, omnino cessat. Proximam igitur, ac continentem causam doloris non esse dissolutionem texturæ fibrarum nostri corporis, ac divisionem continui, perspicuum est. Præterea propos. 206. aliis rationibus eamdem impugnat, quarum præcipuæ hæ sunt. A simplici attrectatione festucæ super verticem facta tristis sensatio exoritur, a forti imaginatione, a perturbationibus animi, gravissimi, ac fere intolerabiles dolores enascuntur. In his autem nullam fieri dissolutionem texturæ fibrarum corporis, ac divisionem continui, manifestum est. Quibus liquido constare existimavit aliunde, quam a divisione continui, ac dissolutione texturæ fibrarum corporis proximam, ac continentem causam doloris repetendam esse. Undenam vero repetenda sit ostendit propos. 207. atque illam quidem esse putat vellicationem in nervis factam. Quod a sanioribus interpretibus hanc propositionem, & rationes ad examen sedulo revocantibus ita acceptum est, ut per vellicationem in nervis factam motum dissentaneum, & asymmetrum eorumdem intelligendum esse facile judicaverint. Et sane quid est cur eum id intellexisse non credas? Scimus opus hocce Alphonsi Borelli de mot. animal. posthumum esse, propterea si non certo statuere, saltem ad suspicandum vehementer adduci possumus multos errores in eo irrepsisse, quos forte emendasset præclarus auctor, nisi insigni rei litterariæ damno tristi fato ereptus fuisset. Opera in manus hominum mittenda *nonum*, præcipit Horatius, *premantur in annum. Membranis intus positis delere licebit, quod non edideris: nescit vox missa reverti.* Ut ut autem res est, vel id intellexerit Borellus, vel neutiquam, si ostendero in omni divisione continui fieri dolorem, & nullum fieri dolorem absque divisione continui, Borelli sententiam per se corruere nemo est qui non videat. Quod si ita res habeat, ecquis Veterum defensores continere poterit, quin adversus Recentiores Medicos altiori voce exclament injuria factum esse, ut quidquid ab Veteribus prolatum fuit, a Modernis novitatis amore illectis tamquam commentitium eijciatur? Si quæ a Veteribus Medicis sunt tradita illustrentur, dici vix potest quanta perspicuitate, ac subtilitate sint dicta. Quod eo sane di-

co,

co, ut intelligant Adolefcentes folutionem continui longe diverfa ratione ab ea, quam Borellus, aliique ipfum fequuti exiftimarunt, intelligendam effe. Qua in parte enituit Cl. Bellini folertia. Cum enim oftenderit fenfum quemlibet conjunctum effe cum tremore nervorum, ideft alterna eorum contractione, & diftractione; alternam autem diftractionem, contractionemque fieri non poffe fine mutato excurfu ad contactum partium, ex quibus nervus componitur, neque hic excurfus fine fucceffiva contactuum mutatione, ideft fine folutione quadam, eo adductus eft, ut crederet tunc cum folutio ifta major fit, & vehementior, quam naturæ ordo poftulet, validiorem quoque tremorem, triftemque fenfationem excitari, quæ dolor nuncupatur. Si hoc modo intelligatur Veterum fententia, quid tandem effe poteft, cur excludatur? Quo loco animadverti velim perperam fumpfiffe fibi demonftrandum Borellum, nullam fieri divifionem continui in vivo animali abfque dolore, ob id potiffimum, quod fubftantia offium, & vifcerum fere omnium abfque ullo dolore fcinditur, & quod phtifici fine ullo doloris fenfu pulmonem expuunt. Præterquam enim quod abfolute id affirmari nequit, accedit præterea id evenire, quod prædictarum partium fubftantia obtufiffimo fenfu eft prædita, ideoque licet fciffa, ac foluta impar eft ad validiorem tremorem nervorum, ideft alternam eorum contractionem, & diftractionem excitandam, quæ cum mutato contactu particularum, ex quibus nervus componitur, ideft cum folutione conjuncta eft, unde nulla, aut fere nulla triftis fenfatio, nullus dolor. Cum porro dicit falfum effe, nullum fieri dolorem abfque divifione continui ob id potiffimum, quod nata divifio continui interdum eamdem folvit exemplo nervi, aut tendinis contufi, aut puncti, qui dolorem acerrimum parit, definit autem fi totus fcindatur, dici vix poteft in quanta obfcuritate verfetur. Ecquis enim eft, qui non videat dolorem plane ceffare, quod tenuiffima filamenta affectum nervum conftituentia, cum ex integro fcindantur, æqualiter diftrahuntur, contrahunturque, ideoque ceffat in iis præternaturalis folutio continui, quæ ex inæquali alterna contractione, ac diftractione eorumdem filamentorum oriebatur? A fimplici attrectatione feftucæ fuper verticem facta, a perturbationibus animi, a forti imaginatione, cur folutionem continui nullam fieri dicat, omnino non video. Tantum enim abeft, ut nulla fiat folutio, ut ex mea quidem fententia vehementior fiat, quam naturæ ordo poftulat, unde triftis fenfatio, ac dolor. Cum enim tremores validiores in nervos inducere valeant, vehementiori pariter folutioni continui excitandæ pares effe manifeftiffima res eft. Quid quod a fonis vehementibus non modo aurium, fed etiam aliarum partium corporis dolores, a coloribus vifus organa nimis ferientibus, a Solis radiis vifus perturbationes, infignes capitis læfiones, atque interdum convulfiones, ex odoribus gravibus, fœtidifque maxime in fœminis totius corporis concuffiones, horrores, vomitus, fternutationes non alia de caufa enafcuntur, nifi quod organa fenfibus externis, internifque, ac motui famulantia nimis vehementer percelluntur, ac validiores nervorum tremores excitantur, atque abhinc vehementior continui folutio proficifcitur? Sed erunt molefti quidam, qui a nobis quærent, qua ratione hac admiffa fententia explicari poffit voluptatis differentia a dolore, cum explicari commodiffime poffit in alia Borelli affirmando voluptatem effe motum fuavem, jucundumque, vel moderationem, ceffationemque diffentanei, & affymmetri, qui dolorem excitabat: unde præclare ait Tullius 1. de finibus: *In omni ..re doloris amotio fucceffionem efficit voluptatis*. Voluptatem enim, & dolorem differre inter fe tantum fecundum magis, & minus manifeftum eft. Cujus rei exemplum effe poteft ignis, qui moderatus motum fuavem, jucundumque excitat, quo voluptate afficimur, vehemens vero diffentaneum, quo afficimur dolore. Quod evidentiffime expreffit

Y 2 Plato

Plato in phæn. quo loco Socratem retulit, fimul ac denuntiata morte ex compedibus folutus fuit, crus contraxiffe, atque inter fricandum dixiffe: *Quam mira videtur hæc res effe, quam homines voluptatem nominant, quamque miro fe habet modo ad dolorem, qui ei contrarius effe videtur. Si quis enim alterum capit, fere femper alterum quoque accipere cogitur; quafi ex eodem vertice fint ambo connexa*. Recte illi quidem; at quis non videt nominibus eofdem hærere? Nempe igne moderato voluptate afficimur, quod tremores nervorum, ideft alterna eorum contractio, & diftractio a particulis ignis excitata, quæ fine mutato contactu particularum, ex quibus nervus componitur, ideft fine folutione quadam fieri nequit, placida, lenis, ac mitis eft, fi validior fiat, quam naturæ ordo poftulat, validiorem quoque folutionem continui, atque hinc triftem fenfationem exoriri neceffum eft: id quod evenire, fi ignis immoderatus fit, manifeftius quidem eft, quam ut ullis rationibus poffit comprobari.

Hactenus quæftionem explicavimus quid fit dolor, ut eft affectio corporis, quod fcire utile, ac neceffarium eft Medicis. Quærere quid fit dolor ut eft affectio animi, non medicorum, fed metaphyficorum provincia eft. Quæftionem explicavit luculentiffime D. Auguftinus lib. 14. de Civitate Dei cap. 15. quem faniores philofophi fequuti funt, quo loco: *Dolores*, inquit, *qui dicuntur carnis animæ funt in carne, & ex carne, & quædam ab ejus paffione diffenfio, five animæ dolor, quæ triftitia nuncupatur, diffenfio eft ab iis rebus, quæ nobis nolentibus accidunt*.

Dolor igitur ut eft affectio animi nihil aliud effe videtur, quam diffenfio animæ a tremoribus illis validioribus nervorum, qui continuitatem tenuiffimorum filamentorum eofdem conftituentium vehementer folvunt. Cum enim Mens mere fpiritualis fit, per fe, & proprie nullis cieri poffe validioribus tremoribus, feu quod eodem recidit, nullam pati poffe divifionem continui manifefta res eft. Cum vero Mens conjuncta fit corpori, atque illud tueatur, tectumque confervet, validioribus ejus tremoribus, vehementioribufque alternis nervorum contractionibus, ac diftractionibus non diffentire non poteft.

II. *Caufæ remotæ funt perverfa earumdem partium ftructura, atonia &c.*] Quacumque ratione vitientur folidæ partes, vel quod ipfarum ftructura lædatur, vel quod ab eutonia recedentes nimis laxæ fiant, vel adftrictæ, liberum, facilemque humorum per vafa circuitum impediri contingit, fecretionem, excretionemque per deftinatos a natura ductus, ac meatus depravari, ferum, lympham alicubi hærere, atque eam acrimoniam nancifci certis, ftatifque temporibus, qua tenuiffima filamenta nervea vellicentur, atque in validiores tremores adigantur, unde folutio continui, ac dolor.

Nimia copia fanguinis, rarefcentia, auctus ejufdem motus &c.] Vitia folidarum partium, fluidarum vitia fequuntur. Sive autem copia peccet fanguis, five nimia expanfione, ac rarefcentia, ob id potiffimum dolorem parit, quod in tantam molem excrefcit, ut intra naturalis diametri vaforum fanguiferorum capacitatem libere fluere nequeat. Quapropter eorumdem latera nimis diftendi contingit, atque fibras, nerveaque filamenta tunicas vaforum conftituentia plus æquo a fe invicem diftrahi, hinc folutio continui, hinc dolor. Ad nimis auctum motum fanguinis in caput quod attinet, duplici de caufa dolorem parit, tum quod magna vi in vaforum latera impingit, atque nerveas tunicas in vehementiores contractiones, diftractionefque follicitat, tum etiam quod infignem partium, quibus componitur, collifionem, attritionemque patitur, unde rarefit, exfolvitur, amplioremque diametrum expofcit, unde violenta diftractio, ac continui folutio.

Craffities, vifciditas, lentor.] A craffitie, vifciditate, ac lentore fanguinis con-

continuitatem fibrillarum nervearum ſolvi nemo inficiabitur, qui ſedulo perpenderit ſanguinem ita conſtitutum per vaſa omnia difficillime fluere, atque ea præſertim, quæ minima fere vi elaſtica ſunt prædita. Cum ejuſmodi ſint vaſa cerebri, facile iiſdem adhærere, atque eorumdem latera nimis diſtendendo vehementiores tremores, atque continui ſolutionem parere adeo manifeſta res eſt, ut manifeſtior ſit nulla. Quo loco illud animadverti velim, mirabilem in ſuis operibus naturam vaſa Meningum variis anaſtomoſibus juncta effeciſſe, ut ſi forte ſanguis per ramum aliquem libera circulatione traijci non poſſet, per alterum liberrima poſſet. Id quidem ſanguine naturaliter conſtituto. Si vero ſanguis craſſitie, viſciditate, lentore peccet, quis non videt infarctus, obſtructiones, atque abhinc prodeuntes graviſſimas affectiones excitari debere? Atque hanc quidem philoſophandi rationem confirmant obſervationes in cadaveribus inſtitutæ eorum, qui diuturnis, ac contumacibus doloribus capitis obnoxii fuerunt. Venas enim, & arterias nimio ſanguine repletas, pariterque Meninges ob violentam diſtractionem ſideratas apparuiſſe Bonetus, aliique præſtantiſſimi Anatomici teſtati ſunt.

Tenuitas nimia, acredo.] Quotieſcumque ſanguis nimia tenuitate, atque acredine peccat, manifeſtum eſt per vaſa ſanguifera capitis circulantem tenuiſſima nervea filamenta tunicas eorumdem vaſorum conſtituentia mordere, pungere, in inordinatos, irregulares, violentoſque tremores proritare, unde continuitatis ſolutio, ac dolor.

Seroſa colluvies.] Num vaſa lymphatica in Cerebro, atque Meningibus exiſtant, dubitant Recentiores Medici. Ea certe nondum ſe obſervaviſſe fatentur. Ea autem revera exiſtere veroſimile putant nonnulli ob id potiſſimum, quod tot ſint glandulæ excretoriæ, quæ vix concipi poſſunt ſine lymphaticis vaſis. Vel autem exiſtant, vel neutiquam, illud negari non poteſt plurima eſſe in Meningibus emiſſaria, a quibus ſerum ſenſim ſenſimque ſeparatur, & in cavitates depluit. Quotieſcumque igitur nimio ſero ea abundant, nimis dilatari perſpicuum eſt, diſtendi, ac continuitatem nerveorum filamentorum, quibus conflata ſunt, tolli, unde dolor. Quod ſi effuſus jam ſit ſeroſus humor, nemo eſt, qui non videat diuturna mora acredinem facile acquirere, qua nervea filamenta vellicantur, punguntur, & in validiores contractiones, diſtractioneſque coguntur, unde continuitatis ſolutio, ac dolor. Hujuſce rei pariter locupletiſſimos teſtes habemus Bonetum, qui in viro quodam dolore capitis mortuo pluſquam libræ tenuiſſimi ſeri inter duram, & piam matrem effuſæ invenit, eodemque ventriculos cerebri, & glandulam pituitariam repletam; Riverium obſ. 37. cent. 1. nec non M. N. C. D. 2. an. 10. obſ. 3. quorum hiſtorias, cum eodem fere recidant, brevitatis gratia prætermitto.

Vermes, calculi, oſſicula &c.] Vermes haud infrequenter dolorem capitis parere ſolent. Id autem efficiunt, quod motu violento, vel eroſione, vel aſpera ſuperficie nerveas fibrillas vellicare, irritare, validioreſque nervorum tremores excitare habent, unde continuitatis ſolutio. Id quod pluribus cadaverum diſſectionibus innotuit, & Cl. virorum Foreſti, Schenchii, aliorumque teſtimonio confirmatur.

Ex calculis pariter, oſſiculis, tumoribus, pure, abſceſſu, aliiſque ſimilibus vitiis graviſſimos, ac diuturnos capitis dolores obortos adnotarunt Cl. Bonetus, & Williſius de an. brutor. aliique, ut cum conſtantia in hiſce rebus, tum ne frequentia quidem minime deſideretur.

Ventriculi, aliorumque viſcerum affectiones.] Nullus fere morbus inveniri poteſt, in cujus explicatione in memoriam revocandum non ſit, quod toties inculcavimus, eam eſſe inter nervoſas partes connexionem, ut una affecta aliæ quoque

que licet longe diffitæ afficiantur. Quo loco minus mirari fubit ventriculi, aut aliorum vifcerum tunicis vellicatis, proritatifque caput etiam in confenfum trahi, & dolores graviffimos excitari. Violentæ enim nervearum fibrillarum tunicas ventriculi, aliorumque vifcerum conftituentium contractiones, diftractionesque, ortaque hinc continuitatis folutio per nervorum ductum ufque in cerebrum propagatur, & Meningibus, nerveifque tunicis communicatur, hinc dolor. Quamquam non poteft diu ventriculus, aliaque vifcera male habere, quin pravi fucci generentur, atque in fanguinis maffam invehantur, fanguis craffus, vifcidus, lentufque fiat, vel acris, hinc qua obftruendo vafa capitis, qua nerveas fibras mordendo, pungendoque continui folutionem pariat, unde dolor ex totius corporis intemperie excitetur.

III. *Ratione caufarum dolor capitis in tenfivum, gravativum &c.*] Pro vario modo, quo fibrarum nervearum continuitas folvitur, variæ doloris fpecies exoriuntur. Varie autem folvitur pro varietate caufarum eafdem fibras afficientium. Ubi copia fanguinis peccet, dolor plerunque gignitur tenfivus, cum videlicet pars diftrahi, diftendique videtur ea prorfus ratione, qua Abdomen in colica flatulenta, eumque non ad aliam caufam aptius retuleris, quam ad vaforum fanguiferorum diftentionem, diftractionemque violentam. Interdum etiam ab hac caufa fit pulfativus, in quo videlicet arteriæ pulfatio fimul percipitur: atque ille quidem ob id potiffimum, quod vafa fanguifera in violenta diftentione diu manere non poffunt, quin tandem eamdem ægre ferentia contrahantur, impediantque, ne fanguis per vafa minima fluat, unde nitens ille quaquaverfum arterias validius urgeat, ficque pulfus, qui in naturali nullus apparet, commode jam percipiatur. Idem plane dictum velim de nimia expanfione, ac rarefcentia fanguinis, deque aucto nimis ejufdem motu in caput. Utraque enim de caufa, & nimis diftenduntur vafa, & liber fanguinis excurfus impeditur, unde dolor tenfivus, & interdum pulfativus exoritur. Gravativus dolor, fenfum nimirum afferens quafi ponderis gravantis, ac prementis, efficitur præfertim a materia craffa, & vifcida cerebrum infarciente. Hæc tamen eadem caufa pulfativum valet progignere, fi obftruens vafa liberum fanguinis excurfum prohibeat.

Pungitivus, feu qui fenfum affert ei perfimilem qui ab acu, aut cufpide aliqua acuta pungente afferri folet, fit potiffimum a fanguine nimis tenui, atque acri nerveas fibrillas mordente, ac fere erodente. Tantus quandoque morfus eft, atque erofio, ut in fpafmos proritentur, liber idcirco fanguinis excurfus prohibeatur, atque hic dolor pulfativus fubfequatur. Colluvies ferofa gravativum dolorem excitat; fi tamen diuturna mora extra vafa ferum acre evaferit, nerveas fibrillas pungendo pungitivum procreat.

IV. *Ratione fedis in idiopathicum, & fympathicum.*] Si caufæ dolorem efficientes immediate operentur, qua obftruendo, qua vellicando, qua pungendo, qua convellendo, in folidas capitis partes, dolor dicitur per idiopathiam, feu per effentiam fieri: fi vero aliunde proveniat, puta a ventriculo, utero, aliifque vifceribus male affectis, dicitur per fympathiam, feu confenfum oriri. Quæ diftinctio plerifque aliis morbis congruit, præfertim Melancholiæ, Epilepfiæ, & fimilibus. Atque hoc etiam loco illud animadvertendum eft, perperam a plerifque Veterum Medicorum traditum effe, dolorem capitis per confenfum, feu fympathiam fieri a pravis humoribus in ventriculo, utero, aliifque vifceribus exiftentibus, quafi ex minera ad caput elevatis, ut fufe oftendimus cap. de Epilep. com. in aph. 4.

Idiopathicus rurfus in internum, & externum.] Nemo ignorat partes caput conftituentes alias internas effe, alias externas. Ad internas fpectant Meninges,

ges, vaforumque membranæ alte penetrantium fubſtantiam Cerebri; ad exter-nas vero membranæ cranium obvolventes &c. Si Meninges, & vaforum mem-branæ cerebrum alte penetrantium afficiantur, dolor vocabitur internus; fi mem-branæ cranium obvolventes, externus. *Meninges*, inquam, & vaforum *Membra-næ* Cerebrum alte penetrantium: nam fubftantia Cerebri omni fere fenfu caret; hinc eft magnas illius portiones a Chirurgis fcindi fine ullo dolore.

V. *Uterque in univerfalem, & particularem: ifte quidem in hemicraniam &c.*] Ex eodem fonte aliæ doloris capitis differentiæ emanarunt. Vel enim univer-fum caput afficitur, & partes quæ in cranio continentur, vel peculiaris tantum pars. Si dimidia tantum pars capitis, dextera fcilicet, vel finiftra, dolor he-micrania dicitur, quæ doloris fpecies diuturna, & contumax effe folet: Si ve-ro una tantum pars inter futuram fagittalem, & temporalem, ovum appella-tur, quæ porro fpecies facile remittit. Tandem fi minor etiam pars afficiatur, quam quæ ovi magnitudinem æquet, dolor ipfe clavi nomine infignitus fuit, hyftericis præfertim Mulieribus familiaris, unde orta in illis clavi hyfterici de-nominatio diu, affidue, atque vehementer eafdem exercens.

Ille vero in Cephalalgiam, Cephalæam.] Ad dolorem quod fpectat, qui uni-verfum caput occupat, vel recens eft, & mitis, ac cephalalgia fimpliciter di-citur; vel antiquus, vehemens, & peculiari nomine Cephalæa vocatur. Quæ doloris fpecies levi quacumque caufa fenfuum organa percellente exacerbatur, ut quam plurimæ proftent hiftoriæ, ægros nec ullum ftrepitum, nec lucem, nec odores fuaves, fœtidofque paullo vehementiores, nec corporis motum, nec corporum celeriter circumactorum, & excurrentium, nec capitis inclinationem, nec vini potum ferre poffe. Cum enim hæc omnia validiores tremores in ner-vos excitent, vehementiorem quoque continui folutionem, triftemque fenfatio-nem progignunt. Ex quo liquet perperam a nonnullis Cephalalgiæ nomen ge-nerice omnibus capitis doloribus tribui, cum ratione diuturnitatis, ac vehemen-tiæ differant inter fe.

Cephalæa tandem &c. in continuam, & periodicam.] Animadverfione dignum eft Cephalæam quandoque per intervalla, certofque periodos recurrere, & inva-lefcere, ut non defint obfervationes, quofdam oriente Sole incipientes dolores capitis circa meridiem ingravefcere, alios nocturno tempore, alios quolibet ter-tio, quinto, octavo die; quofdam ad Lunæ phafes, aut certis anni tempefta-tibus ægros dire exercere. Undenam autem certa hæc periodorum, ac recur-fuum ratio repetenda fit, arduum, ac perdifficile explicatu judicaverim; nihilo tamen minus qui rem paullo diligentius ad examen revocaverit, haud majo-rem difficultatem in hoc negotio offendet, quam in exponendis febrium inter-mittentium periodis, quarum aliæ fingulis, aliæ alternis, vel tertia, quartaque die redire folent, ut quintanas, fextanas, & nonanas febres mittam, quæ a-pud Hippocratem, aliofque Scriptores leguntur. Cl. Bellinus, ut explicaret qua de caufa intermittere foleant febres, & per certa temporum intervalla recurre-re, affirmare non dubitavit id potiffimum evenire ex eo, quod lentus fomes certis temporum intervallis cumulatus ad capillares arterias ita poft ab iifdem disjicitur, & tranfit in venas, ut nulla ejus portio minimarum, capillariumque arteriarum extremitatibus impacta remaneat, ideoque ab illius infarctu eædem liberentur. Quæ dum fiunt liberum excurfum fanguini dari contingit, lento-remque in frufta variæ magnitudinis, & figuræ dividi, & a fluidiffimo fangui-ne pelli ad latera vaforum (quod plane in fluminibus accidere videmus, cum fluidiffima aqua rapido motu fluens limum, & arenam in fundum, & ad ripas deponit) adhærentem autem lateribus vaforum celerius, aut tardius percurrere vias fanguinis, & ad capillares arterias recolligi pro conditione lentoris ejuf-

dem

dem magis, aut minus fluxilis, five ad motum expediti, unde brevius, vel longius temporis intervallum a febre vacuum, in quo fcilicet fanguis naturali modo movetur, relinquitur.

Tametfi juftis laudibus æquare non valeam, quæ de lentore fanguinis, qui in omni febre intermittente gignitur, ingeniofe tradit Bellinus, parcat tamen fi in fuam non eo fententiam, cum docet lentorem hunc integrum manere. Cum enim incredibilis fere fit cordis, pulmonum, & aeris infpirati vis ad fanguinem folvendum (id quod manifeftum reddit chylus, qui harum virium momentis in fanguinem vertitur) captu perdifficile eft, quomodo lentor minime folvatur. Præterea vel non folvatur lentor, & in frufta variæ magnitudinis, & figuræ vias fanguinis percurrat, cum non minus tenuia fint vafa pulmonum, per quæ certe trajici debet, priufquam ad arterias denuo cumuletur, quam fint arteriæ ipfæ capillares totius corporis peripheriæ, quæri poteft cur non Dyfpnæa potius, inflammatio, ftrangulatio, quam frigus febrile generetur. Huc accedit vix, ac ne vix quidem concipi poffe, quomodo a lentore fanguinis oriri poffit poft frigus calor febrilis, & quomodo fruftula lentoris, quæ efficiunt e. g. febrem quotidianam, mutari queant in illa, quæ febrem tertianam, quartanam procreant, unde mutua febrium converfio. Sed quod magis eft, arduum explicatu eft, qui fieri poffit, ut fi prima acceffio cum Cardialgia, aut Vomitu, aut Cephalalgia conjungatur, cæteræ item iifdem fymptomatibus ftipatæ recurrant. An confiftere poffe credas pravos humores in ventriculo, in capite, qui varie inordinateque concutiendo nerveas fibrillas, cardialgiam, vomitum, hemicraniam, aliafve fimiles affectiones excitent, quin ad peculiare folidarum partium vitium confugias? Sed hac de re plura fortaffe alibi. Interim filentio illud minime prætereundum eft, optime hac in re fenfiffe Galenum, quem poftea Fernelius, Sennertus, ac plerique Recentiorum, Sylvius de le Boe, & Borellus, aliique qui de febribus accurate fcripferunt, fequuti funt, exiftimantem ad febrium phœnomena particularia explicanda neceffario confugiendum effe ad particulare folidarum partium vitium, quod fit fedes, & focus ipfiufmet febris. Focus porro ifte a vitio plerunque ventriculi, vel hepatis, vel lienis, vel pancreatis, vel aliarum glandularum defumitur, quo fit ut materia morbifica iifdem vifceribus collecta certo, ftatoque tempore in fanguinem introducatur, ac febrilem paroxyfmum excitet. *Plerunque*, inquam, *a vitio ventriculi, vel hepatis*: Remanere enim poteft eadem materia morbifica in fanguine ob obftructionem emiffariorum ductuum, ac meatuum, qui ejufdem fecretioni a natura comparati funt, vel eidem ingenerari ob id potiffimum, quod vifcus aliquod laboret atonia, aut laxitate, aut adftrictione, quo fit ut fanguis confiftens, hærenfque vitium capiat, ac paroxyfmos febriles excitet. Quæ cum ita fint, quidni liceat conjectare recrementa quædam fenfim in capite colligi, ob peculiare vitium, quæ certis, ftatifque temporibus partes ejufdem fibrofas, ac membranofas molefte afficiant, validioreſque tremores excitent, unde continui folutio, ac dolor?

VI. *Caufæ antecedentes funt aer intemperatus, & præfertim auftrinus, boreális.*] A ventis auftralibus aerem rarefieri thermometra præclare oftendunt. Liquor enim iifdem contentus altius attollitur, indicio manifeftiffimo, aerem ipfum rarefacere; ab iifdem pariter aerem leviorem fieri manifeftum reddunt Barometra: Mercurium enim defcendere obfervamus, indicio manifefto minorem preffionem contra eumdem exercere. Cum ergo ita res habeat, ab aere calido, & parum gravi fanguinem plus æquo expandi contingit, ac vafa Cerebri diftendi, hinc dolor capitis. Rarefcere fanguinem ab aere fumme dilatato, & raro, ac nulla fere elafticitate prædito experimentis, quæ in machina pneumatica fumi

mi folent manifefto evincitur. Si enim fub recipiente Animalia viva reponantur, extracto aere intumefcunt; fiquidem aer, qui in Animalium vifceribus, & fibris continetur, fublata externi aeris preffione, fefe expandit, & Animalia intumefcere facit. Huc accedit flantibus ventis auftralibus poros, ac meatus cutis facile obftrui, ac materiæ perfpirabilis, halituumque calidorum exhalationem impediri, hinc aucta fanguinis, humorumque maffa, vafa diftendi, nerveas fibrillas divelli, hinc dolorem excitari. Obftrui autem ductus, ac meatus cutis facit potiffimum aer aqueis particulis refertus in tali ventorum conftitutione. Apte in rem cadit quod tradit Hippocrates aph. 5. fect. 3. *Auftri auditum hebetant, illique graves funt, caliginofi, & tenebrofi, nec non capitis gravitatem, fegnitiem, feu lentitudinem, & corporis laxitatem adferunt*. Quo loco minus mirari fubit, ut refert Galenus *de theriac. ad Pif. cap.* 2. quemdam ex fuis fodalibus in lecto cubantem folitum divinare, quis ventus fpiret, nam quoties gravari fibi caput fentiebat, ftatim dignofcebat ventum auftrum effe. Obftruunt & venti boreales nimis vehementer flantes. Eadem ergo de caufa dolorem capitis exoriri adeo manifeftum eft, ut probatione nullatenus indigeat. Sed ultraquamquod obftruunt venti boreales, particulis præterea, quibus fœti funt, nitrofis fibrillas cutis vellicant, pungunt, ac vehementer adftringunt, liberumque fanguinis excurfum per extremas capillares arterias prohibent; hic autem nitens quaquaverfum in eorumdem latera fortius impingit, hinc dolor. Nimis, inquam, vehementer flantes: fecus enim fi modum fervent, faluberrimi venti funt, ut liquet ex Plin. hiftor. natur. ex Hippocrate fect. 3. aph. 17., ex Celfo lib. 2. cap. 1. fect. 20. ex Verulamio in hiftor. ventor.

Infolatus, vini, liquorumque fpirituoforum abufus.] Infolatus non folum fibras capitis duras, arefcentes, ideoque ad ofcillandum minus promptas reddit, fed fanguinem affat, atque congelat, qui propterea facile fubfiftit, & obftructionem facit, unde continui folutio, ac dolor. Quamquam ab infolatu levi, nec diuturno capitis fibrillæ potius laxantur, fanguis rarefit, atque expanditur, hinc contraria fere ex caufa continui folutio, ac dolor. Dum vinum, atque fpirituofi liquores immoderate fumuntur, ob id potiffimum dolorem capitis excitant, quod fulphureis, quibus fcatent particulis fanguinem rarefaciunt, atque exfolvunt, hifce vero exhalantibus, acidis, terreftribufque remanentibus, eumdem cogunt, figunt, vifcidum, lentumque reddunt. Sanguinem porro vel plus jufto rarefcentem, vel craffum, vifcidum, lentumque continuitatem fibrarum nervearum capitis folvere, ex dictis adeo manifefta res eft, ut manifeftior fit nulla.

Somni vel deficientes, vel immoderati.] Quemadmodum fomni naturalis utilitates non paucæ funt, ita deficientis, aut immoderati noxæ haud exiguæ, levefque. Si enim de fomno deficiente fermo fit, tenuibus avolantibus particulis, oleofis, ac balfamicis diffipatis, acres, vellicantefque in eodem cumulari, falinas, terreftres congregari contingit, nerveas cerebri fibrillas morderi, varie, inordinateque concuti, unde continui folutio, ac dolor. Quæ quidem inordinata concuffio tanta quandoque eft, ut delirium, ac convulfionem non raro progignat docente Hippocrate aph. 28. fect. 7. Somno immoderato folidarum partium tonus majorem in modum infirmatur, fanguis humorefque craffi, vifcidi, lentique fiunt, unde cum ægre fluant per vafa corporis univerfa, tum difficillime excurrunt per vafa capitis, maxime cerebri, quæ mollia funt, ac nulla fere elafticitate prædita, ut mittam horizontalem decubitum efficere, ut fanguis multo facilius in caput efferatur, præ craffitie autem, ac lentore facillime fubfiftere, obftructiones progignere; unde capitis dolor.

Exercitationes corporis nimis violentæ &c.] Quomodo vehementes corporis motus dolorem capitis progignant, facillimum explicatu eft. Cum enim mufculi ni-

mis frequenter, ac fortiter contrahantur, relaxenturque, ſanguinem exagitare habent, ac vehementer commovere, qui propterea rarefit, atque expanditur ea ratione, qua vaſa capitis diſtenduntur, unde continui ſolutio, ac dolor. Quamquam ſi violenti fuerint, ac diuturni, tenuibus ejus partibus, volatilibus, ſulphureiſque exhalantibus craſſiores remanent, hinc craſſus, viſcidus, lentuſque fit, ac propterea in vaſis capitis facile ſubſiſtit, atque obſtructionem efficit, unde dolor.

Vita deſes, & otioſa.] Quid ſi ſolidarum partium tonus langueſcat, aut plane deſinat? Sanguinem nimirum, humoreſque craſſos; viſcidos, lentoſque fieri tam nota res eſt, quam quæ notiſſima. Quemadmodum corpus moderato labore firmatur, ut Hippocrates lib. de diæta 5. 28., ac Pechlinus lib. 2. obſ. 34. teſtati ſunt, ita dici vix poteſt, quantum flacceſcat ignavia, atque otio. Cum Socrates animadvertiſſet aquas deſides putreſcere, ad credendum vehementer adductus eſt eadem ratione corpus humanum otio, atque ignavia corrumpi; quod apte expreſſit Ovidius in ſexta miſſar. de Ponto eleg. ubi ait:

Cernis ut ignavum corrumpant otia corpus,
Ut vitium capiant, ni moveantur aquæ?

Hinc ſæpius ſaltitare ſolitum fuiſſe Socratem teſtis eſt Laertius.

Animi affectus graviores.] Nemo ignorat in ira ſpiritus agitari, cor, & arterias crebrius, fortius, & ſi vehementior fuerit, etiam inæqualiter contrahi. A violento motu cordis, & arteriarum ſanguinem atteri, fundi, rarefieri perſpicuum eſt. Sanguinem plus juſto rareſcentem dolorem capitis ciere ex dictis adeo manifeſtum eſt, ut nihil ſupra. Quod ſi de profundis meditationibus, deque intenſis ſtudiis ſermo ſit, quis eſt, qui non videat ſpiritibus in cerebro detentis corrugari ejuſdem fibras, ſeu vehementius quam par eſt tendi, atque obrigeſcere, liberum ſanguinis, atque humorum per ipſius vaſa excurſum præpediri, obſtructiones, infarctus, diſtentiones, divulſioneſque præternaturales exoriri? Quod ſi diuturnæ, ac violentæ fuerint, cum nerveæ capitis fibræ, atque eæ præſertim, quæ duram, ac piam Matrem conſtituunt, ob violentam contractionem, atque diſtractionem, majorem in modum laxantur, tum reliquæ partes, ac viſcera, ſpiritibus alio avocatis, debito eorumdem influxu deſtituta functionibus ſuis rite obeundis inepta redduntur, ſecretiones omnes, excretioneſque pervertuntur, humorum textura, ac craſis vitiatur, unde dolores capitis ex totius corporis intemperie exoriuntur.

Omnia, quæ ſenſus noſtros, viſum, auditum, olfactum percellunt.] Haud infrequens eſt a rebus, quæ ſenſus noſtros percellunt, dolores capitis exoriri. Quæ res anſam dedit Cl. viris Borellum ſequutis ad ſtatuendum cauſam proximam, & continentem doloris neutiquam in ſolutione continui collocandam eſſe, ſed in diſſentaneo, & aſymmetro motu nervearum fibrarum. His tamen ſatisfeciſſe viſi ſumus afferentes cum Bellino per ſolutionem continui validiores tremores, alternam ſcilicet nervorum contractionem, & diſtractionem, quæ ſine mutato contactu particularum, ex quibus nervus componitur, ideſt ſine ſolutione quadam fieri nequit, intelligendam eſſe. Si igitur a rebus viſus, auditus organa percellentibus validiores tremores, vehementioreſque contractiones, ac diſtractiones excitentur, validiorem quoque continui ſolutionem exoriri, atque hinc dolorem ſubſequi neceſſum eſt. Exemplo ſint odores fortiores, vel ſuaves, vel fœtidi, a quibus præ cæteris dolorem capitis excitari experimur. His enim nervea filamenta narium membranam Scheneidherianam ab ejus inventore dictam conſtituentia exquiſitiſſimo ſenſu præditam ob inſignes nervorum ramificationes, quæ a dura Matre in eamdem ſparguntur, vellicantur, atque in ſimilem tenſionem, contractionemque eamdem adigunt, hinc dolor.

Lues

Lues Venerea, mala capitis conformatio.] Veneni celtici eft acres, vellicantes, erodentefque particulas vifcido tenaciffimo involutas in fanguinem introducere, eumque ea ratione inficere, qua infarctus, obftructiones in cariem offium degenerantes fubfequantur. Graviffimam Cephalalgiam a carie offis frontalis tumori cuidam celtico fuppurato fuperveniente obortam vidi Bononiæ in Xenodochio S. Job, ejufque curationem feliciffimam a præftantiffimo Medico, ac Chirurgo Jo. Galli offis frontalis portionibus fenfim, fenfimque fcalpello excifis, donec totum detractum fuerit. Nobilem quemdam virum eadem ratione Parifiis curatum novi.

A mala capitis conformatione in primordiis vitæ, Meningum craffitie, & futurarum conftrictione, ac relaxatione graves, contumacefque dolores capitis obortos tradiderunt Hippocrates, & Celfus; quod pariter in iis, qui caput acutum habent notavit Galenus 6. Epid. com. 1. t. 3. In his nempe fanguinis, humorumque liber circuitus per vafa capitis perturbatur, unde obftructiones, diftentiones violentæ, diftractionefque nerveorum filamentorum, atque abhinc dolores excitantur.

VII. *Idiopathicum dolorem, & internum illum effe cenfendum eft, qui nullis ventriculi &c.*] Dolorem capitis idiopathicum internum ab externo diftingui docet Galenus, quod internus ad oculorum radices pertingat, quo nempe dura Mater porrigitur, externus vero non item. Cum enim doloris interni fedes in membranofis partibus Cerebri, dura præfertim Matre ftatuenda fit, fieri vix, ac ne vix quidem poffe putat, ut eæ violenter corrugentur, contrahanturque, quin corrugationis, ac contractionis fenfus ad ejus radices propagetur. Verum qui rem paullo diligentius ad trutinam revocarunt, nulli firmo fundamento inniti Galeni fententiam invenerunt, cum ob alias rationes, tum ob hanc potiffimum, quod haberi idem fenfus queat, fi vaforum membranæ cerebrum alte penetrantium afficiantur. Quid quod Pericranium fuccingit oculorum orbitas, efformatque primam eorumdem tunicam adnatam, conjunctivam dictam? Quare optime fenfiffe vifi funt, qui a nulla apparente læfione ventriculi, aut aliorum vifcerum imi ventris potiffimum, tactu ipfo idiopathicum, internumque dolorem a fympathico, & externo diftingui affirmarunt. Intephum tactu, & preffione mutari non poffe vel lippis, ac tonforibus notum eft.

VIII. *Haud infrequens eft utero affecto folum verticem capitis &c.*] Non defuere, qui ex loco, in quo fitus eft dolor, cujus partis vitio ille fiat, altius, ac fubtilius divinare voluerunt. Ita Cl. Joubertus dolores capitis ab utero affecto prodeuntes pofteriorem capitis partem, & verticem, a ventriculo vero anteriorem vexare fe frequentibus obfervationibus deprehendiffe teftatus eft. Langius ipfe lib. 1. epift. fatetur fe frequenti experientia compertum habuiffe, utero affecto folum verticem capitis prope futuram coronalem, ubi glaciei frigus, & pondus fe fentire afferunt, lege quadam conſortii condolere. Quod poftea & Baglivii, aliorumque obfervationibus fic confirmatum eft, ut dubitandi locus nullus fuperfit, ut ut Bellinus id inficiaverit.

IX. *Dolor capitis certis, ftatifque temporibus recurrens &c.*] Dolorem capitis, qui certas habet periodos, qui certis Lunæ phafibus, certis anni temporibus recurrit, a perverfa folidarum Cerebri partium ftructura, aut atonia originem mutuari fupra oftendimus.

Fit enim exinde, ut humores fenfim fenfimque cumulentur, atque eam acrimoniam acquirant diuturna in eodem mora, qua nerveæ fibrillæ varie, inordinateque concutiantur, ac præternaturalem continui folutionem patiantur, unde dolor. Ubi autem ab hifce caufis oriatur dolor, nullam medicinam præter mutationem ætatis, locorum, & temporum, qua fit, ut folidæ partes a peculiari

vitio recedentes naturalem eutoniam adipiſcantur, ſanare illum poſſe manifeſtiſſima res eſt. Qui plura ad prognoſim facientia videre cupit, legat præ cæteris Hippocratem in aphor. in prorrhethic. in coac., a quibus ſuperſedemus, ne diutius quam par eſt in morbi phyſiologia immoremur.

X. *Ubi morbus ex plenitudine ſanguinis, atque impetu in caput exoriatur &c. ſola venæ ſectione &c.*] Quamplurima ſunt, quæ plenitudinem ſanguinis tollere poſſunt. Emetica, cathartica, diaphoretica, diuretica, emiſſaria artefacta, inter quæ fonticuli, ſetacei, veſicantia, aliaque id genus eminent. Hiſce tamen palmam præripit venæ ſectio ab Hippocrate, Galeno, aliiſque hodie florentiſſimis Medicis celebrata quam maxime, quidquid alii ſenſerint cum Chryſippo, Aſclepiade, Eraſiſtrato, noviſſime vero Helmontio, qui eamdem damnarunt, & quantum illis fas fuit de medio tollere conati ſunt. Cujus rei ratio potiſſima eſſe videtur, quod omnium promptiſſime, ac tutiſſime plenitudinem ſanguinis tollit. Ecquis eſt, qui non videat ſecta vena, aut arteria momento fere temporis inſignem ſanguinis quantitatem educi? Cætera evacuantia præterquamquod non adeo prompte materiam ſanguinis minuunt, accedit præterea alia extimulando agere, alia etiam acres, urenteſque particulas in ſanguinem introducendo, unde totum nervoſum genus mirum in modum percelli contingit, cor, vaſa ſanguifera validius, & fortius contrahi, hinc ſanguinem exagitari, fundi, rareſcere, ejus principia ſolvi, unde aut diſruptiones vaſorum, aut graviores morbi facile ſubſequuntur. Venæ ſectionem remedium eſſe doloris capitis ab impetu ſanguinis pendentis non omnes facile dixerint. Cum enim detracto ſanguine augeatur ejus velocitas, augeri morbi cauſam, aut confirmari arbitrantur. Qui quanta in obſcuritate verſentur dici vix poteſt. Diſtinguenda enim eſt velocitas ſanguinis ab impetu. Velocitas ſiquidem, ut ex phyſicis liquet, eſt promptitudo ad percurrendum certum ſpatium certo tempore. Impetus vero eſt maſſa multiplicata per velocitatem. Ita ſi velocitas e. g. ſit 4. maſſa ſit 3. impetus, ſeu mavis quantitas motus cum Volphio erit 12. Poſſunt autem diverſo impetu duo corpora eadem velocitate moveri. Fac nempe globulum ſphæricæ figuræ plumbeum, & ligneum eadem mole præditos æquali velocitate moveri, impetus in plumbeo tanto debet eſſe major, quanto majorem habet maſſam. Habet autem plus maſſæ, quia plus materiæ, quam ligneus. Solum moles, ſeu volumen æquale eſt, quod a phyſicis non conſideratur. Tanto ergo major erit impetus in plumbeo, quanto major proportio materiæ ad materiam. Quod etiam alio experimento illuſtratur. Si enim adverſus plumbeum, & ligneum globulum moveantur corpora, quæ vires inter ſe æquales habeant, ictus erunt diverſi; maximum quidem recipiet unum ex his corporibus a globulo plumbeo, minimum e contra recipiet alterum ex ligneo. Fluida ergo noſtri corporis poſſunt eadem velocitate diverſo impetu moveri, prout majorem, minoremve habent maſſam. Quibus ſic conſtitutis licet colligere nominibus hærere, qui detrahendum non eſſe ſanguinem ſuſtinent, ubi nimius ſit impetus ſanguinis in caput ob id potiſſimum, quod cum augeatur ſanguinis velocitas, augetur morbi cauſa. Quid enim quod velocitas ab impetu ſit diſtinguenda? Quare licet detracto ſanguine augeatur ſanguinis velocitas, materiam tamen, ſeu maſſam ſanguinis minui manifeſtum eſt. Cum autem maſſam minuimus, impetum quoque imminui debere neceſſum eſt. Hoc autem imminuto morbum ſedari manifeſtius quidem eſt, quam ut ullis rationibus poſſit comprobari.

Ex brachio, & ſi ſuppreſſi ſint improviſo menſes, vel hæmorrhoides, ex pede.] Sanguinem in dolore capitis ex ſuperioribus partibus detrahendum eſſe facit potiſſimum hæc ratio. Cum ſanguis in vaſis facile ſubſiſtat, minimam fere eadem vim habent ſe contrahendi: ſi igitur a locis parti affectæ proximis ſanguis

detra-

detrahatur, promptiffime caput exoneratur, hinc vafa depleta validius, & fortius fe fe contrahentia, quod adhæret lateribus eorumdem dimovent, ac circulo reftituunt. Tunc folum a partibus longe a capite diffitis detrahendus eft fanguis, cum ab his ad caput infignis eft ejufdem affluxus, quod tunc contingit cum fuppreffi funt improvifo Menfes, aut Hæmorrhoides, ut idem faltem per aliquod tempus cohibeatur, quo tempore depleta vafa poterunt a diftentione liberari, atque hac ratione morbus tolli penitus, vel plurimum faltem imminui. Vid. cap. 1. com. in aph. 15.

Tandem ex jugularibus, vel arteria temporali.] Magnam fieri a parte affecta revulfionem, cum vena tunditur proxima arteriæ, quæ proxima fit arteriæ partis affectæ, oftendimus loc. cit. Si fecetur vena bafilica brachii, magnam fieri revulfionem, fi jugularis externa, maximam: hinc eft in graviffimis capitis affectionibus ad ejufdem fectionem deveniendum effe, quo folo remedii genere certo, feliciterque debellari compertum eft. Quid de fectione arteriæ temporalis dicendum? Tanti enimvero facienda eft, ut fi quid fperari in fumma rerum anguftia poffit, & in defperatis hæmicraniis, ab hoc uno remedii genere fperari jure merito poffit. Cujufce rei locupletiffimos teftes habemus, præ cæteris Cl. Turnerum, qui Hemicraniis deploratiffimis oppreffos, aliis omnibus incaffum tentatis, feliciter liberatos fuiffe teftatus eft. Quo loco animadvertendum eft, quod notat Willifius fectam arteriam facile callum inducere, ex quo fit, ut cavitas, & diameter minor fiat, parumque fanguinis ad affectam partem vehere poffit, hinc materia morbum faciens partim exhaletur, partim a venis abforbeatur. Quod quidem confirmatur exemplo illorum, qui tumores equorum curant. Arteriam enim ad tumefcentem partem filo ligant, atque humorum ad eamdem derivationem præpediunt, quo fit, ut a tumore liberentur. Id quod Arvæo fcyrrhofos tumores curanti folemne fuiffe notum eft. Solet porro arteria temporalis tranfverfim fecari, idque felicius, quam ubi punctum incidit; fic enim magis coeunt divifæ arteriæ partes, fanguis jufta quantitate educitur, vulneri poftea adftringentia albumine ovi fubacta applicantur. Fafcia tandem, ut in vulneribus folet, caput deligatur, ut cito coalefcant. Si hæ cautiones ferventur, vix ullus eft Aneuryfmatis metus; quo plerique perterriti a tanto remedio abftinuerunt.

Ac diæta tenui.] Diæta poft venæ fectionem præftantiffimum eft remedium ad materiem fanguinis minuendam, ac plenitudinem tollendam. *Poft*, inquam, *venæ fectionem*; cum enim fanguinis plenitudo peccat, ftatim tollenda eft, ut gravioribus malis aditus præcludatur, quod per fimplicem diætam obtineri non poteft. Nam fi v. g. opus fit detractione duarum librarum fanguinis, cum per diætam fpatio viginti quatuor horarum vix quatuor libræ fanguinis minuantur, ut Cl. Sanctorii experimentis compertum eft, duas libras fanguinis per horas duodecim decedere manifeftum eft, cum per phlebotomiam fere minuto fecundo decedant.

XI. *Si æger nimis tenellus fit, hirudines temporibus, vel cucurbitulam &c.*] Hirudines adhiberi folent a Medicis, ubi evacuatione opus eft univerfali, vel particulari. Si primum, ad loca majorum venarum adhærere finuntur; idque fere in infantibus, in quibus venæ fectio ob nervorum, arteriarumque complicationem, vaforumque exilitatem minus tuto celebrari poteft. Sin alterum, iis partibus applicantur, quæ aut affectæ funt, aut eidem proximæ, vicinæque. Ita in doloribus capitis diuturnis hirudines temporibus affixas mira præftare obfervamus. Id quod Zacuti, & aliorum obfervationibus confirmatum eft, qui contumaciffimos capitis dolores hoc remedii genere fublatos vidiffe teftati funt. Cucurbitulam magnam occipiti applicatam fanguinem magno cum fructu fugere in violentis

capi-

capitis affectionibus ex alibi dictis de Apoplexia, Lethargo, & Phrenitide manifeftum eft. Quid fi tenellus fit æger, ut citra difcrimen venæ fectio celebrari non poffit?

XII. *Si a craffa, lenta, ac difficili materia exoriatur &c. cauteria, fetacei item, aut veficantia &c.*] Solent fonticuli, fetacei in diuturnis capitis affectionibus collo, vel brachiis ad nova emunctoria naturæ paranda excitari, quibus excrementitiæ fanguinis fordes, quæ alicubi impactæ obftructionem efficiunt, qua data porta extra corporis confinia educantur. Neque defunt exempla eorum, qui fonticulis excitatis pertinaciffimis capitis doloribus egregie convaluerunt. Virginem a diuturno capitis dolore, qui noctu præfertim eamdem dire exercebat, fonticulo in capite excitato liberatam fuiffe teftis eft Grammis in M. N. C. Dec. 1. an. 3. obf. 81. De efficacia plane mirabili fetaceorum celebris eft Cl. Ruifchii obfervatio 40., ut alias mittam Hildani cent. 4. ob. 6., & 7. qua rebellem quamdam Cephalæam, fetaceo excitato, penitus ablatam fuiffe, eodem vero confolidato, recruduiffe, rurfus admoto evanuiffe, iterum confolidato, tertia adhuc vice repetiiffe compertum eft. Priufquam vero excitentur ad caufam morbum facientem refpiciendum eft. Si plenitudo fanguinis peccet, cum extimulare habeant folidas partes, cane pejus, & angue abftinendum effe, ex prædictis manifeftum eft. Si in gracilibus, aduftifque corporibus, in nimia fibrarum rigiditate, humorum acrimonia, tenuitate, ac nutritii roris defectu, non folum ullam eximiam præftabunt operam, fed fummopere lædent. Tunc igitur folum, ubi crafforum, vifcidorumque humorum cerebrum, ejufque membranas infarcientium indicia fe prodant, id quod potiffimum in corporibus fucci plenis, obefis, laxaque fibrarum textura donatis contingit, funt applicanda.

Idem plane dictum velim de veficantibus, quorum acres, ftimulantes, ac fere urentes particulæ cum craffis, vifcidifque quifquiliis incidendis, tum fibrarum elateri intendendo opportuniffimæ exiftunt, unde validius, & fortius fe fe contrahentes eafdem vaforum parietibus tenaciter adhærentes dimovere habent, circulo reftituere, & qua data porta extra corporis confinia per ulcufcula ibidem excitata educere.

Huc quoque fpectat uftio capitis, cujus præclarum exemplum legere eft in A. R. S. P. an. 1708. a D. Hombergio relatum, qui Cephalalgiam pertinacem, & inveteratam per combuftionem accidentalem curatam vidiffe teftatus eft.

Errhina ex fol. betton. &c.] Ubi dolor capitis ab humorum craffitie, vifciditate, ac lentore exoriatur, ac fibrarum laxitate, errhina ob id potiffimum eximiam operam præftant, quod irritatis nerveis fibris, quarum extremitates in interiori narium tunica expanduntur, fpafmus excitatur, qui per nervorum ductum membranis cerebri, & partibus refpirationi infervientibus communicatur, hinc fternutatio exoritur, quo motu humores vifcidi, lenti, ac difficiles vaforum parietibus adhærentes excutiuntur, qui propterea ex glandulis narium, faucium, vicinarumque partium fub aquæ, aut pituitæ, mucique vifcidi fpecie ejiciuntur.

XIII. *Interim vero pillul. fuccin. Craton. vel capital. Paracel.*] Si ullo in capitis dolore purgantia locum habent, in eo maxime locum habent, qui a craffis, vifcidifque humoribus, a fibrarum laxitate, quem frigidum Veteres appellabant, proficifcitur. Non autem quæcumque ufurpari tuto poffunt. Fortiora enim fi exhibeantur, periculum eft, ne ferofis partibus fanguinis eductis, craffæ, terreftres, vifcidiorefque remaneant, quæ obftructionem, atque abhinc prodeuntem morbum augeant, aut confirment. Ea porro convenire vifa funt, quæ craffas, mucofafque quifquilias blande attenuare habent, incidere, obftructionefque hinc ortas referare, & per alvum extra corporis confinia educere. Inter hæc eminent pillu-

pillulæ ſuccinat. Craton. vel capital. Paracel. quarum baſis Aloes eſt, cætera ingredientia, quæ tenuibus, ac volatilibus, blandis tamen particulis fęta ſunt, quæque ſpecifica quadam virtute capiti ſuccurrere communiter reputantur.

XIV. *Horum dierum intervallo decoct. theiform. fol. bettonic. ſalv. fl. anth. &c.*] Idem plane dictum velim de alterantibus. Ea enim in frigido dolore ſeligenda ſunt, quæ tenuibus, volatilibus fęta ſunt particulis, quæque nervoſas partes ad oſcillandum excitant, earumdem tonum intendunt, humoreſque ſpiſſos fibris tenaciter adhærentes diſſolvunt, & ad fluendum aptos reddunt. Quæ fere calidorum cephalicorum nomine veniunt. Ejuſmodi ſunt ſalvia, bettonic. &c. Hiſce tamen palmam præripit Succinum, & ex eo parata medicamenta, ceu quæ citra nimium motum, atque irritationem prædictis muneribus obeundis aptiſſima exiſtunt.

XV. *Hiſce fruſtra adhibitis &c. Sarſ. peril. radic. Chin. &c.*] Quandoque viſciditas, ac lentor tantus eſt, ut iſtius generis medicamentis tolli nullo modo poſſit. Ea porro quæ ſanguinem refermentandi, ut ajunt, virtute pollent, in uſum vocanda. Horum in cenſu veniunt ligna quædam ſudorifica dicta, inter quæ ſar. peril. rad. Chin. & hujuſmodi alia, ut alibi demonſtratum eſt.

Si lues venerea conjuncta ſit, lignis adde antimon. crud. &c.] Antimonium particulis valde tenuibus, mobilibus, & ſolidis, diuque in actione perennantibus conſtare creditur; propterea ubi in maſſam ſanguinis pervenerint, eamdem vehementer rarefacere, atque attenuare, humores vaſorum parietibus tenaciter adhærentes dimovere, ſuperfluitates omnes extra corporis confinia per inſignes excretionum vias educere. Hoc certe remedio in decoctum ex ſarſ. peril. & Chin. &c. recepto contumaciſſimum capitis dolorem, fruſtra adhibitis mercurialibus, feliciſſime curatum vidi. Nempe licet pulcherrima laus ſit Mercurii, efficere in morbis venereis, ut inquit Helmontius, *quidquid Medicus, & Chirurgus poteſt optare ſanando*, in dolore tamen capitis a lue celtica oriundo ſecus res habet. Deprehenſum enim eſt etiam poſt ſalivationem mercurialem ſæpiſſime perdurare.

XVI. Vid. com. in aph. 28. Cap. 8. de Epilep.

XVII. *Si venæ ſectionem excipias, eadem fere methodo pertractandus eſt dolor capitis a ſeroſa colluvie &c.*] Seroſa colluvies a ſolidis partibus potiſſimum repetenda eſt, cum nempe laxato earumdem tono, nec alimenta teruntur, nec Chylus rite ſubigitur, præterea cor, & arteriæ chylum male a ventriculo ſubactum parum ſolvunt, nec non parum ſalis, & ſulphuris ab eodem expediunt, unde optima, ac congrua componentium ſanguinem partium miſcella tollitur, ejus compages ſolvitur, unde ſeroſa pars a reliquarum nexu ſecedens facile intra laxam partium ſtructuram ſubſiſtit. Si ſecetur vena, & detrahatur ſanguis ſeroſa peccante colluvie, cum materia proxima ſpirituum exhauriatur, ſolidas partes eorumdem influxu deſtitutas jam magis magiſque flacceſcere, ac collabi debere, hinc morbos ab eadem pendentes augeri, aut confirmari adeo manifeſta res eſt, ut nulla ſit manifeſtior. Purgantia porro blanda, ac ſudorifica ſerum ſuperfluum eliminando, cephalica calida, quæque tenuibus, ac volatilibus partibus ſunt fęta, extimulantia medicamenta, qua ſpiritus erigendo, qua ſolidas partes ad oſcillandum excitando, qua maſſam ſanguinis exagitando, ejuſque ſales, ac ſulphura expediendo egregie opitulari dolori capitis a ſeroſa colluvie pendentibus perſpicuum eſt.

XVIII. *Purgantia, cephalica calida, extimulantia quævis in dolore capitis, ut ajunt, calido &c.*] Non eſt ſilentio prætereundum celebrem fuiſſe diviſionem apud Veteres fere Medicos doloris capitis in frigidum, & calidum ratione ſenſus frigoris, aut caloris quocum conjungitur. Ille enim per frigus, ſaltem per ſen-

ſenſum ponderis, quo caput gravatur, manifeſtus fit, hic vero per calorem, qui univerſum caput afficit, & præſertim frontem. Atque hi quidem rem omnem feliciſſime expediunt humores frigidos, aut calidos, exundantem humiditatem, aut ſiccitatem in medium afferentes. Quos tamen redarguit Cl. Sennertus, ridiculum plane eſſe affirmans omnes morbos per quatuor illas qualitates velle explicare. Cui quidem anſam dediſſe viſus eſt Hippocrates de Vet. Medic. inquiens: *Quicumque calidum, aut frigidum, aut humidum, aut ſiccum voluerint principium cauſamque tum morborum, tum mortis hominibus, horum unum, aut duo præponentes, hi in multis, quæ dicunt, manifeſto erraſſe deprehenduntur*: ſubdens paulo poſt: *Frigiditatem autem, & caliditatem ego omnium facultatum minime potentes eſſe in corpore exiſtimo*. Recentiores porro Medici morbos, quos calidos Veteres appellarunt, nonniſi ex acribus, volatilibus, ſulphureis particulis exaltatis in ſanguine, atque in univerſam ejuſdem maſſam diffuſis, ejuſque fervorem excitantibus, frigidos vero ex iiſdem omnino depreſſis, terreſtribus, craſſis, & ad motum inertibus præpollentibus repetendos eſſe ſunt arbitrati. Quæ cum ita ſint, quamvis pillulæ capitales Paracelſi, vel ſuccin. Cratonis, vel ſimiles mitiſſima purgantia ſint, ut ſtimulo opus ſit ad earumdem operationem juvandam, cum tamen iſtorum baſis Aloes ſit, quæ conſtare creditur ſulphure quodam tenuiſſimo, & inſignis efficaciæ, ſale pariter quodam ſumme ſubtili, & acri ad pungendum, irritandum, & erodendum aptiſſimo, ſi in humorum tenuitate, atque acredine, in temperamentis fervidioribus, ſiccis, aduſtiſque adhibeantur, verendum eſt, ne nerveæ fibrillæ ea ratione afficiantur, qua opus eſt ad convulſivas, & non ordinatas contractiones inducendas. Idem omnino dicendum de cephalicis calidis, quæ cum extimulare habeant ſolidas partes, motum ſanguinis accelerant, ipſum diſſolvunt, acredinem humorum augent, hinc vel delirii, vel inflammationis, vel alterius morbi periculum. Egregie propterea notat Cl. Hoffmannus lib. 2. de medicament. offic. c. 132. p. 379. ſect. 10. quod ſicut ex aromaticorum, calidorumque cephalicorum uſu in intemperie frigida haud exiguum levamen, ita e contra, ubi morbi a caliditate exoriantur, inſignem ex illis læſionem, certamque noxam expectandam eſſe. Dodonæus ipſe calidorum hujuſcemodi caput implentium uſu & morbum intendi, & ægrum in periculum induci haud dubie affirmavit. Quid de Veſicantibus dicam, quorum eſt non ſolum cutim cui applicantur divellendo extimulare, ſed acres, erodenteſque particulas in ſanguinem introducendo, & univerſum genus mire percellere, & ſanguinis principia ſolvere, & motum ejuſdem accelerare ea ratione, qua inflammationes ſæpe ſequantur?

XIX. *Solum his alvus lubrica ſervanda uſu cliſterum emollient. ol. A. D. &c.*] Ea porro in dolore capitis a nimia ſanguinis tenuitate, & acredine, in fervidiore ægrotantis conſtitutione viſa ſunt convenire, quæ nimium motum, fervoremque ſanguinis compeſcendi, particulas acres, vellicanteſque temperandi, univerſum nervorum genus relaxandi, emolliendi virtute donantur. Inter hæc eminent Cliſteres emollientes, qui præterquamquod materiam in craſſis inteſtinis hærentem evacuant, qua ſubducta etiam tenuja facilius exonerantur, humoreſque ad eas promptius accurrentes ad ſuperiores minus vergunt, accedit præterea balneo illo, ac fotu inteſtinorum fibras ea ratione affici, qua per mirabilem nervoſarum partium conſenſum reliquæ etiam, præcipue capitis, relaxentur. Quid ad ſpaſmodicas, & convulſivas contractiones ob ramoſas, mites, læveſque, quibus ſętum, particulas emolliendas, quid ad acres, ſtimulanteſque humores irretiendos, univerſo nervorum generi exoptandam tranquillitatem conciliandam ol. A. D. præſtantius? Quid ad bilioſos humores evacuandos, & ex maſſa ſanguinea præcipitandos, ejuſque effervefcentiæ nimiæ temperandæ ſuavi

a co-

acore, quo funt præditi, Tamarindis, Sero lactis efficacius, aut pro ægrorum opportunitate valentius?

XX. *Ubi vigiliæ intenfæ urgeant, emulfion. ex Semin. Melon. &c.*] Opiatis medicamentis utendum effe docuit Baglivus in iis præfertim, qui ob nimium fenfum, ac fibrarum ariditatem capitis dolore premuntur. Verum in narcoticorum ufu cautiffimi fint oportet Medentes. Quies enim, quæ narcoticis conciliatur, torpor potius eft, quam placida exoptanda tranquillitas, ut oftendimus cap. 4. de Phrenitid. com. in aph. 18. Si in parca dofi adhibeantur, vix, ac ne vix quidem dolorem obtundunt, mox vero ceffante eorumdem actione, ægrum dirius exercens dolor denuo excitatur. Si in magna, & repetitis vicibus, periculum eft, ne quem obdormire volumus, excitare poftea non poffimus. Quare fi narcoticis utendum eft, in ufum ea vocanda funt, quæ leviora funt, & anodyna potius facultate donantur, a quibus certum levamen, nullum noxæ periculum fperari queat. In horum cenfu veniunt emulfiones femin. Melon. quatuor frigidorum in aquis refrigerantibus paratæ, addita camphora, cujus repetito ufu, depletis prius vafis venæ fectione, & alvo aperta lenientibus medicamentis, teftor me mulierem quamdam diris convulfionibus obnoxiam, atque enormi hemicrania laborantem feliciffime fanatam vidiffe.

XXI. *In contumaci morbo ad ferum lactis deftillat. cum fumaria, cichor. &c.*] Apte docuit Hippocrates: *Morbus qui in ficco eft, ftabilitur, & non ceffat.* Quo loco mirari minus fubit dolorem capitis a fanguinis tenuitate nimia, atque acredine, fibrarumque ariditate oriundum plerunque levioribus medicamentis non cedere. Quod ubi contigerit, ad univerfalia confugiendum eft, quæ diluere habeant, temperare, edulcare, & nutritio rore humectare, atque in eorum ufu diutius perfiftendum, ut optato fine potiamur. In horum cenfu venire ferum lactis deftillatum cum plantis, quæ nitrofo fale, aut nitro perfimili fœtæ funt, cujufmodi funt, fi Boerhaavio fides habenda fit, Fumar. Cichor. &c. notum eft. Huc quoque balnea aquæ dulcis, lactis ufus, ftillicidia in affectam partem, aliaque ejufmodi, quibus diuturnam hemicraniam feliciffime curatam vidi, cum alia minus commode refponderint.

INDEX
RERUM, ET VERBORUM:

A

Ci-

Epi-

G

H

I

K

L

M

N

Quo-

Quin-

Q

R

S

Sibi-

T

Tu-

Quo-

Z

F I N I S.

Errata	Pagina	sic Corrige	Linea
ferendis.	14	terendis.	39
Ə ii.	36	ʒ ii.	19
Poster.	44	Poter.	22
elevari,	63	elevari fumos,	9
pendentibus.	99	pendentibus dicata.	10
earumdem.	139	ejusdem.	5
Corn. Cer.	160	sanguinis.	10
comparatæ.	176	comparati.	35

APHORISMI
DE COGNOSCENDIS
ET
CURANDIS MORBIS

Uberrimis commentariis, atque animadverſionibus illuſtrati,

Quibus quæſtiones ſingulæ, quæ cum in theoriam, tum in praxim medicam cadunt, hodie maxime illuſtres, ſedulo pertractantur, diſcutiunturque.

SCRIPTORE

JO. FRANCISCO SCARDONA
Rhodigino, Philoſoph. & Med. Doct.

LIBER SECUNDUS

Præcipuos morbos pectoris complectens.

TOMUS SECUNDUS.

PATAVII, Typis Seminarii. MDCCXLVI.
Apud Joannem Manfrè.
SUPERIORUM PERMISSU, & PRIVILEGIO.

INDEX CAPITUM,

Quæ in hoc Volumine continentur.

NOI

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione del *P. Fra Paolo Antonio Ambrogi Inquisitore Generale del Sant' Offizio di Padova*, nel Libro intitolato: *Aphorismi de Cognoscendis, & Curandis Morbis &c. Auctore Francisco Scardona de Rhodigio*; non v' esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi, e buoni costumi, concediamo Licenza a *Gio: Manfrè Stampatore di Venezia*, che possa essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. il primo Giugno 1746.

(*Gio: Alvise Mocenigo II. Rif.*

(*Giovanni Querini Proc. Rif.*

(

Registrato in libro a Carte 28. al n. 217.

Michiel Angelo Marino Segr.

Registrato al Magistrato Eccellentissimo contro la Bestemmia.

Francesco Gadaldini Segr.

DE

APHORISMI
DE COGNOSCENDIS, ET CURANDIS MORBIS
LIBER SECUNDUS
CAPUT I.
De Angina vera.

I. ANginam veram cum dicimus inflammationem potissimum faucium, & partium vicinarum intelligimus, ad differentiam nothæ, seu spuriæ, quæ 1. ab infarctu serosi, ac viscidi humoris in glandulis salivalibus, 2. dictarum partium convulsione, 3. ossis hyoidis luxatione proficiscitur.

II. Causæ antecedentes, & procatarcticæ sunt suppressio improvisa naturalium evacuationum, mensium, lochiorum, hæmorrhoidum, vini generosi potus immodicus, immoderata corporis exercitatio, vociferatio in aere frigido, vel cui succedat aquæ frigidæ copiosa potio, venena caustica, mercurialium, & arsenicalium fumi, helleborus, fungi, solanum furiosum comesa.

III. Signa anginæ veræ sunt, deglutiendi, ac respirandi difficultas plus minus insignis pro vario inflammationis statu, difficilis locutio, rubor faucium, tumor interdum apparens, quandoque nullus, pulsus durus, celer, frequens, tensus, calor universi corporis, sitis intensa, lingua arida, sicca, vel lympha crassa obducta.

IV. Spuriæ ab infarctu serosi, ac viscidi humoris tumor citra rubedi-

nem, febris vel nulla, vel pauca, & lenta.

V. Quæ oritur a convulſione ſubito invadit, ac citiſſime ſolvitur citra febrem, tumorem, rubedinem, aliaque recenſita Symptomata aph. 3.

VI. Tutius eſt ægrotantem difficulter deglutire, quam difficulter reſpirare.

VII. Si diſcuſſa angina, peripneumonia ſuperveniat, malum.

VIII. Ne ſuppuratio quidem omnis periculi eſt expers.

IX. Dolor ſine manifeſta cauſa remittens, pulſu interim parvo, humili, formicante ſuperveniente, voce catulina, faciei nigredine, oculorum diminutione, brevi ægrum periturum prænuntiant.

X. Ubi inflammationis veræ ſigna appareant, nulla interpoſita mora ſanguis primum ex baſilica brachii, tum ſi ſuppreſſio ſit improviſa Menſium, aut Lochiorum, aut Hæmorrhoidum, ex pede, tandem ingraveſcente Angina ex jugularibus manu periti Chirurgi detrahendus.

XI. Si vires debiles ſint, Cucurbitulæ ſcharificatæ Cervici, vel etiam Mento applicandæ.

XII. Quæ dum fiunt oleum Amygdalar. dulc. ad ℥ iv. cum raſur. dent. Apr. s. lævig. ad ʒ i. propinandum.

XIII. Gelatina quoque Corn. Cer. uti præſtat, cui ante congelationem addatur ſtibium diaphoret. aut raſur. dent. apr. mandibul. Luc. piſc. s. lævigata.

XIV. Mucilagines quoque ex ſeminibus Malvar. Alth. Pſyl. Violar. ad ℥ vi. cum ſyrup. papaver. rhæad. de ibiſc. violar. ad ℥ i. s. ore detinendæ, & ad fauces blande dimittendæ. Hiſce ſubſtitui poteſt aqua hordei, in qua ebullierint flores ſambuci, cum lacte mixta.

XV. Progreſſu morbi gargariſmata ex aq. malvar. hor. ℥ x. ſyrup. diamor. ℥ i. s. nitr. puriſs. ʒ i. vel ſalis armoniac. ℈ i. concedi poſſunt.

XVI. Extrinſecus Cataplaſmata ex fol. malvar. parietar. branch. urſin. fl. melilot. verbaſc. radic. lilior. albor. nid. hirudin. oleo Chamomil. ſubactis parata applicentur.

XVII. Si angina vera, ſuperata acutie, chronica fiat, veſicantia ſunt admovenda.

XVIII. Si ad ſuppurationem tendat tumor, abſceſſus ſcalpello eſt incidendus.

XIX. In Angina ſuffocativa Laryngotomia inſtituenda.

COM-

COMMENTARIA, ATQUE ANIMADVERSIONES IN APHORISMOS DE COGNOSCENDIS, & CURANDIS MORBIS

LIBER II.

CAPUT I.

De Angina vera.

I. ANginam *veram cum dicimus, inflammationem potissimum faucium &c.*] Angina ab ἀγχόνη græcorum dicitur, non secus ac ango ἀπὸ τοῦ ἄγχειν, quod stringere, & strangulare significat. Hujusce porro celebris fuit apud Veteres Medicos distinctio in quatuor species, quam docente Galeno 4. *de loc. affectis* 3. desumebant ex loci affecti varietate; siquidem inflammatio interiores Laryngis musculos occupans ab ipsis appellabatur Cynanche, exteriores vero Paracynanche: similiter inflammatio interiores pharyngis musculos occupans Synanche, exteriores vero Parasynanche. Verum rem sedulo ad examen revocans Galenus has nominum distinctiones adeo contemnere visus est, ut affirmare minime dubitaverit tum primum homines res ipsas neglexisse, cum nimio studio nomina quærere cœperunt. Cui adstipulari visi sunt moderni, præ cæteris Cl. Bellinus, qui hanc quaternariam distinctionem ad nominum potius pompam, quam rei momentum excogitatam prætendit, ac propterea tamquam inanem, ac falsam rejiciendam. Cum enim musculi tam interni, quam externi pharyngis, ac laryngis proximi sint inter se, & omnes quasi simul connexi, vix, ac ne vix quidem fieri potest, ut interiores musculi exterioribus intactis, ac pharyngis musculi seorsim a laryngis, inflammationis capaces sint. Quare satius visum fuit explosa hac nominum distinctione illud affirmare, varium esse posse Anginæ gradum, sævioris nempe, mitiorisque pro majore, aut minore spatio quod occupat inflammatio, non secus ac diversi esse possunt gradus in quolibet alio morbo. Nonne contingit præter fauces Laryngem, vicinasque partes inflammari? quin imo inflammationem ad cervicem ipsam exteriorem protendi historiæ virorum fide dignissimæ testantur. Quæ cum ita sint, Anginam sævioribus stipari posse symptomatibus, mitioribusque tam nota res est, quam quæ notissima. Quamquam varia distinctio Anginæ pro loci affecti varietate excludenda sit, illa tamen retinenda videtur, quam ex causarum diversitate desumunt; siquidem si fauces, vicinæque partes inflammentur, veram Anginam dicunt; si vero alia ratione afficiantur, spuriam appellare consueverunt, quæ multiplex est, ut ex dictis liquido constat.

Ad differentiam nothæ, seu spuriæ, quæ 1. *ab infarctu serosi, ac viscidi humoris &c.*] Si sanguis vel plus justo rarescens sit, vel copia peccans, vel crassitie, viscidditate, ac lentore, cum motus minima celeritate in capillaribus arteriis retardetur, aut subsistat, eorumdem vasorum distentionem præternaturalem fieri contingit, sanguinem sibimet ipsi cursum præpedire, ac novo continuo af-

 fluen-

fluente in lateralia lymphatica cogi, unde tumor, rubor, & alia hujuſmodi ſuperveniunt. Idem plane dicendum, ſi ipſæ capillares arteriæ aut nimia laxitate laborent, aut adſtrictione, unde ſanguini etiam naturaliter conſtituto libera circulatione trajiciendo in venas impares ſint. Quibus ſic conſtitutis licet colligere, priorem anginæ nothæ ſpeciem a vera tantum differre in hoc, quod in vera ſanguis extra propria vaſa effunditur, tumoremque ſanguineum, ſeu, ut ajunt, phlegmonodem excitat; in notha vero lympha tantummodo, ac ſerum in iiſdem partibus, in quibus ſecretum ab arteriis reconditur, atque excernitur, glandulis nimirum ſalivæ ſecernendæ, atque excernendæ dicatis, quæ in univerſa oris laryngis, pharyngis ſuperficie maxime conſpicuæ ſunt, ſubſiſtit, obſtruit, tumoremque lymphaticum, album (frigidum Veteres dicebant) progignit.

II. *Dictarum partium convulſione &c.*] Galenus cum ad credendum vehementer adductus eſſet omnes affectiones, quæ faucibus accidunt, ſi ſpirationem, ac deglutitionem quoquo modo impediant, Anginas nominandas eſſe, meminit 4. *de loc. aff. cap.* 3. cujuſdam Anginæ ex luxatione vertebrarum cervicis ad anteriora, unde fauces compreſſæ ſunt, atque impedita ciborum, ac potuum ad ſtomachum tranſmiſſio: id quod accidere poſſe manifeſtum eſt ab ictu, caſu, aliaque ſimili cauſa. Quamquam Hippocrates *Epid.* 6. *ſect.* 2. quoſdam in hanc Anginæ ſpeciem incidiſſe memorat citra cervicis a cauſa externa læſionem. Quo factum eſt, ut veroſimilior videretur opinio, a confluxu humorum vertebras fuiſſe luxatas, indeque anguſtatis faucibus anginam obortam. Verum qui rem ſerio perpenderit, vix poterit in horum ire ſententiam; ſiquidem notum eſt ex Anatomicis per vertebrarum foramina ſpinalem medullam in univerſas fere corporis partes miras nervorum ramificationes diffundere: quo apparet luxationem vertebrarum dari vix poſſe, quin ſpinalis medulla comprimatur, vel ejus ſtructura pervertatur, unde liber ſpirituum a Cerebro ad partes, ab his ad Cerebrum excurſus præpediatur. Quod ubi contigerit, ecquis eſt, qui non videat luxationem iſtam Apoplexiæ magis, aut Paralyſi, quam Anginæ inferendæ aptam exiſtere? Quare illud citra ullius erroris ſuſpicionem affirmari poſſe videtur cum Boerhaavio, Anginam, quæ a luxatione vertebrarum oriri dicitur, a convulſione potius proxime repetendam eſſe. Cum nervi inſervientes motui organorum, quæ deglutitioni, aut reſpirationi dicata ſunt, muſculorum ſcilicet Laryngis, aut Pharyngis convelluntur, in ſimilem convulſionem agi eoſdem muſculos manifeſtum eſt; hinc ſubita Angina Hyſtericis, Epilepticis familiaris. Si ulla luxatio Anginæ inferendæ par eſt, ea certe eſt luxatio oſſis hyoidis. Rariſſimum tamen eſt id evenire, ut nullas hujuſce rei hiſtorias habeamus apud Auctores, ſi illam excipias, quam tradit Cl. Valſalva in egregio tractatu de Aure humana.

III. *Cauſæ antecedentes, & procatharcicæ ſunt ſuppreſſio improviſa naturalium evacuationum &c.*] Novi puellam circa annos pubertatis conſtitutam, quæ cum immodica ſanguinis menſtrui eruptione laborare crederetur, Empirici cujuſdam conſilio adſtringens remedium aſſumpſit: ſubſtitere improviſo menſes: de faciei rubore primum, ac calore, doloreque capitis conqueſta eſt, tum de turgeſcente lingua nullo fere cum dolore inter initia, quem tamen poſtea lingua in eam magnitudinem aucta, ut deglutitionem, & ſermonem non parum impediret, inter comedendum experta eſt: tandem in deglutiendi, ac reſpirandi difficultatem tantam relapſa eſt, ut in ſummum vitæ diſcrimen acta fuerit. In anginam veram incidiſſe puellam ob ſuppreſſionem improviſam menſium ab adſtringente remedio incaute aſſumpto, etiam me tacente facile omnes intelligunt. Quotieſcumque nimirum plenitudo ſanguinis adſit, quæ tamquam cauſa prædiſponens ad inflammationem excitandam par ſit, ad inchoandam ipſam inflammationem oppor-

opportuniffima exiftit : fi huic conjungatur effervefcentia, ac fervor fanguinis ab aucto folidarum partium motu productus, eadem perficietur, ut adnotavit Cl. Pitcarnius *de circulat. fanguin.* Ejufcemodi tumores etiam in aliis partibus ob eamdem caufam accidere confueverunt. Sic menftruis deficientibus mammæ evadunt turgidæ, quod jam Hippocrates præ cæteris adnotavit.

Vini generofi potus immodicus.] Vinum, ut alibi demonftratum eft, infigni fulphurearum particularum copia fcatet, quæ ubi in maffam fanguinis pervenerint, eamdem exfolvere, ac majorem in modum rarefacere habent. Sanguinem autem plus jufto rarefcentem facile in extremitatibus vaforum fubfiftere, atque inflammationem excitare manifefta res eft. Sulphureis, ac volatilibus exhalantibus acidæ, terreftres, craffiorefque relinquuntur, fanguis craffus, vifcidus, atque ad motum minus expeditus redditur. A craffitie vero, ac vifciditate fanguinis inflammationem exoriri, adeo manifeftum eft, ut nihil fupra. V. com. in aph. 6. lib. 1. cap. 4.

Immoderata corporis exercitatio, vociferatio in aere frigido, vel &c.] Infignem fanguinis rarefactionem progignere immoderatam corporis exercitationem, & fi diuturna fuerit, craffitiem, vifciditatemque alibi oftendimus. V. com. in aph. 6. lib. 1. cap. cit. Prædicta ergo de caufa inflammationem procreari luce clarius apparet. Huc accedit ab aere nimis frigido tum collum exterius ambiente, tum intus infpirato, vel a potione copiofa aquæ frigidæ fauces, guttur, vicinafque partes affici, atque minimas capillares arterias eafdem partes perreptantes convelli, anguftiorefque fieri, quam fanguini utcumque conftituto rapida circulatione traijciendo fufficiant, hinc eft faucium, vicinarumque partium inflammationem præ cæteris exoriri.

Venena cauftica, mercurialium, & arfenicalium fumi &c.] Quæcumque faucibus immediate applicita eafdem vellicando, mordendo vaforum extremitates conftringere habent ea ratione, qua liber fanguinis excurfus præpediatur, Anginæ quoque inferendæ opportuniffima exiftunt. In horum cenfu veniunt venena cauftica, atque minerarum mercurialium, atque arfenicalium fumi, qui fubtiliffimis, atque penetrantiffimis fpiculis donantur, quæ ubi in Mufculorum Laryngis, ac Pharyngis fibras fe fe infinuaverint, nerveas tunicas in convulfivas contractiones agunt, unde fanguis in vafis facile fubfiftit, atque inflammatio excitatur. Ventriculum autem, & inteftina maxime fphacelofa, & maculis nigris obfita inveniri, ubi in ftomachum ingerantur ejufcemodi venena, innumeris diffectionibus cadaverum compertum eft, atque etiam experimenta a Cl. Wepffero adducta *tract. de cic. aquat.* id fatis liquido demonftrant.

Helleborus.] Purgationem ex helleboro difficilem effe, terrorifque plenam, folique robufto, & animofo adhibendam egregie adnotavit Fernelius. Quod Mefues quoque noviffe videtur affirmans, homines fui temporis ferre non poffe Helleborum album, nigrum vero nonnifi difficillime. Tantæ eft activitatis helleborus albus, ut ejus fucco olim venatores Hifpani, & Galli telis fuis illinitis Cervos necaverint, unde venatoria venena, & palæftrica funt appellata, qua de re vid. Cæfalpinus *in tr. de venen.*, Crato *lib. 2. prax.* & Celfus *lib.* 5.

Inter graviffima, atque horrenda fymptomata, quæ ab helleboro excitantur frequentiffime occurrunt oris, faucium, atque mufculorum Laryngis, ac Pharyngis moleftiæ infignes, ut linguæ arefactio, dentium conftrictio, fuffocatio. Cujufce rei locupletiffimos teftes habemus Diofcoridem ipfum, ac D. Tournefortium, qui etiam fatetur omnes, quibus Hellebori orientalis (mitior enim nonnullis reputatur) extractum exhibuit, etiamfi de fuperpurgatione non quererentur, naufeis tamen torqueri, ventriculi gravedine cum acrimonia, & phlogofis

fufpi-

ſuſpicione conjuncta, quæ fauces, & anum etiam minitabantur.

Fungi.] Fungi fere omnes ſunt maligni, atque avide deglutientibus non raro funeſti, & exitiales: unde a *funere*, vel a *funus ago*, vel a fungor fungi dicti videntur, ſeu qui veſcentes ad funus deducunt. De his legi meretur Athanaſius Kircherus l. de peſt. ubi ait: *Fungus qualiſcumque ſit ſemper malignus eſt, ſemper exitialium qualitatum apparatu inſtructus: etſi non ſtatim ſentiatur, frequenter tamen comeſus, neſcio quid tamen occultæ machinationis interiore viſcerum adminiſtratione moliatur*.

Conſentientibus autem accuratioribus practicis ſymptomata, quæ ab his excitantur ſunt præ cæteris vomitus, præcordiorum anxietas, ſtrangulationis ſenſus. Specifica nempe quaſi indole iſtorum ſalinæ, ſulphureæ, ſubtiles, acres, ac cauſticæ particulæ, quibus ſcatere creduntur, faucium, ac ventriculi membranas, fibraſque nerveas irritare, vellicare habent, & in violentas contractiones agere, unde dictæ moleſtiæ facile ſubſequuntur. Ita Pauſaniam puellam apud Hippocratem in ſuffocationis periculum fungorum eſu adactam fuiſſe, familias apud Plinium extinctas habemus. Lutetiæ Pariſiorum ſtudioſos quinque adoleſcentes mortuos refert Thom. Bartholinus, ut alia mittam exempla eorum, qui vel perierunt, vel graviſſime ægrotarunt, quæ legi poſſunt apud Jo. Schenkium *in obſ. medic. l.* 7. Stalpartium van de Wiel *cent.* 1. *obſ.* 40. Foreſtum *de ven. obſ.* 2. *p.* 36. Hildanum *cent.* 4. *obſ.* 35. Botallum, Vidium, alioſque. Quid plura? Nullam eſſe ætatem affirmat Cl. Sennertus *lib.* 4. *P.* 1. *cap.* 3. nullam corporis conſtitutionem, in qua non plus plerunque incommodi, quam ex uſu tuberorum, & fungorum proveniat. Quo loco fateor me juſtis laudibus æquare non valere, quæ tradidit J. Rajus adverſus illos, quibus cibi quidam non omnis malitiæ expertes in deliciis ſunt, ajens: *Apagete ergo iſthæc gulæ blandimenta. Quæ tanta*, ut cum Plinio loquar, *ancipitis cibi voluptas? An uſque adeo vitæ tædet, ut eam tam vili offa permutemus, mortemque ſemper in procinctu ſtantem ſollicitemus?*

Solanum furioſum.] Eadem fere ſymptomata exoriri dicuntur ex ſolano furioſo, ſolano Maniaco, ſeu Belladonna. Malignam, & deleteriam hujuſce plantæ virtutem multis experimentis, & exemplis confirmavimus cum de delirio ageremus (V. com. in aph. 4. cap. 4. lib. 1.) ut nullus hic relinquatur dicendi locus.

III. *Signa anginæ veræ ſunt deglutiendi, ac reſpirandi difficultas &c.*] Non poſſe muſculos laryngis, & Pharyngis inflammari, quin aeris in pulmones liber ingreſſus, ac ciborum commoda deglutitio impediatur, manifeſta res eſt: hinc eſt cur in inflammatione fauces, vicinaſque partes occupante cum ſpirandi, tum deglutiendi difficultas exoriatur. Hanc porro fieri dicimus cum ſanguis extra vaſa propria in lymphatica lateralia, ſeu vaſa tenui lymphæ, ac ſero vehendo dicata effunditur. Nemo eſt igitur, qui non videat, & ruborem faucium, & tumorem apparere debere. Quamquam vero eſt quædam Anginæ ſpecies, quam internam, & latentem appellare conſueverunt Medici, in qua videlicet nullus nec tumor, nec rubor apparet, quæ periculoſiſſima eſt, ut docuit Hippocrates prædict. lib. 3. cap. 8. ubi ait: *Angina graviſſima eſt, & celerrime interimit, quæ neque in cervice, neque in faucibus conſpicuum quid habet. Hæc etenim eodem die, & ſecundo, & tertio, & quarto ſtrangulat.*

Pulſus durus, celer, frequens, tenſus, calor &c.] Non poteſt ſanguis in aliqua parte ſubſiſtere, quin nerveæ tunicæ exquiſitiſſimi ſenſus in præternaturales vehementiores, crebrioreſque contractiones agantur, quæ cordi, & arteriis communicatæ pulſus duritiem, celeritatem, frequentiam excitent. Corde autem, & arteriis violenter, ac celeriter motis, qui reliquus eſt in vaſis ſanguis mutuas

patitur

patitur ſuarum partium alliſiones, acres, volatiles, ſulphureæ a reliquarum nexu ſecedentes, ac per univerſam maſſam ſanguinis diffuſæ ejuſdem agitationem, fervoremque augent: hinc calor.

Sitis intenſa, lingua arida, ſicca &c.] Eadem de cauſa ſalivæ ſecretio inhibetur, hinc ſitis intenſa, lingua arida, ſicca apparet. Niſi ſalivæ ſecretio ob auctum ſanguinis, humorumque motum inhibeatur, craſſa ac ſpiſſa redditur a calore, qui in faucibus, viciniſque partibus habetur propter inflammationem. Cum enim ſaliva conſtet ex partibus aqueis, terreſtribus, ac gelatinoſis, quotieſcumque avolaverint aqueæ, remanent craſſiores, & gelatinoſæ, quæ calore facillime condenſantur, non ſecus ac albumen ovorum ad ignem concreſcit. Atque hinc eſt lympha craſſa, ac ſpiſſa obductam apparere linguam.

IV. *Spuriæ ab infarctu ſeroſi, ac viſcidi humoris, tumor citra rubedinem &c.*] Quotieſcumque materia tumorem faciens non ſanguis proprie dictus eſt, ſed ſerum, ac lympha craſſa, viſcida, ac difficilis, tumorem cum rubedine, quem phlegmonodem appellare conſueverunt Veteres fere Medici, ſequi non poſſe luce clarius apparet. Quid quod lenta, viſcida, ac difficili peccante materia, & fibrarum laxitate, ſulphureæ, volatiles, tenujoreſque particulæ minime exſolvi poſſunt ea ratione, qua opus eſt ad febrem, calorem, fervoremque excitandum?

V. *Quæ oritur a convulſione ſubito invadit, ac citiſſime ſolvitur citra febrem &c.*] Quam mira res videtur, momento fere temporis convulſionem homines invadere, atque diris, ſæviſque modis eoſdem exercere, interdum vero eodem ipſo momento tolli extemplo, ac placidam exoptandam tranquillitatem ſupervenire! Nempe ſpiritus animales cæco impetu hac illac ruentes ſi in ordinem redigantur, omnium ſymptomatum ſubita remiſſio contingit, atque quies. Neque enim cogitandum eſt cum affecti ſunt nervi, aut ſpiritus a cauſa aliqua mole ſpectabili affectos eſſe. Sæpe minimum eſt, ac plane ſenſus omnes fugiens, quod eoſdem lædit, atque inſignes in ipſis turbationes creat. Mirum autem vel opii tantillo, vel quiete inducta violentos, perturbatoſque nervorum, ac ſpirituum motus protinus ſedari, aut componi. Quæ ſane oſtendunt quid ſit, quod convulſivi morbi nullis fere eorumdem indiciis apparentibus tam cito homines invadant, citoque ſolvantur. Novi juvenem quemdam Venetum, qui derepente, atque inter comedendum, bibendumque in tantam deglutiendi difficultatem incidebat, ut ne guttulæ quidem aquæ in æſophagum pateret aditus: quandoque tanta difficultate reſpirationis corripiebatur, ut ſuffocari pæne videretur. Mirum autem inter loquendum non ſemel liberatum fuiſſe feliciſſime.

VI. *Tutius eſt ægrotantem difficulter deglutire, quam difficulter reſpirare.*] Prognoſis deſumitur a magnitudine morbi, magnitudo morbi a ſymptomatum vehementia, ſymptomatum vehementia a loco inflammato, atque inflammatione plus, minus partes deglutitioni, ac reſpirationi dicatas occupante. Animal ſine reſpiratione vivere non poſſe tam nota res eſt, quam quæ notiſſima. Quod de deglutitione affirmari nullo modo poteſt. En potiſſimum, cur Angina cum difficultate reſpirationis periculoſior ſit ea, quæ cum difficili deglutitione conjungitur. Nempe in illa ſuffocationis metus eſt, quod pertimeſcendum minus eſt ex difficili deglutitione. Quamdam fœminam quatuor dierum ſpatio ne guttulam quidem aquæ deglutire potuiſſe teſtor, cum tamen morbus ne vel tantillum quidem augeretur.

VII. *Si diſcuſſa Angina peripneumonia ſuperveniat, malum.*] Exitus Anginæ vel diſcuſſio eſt, vel ſuppuratio, vel gangræna. Diſcuſſio duobus modis poteſt contingere; vel enim materia tumorem efficiens e loco affecto dimota circulo reſtituitur, nullibi eadem decumbente, vel in aliquod viſcus transfertur, ibique decumbens illius inflammationem progignit. Angina diſcuſſa peripneumoniam ſubo-

ſuboriri frequentiſſime contingit: qui tranſitus periculoſiſſimus eſt. A parte enim minus nobili ad nobiliorem, ad pulmonem videlicet materia inflammatoria tranſfertur. Hinc timendum eſt, ne eidem tenacius impacta, vel mortem brevi inferat, vel diu morbo protracto corrumpatur, & pure in cavitatem pectoris ruente, Empyema progignat, ut præ cæteris adnotavit Hippocrates ſect. 5. aph. 10. *Quibus ex Angina liberatis ad pulmonem mala fit converſio, ii intra ſeptem dies moriuntur; ſi vero hos evaſerint, Empyci fiunt.*

VIII. *Ne ſuppuratio quidem omnis periculi eſt expers.*] Non poteſt ſanguis in aliqua parte diu ſubſiſtere, quin ejus componentes partes ſenſim a ſe mutuo ſolvantur, atque ſecedant, ſubtiliores avolent, craſſiores vero remaneant, ac ſenſim ſenſimque corrumpantur. Niſi hæ dimotæ circulo redeant, vaſis quibus continentur diſruptis, effunduntur, putrefaciunt, atteruntque vaſorum eorundem tunicas, ac ſuppurationem, abſceſſumque progignunt. Diſrupto abſceſſu periculum eſt, ne pure in bronchia, & pulmones effuſo, adnotante Cl. Foreſto *lib.* 15. *obſ.* 24. æger ſuffocetur. Quo apparet ſuppurationem non omni periculo vacare.

IX. *Dolor ſine manifeſta cauſa remittens, pulſu interim parvo, humili &c.*] Interdum loco boni, ac laudabilis puris, partis inflammatæ mors ſubſequitur, tertius modus, quo exit inflammatio. Quæ dum fit, dolor improviſo ceſſat, verum omnia ſymptomata exacerbantur, pulſus nimirum fit parvus, humilis &c. quæ cum grangrænam, ac ſphacelum fieri protenſo quaſi digito commonſtrent, mortem quoque ipſam portendere luce clarius apparet. Alia prognoſtica apud Hippocr. vid. 6. aph. 37. 7. aph. 41. &c.

X. *Ubi inflammationis veræ ſigna appareant, nulla interpoſita mora ſanguis &c.*] Acutiſſimus morbus Angina eſt, ut non raro intra viginti quatuor horas hominem jugulet. Simul igitur ac illius indicia ſe prodant, eidem per magna remedia occurrendum eſſe nemo eſt, qui non videat. Hinc egregie Celſus lib. 3. *Magis tamen ignoſcendum eſt Medico parum proficienti in acutis morbis, quam in longis. Hic enim breve ſpatium eſt, intra quod ſi quod auxilium non profuit, æger extinguitur.* In Anginæ autem curatione principem obtinet locum venæ ſectio, quam licet prohibere videatur Menſium, aut Lochiorum fluxus ob ſuppreſſionis metum, aut graviditas ob metum abortus; cum tamen æger in mortis diſcrimine prope certiſſimo verſetur, niſi cito inſtituatur venæ ſectio, ad eadem minime reſpiciendum eſſe omnes fere accuratiores practici contendunt.

Ex baſilica brachii, tum ſi ſuppreſſio ſit improviſa menſium &c. ex pede.] Quo in loco inſtituenda ſit venæ ſectio lis orta. Alii ſiquidem ad impediendum novum affluxum ad affectam partem, & ad revellendum in partibus longiſſime ab affectis diſſitis inſtituendam eſſe venæ ſectionem arbitrantur, ad credendum vehementer adducti, quam minimo ſanguinis ad eaſdem irruente vaſa ſanguifera ſeſe validius, & fortius contrahere, ſtagnanteſque humores ulterius propellere, atque diſcutere. Saltem hoc facto venæ ſectionem in vicinis partibus, & ad derivandum tutiſſimo celebrari poſſe exiſtimant, qua copia majore, atque impetu venientem ſanguinem ad affectam partem herentem in extremitatibus vaſorum dimoveant, circulo reſtituant, tumorem, obſtructionemque tollant. Nempe ad materiem alicubi hærentem dimovendam, atque abhinc prodeuntem obſtructionem tollendam non ſolum facit impetus ſanguinis, qui certe major erit ad affectam partem, ſi derivatoria, ut ajunt, phlebotomia inſtituatur, verumqvis vaſorum, quibus ſanguis, humoreſque continentur, quæ niſi eoſdem in parte inflammata hærentes elatere ſuo dimovere habeant, non ſolum inutilis prorſus evadit venæ ſectio derivationis gratia, ſed ſummopere noxia. Aucto enim ad affectam partem ſanguinis motu, atque extremitatum minimorum vaſorum obſtructione remanente, tumorem, atque inflammationem augeri contingit, aut confirmari,

eo

eo prorfus modo, quo fecta vena faphena pedis in valde plethoricis Mulieribus Menfes potenter fupprimit. Vafa autem inepta erunt ad hærentem fanguinem dimovendum, fi elatticitatem fuam, & robur amiferint; elafticitatem vero amittent, cum nimia fanguinis copia ad affectam partem per phlebotomiam in vicinis partibus, & ad derivandum inftitutam irruentis diftenduntur nimis, diftrahunturque, non fecus, ac veficæ contingit, quæ urinæ copia nimis diftenta ad lotium expellendum impar redditur. Quo liquido conftare arbitrantur in inflammationibus fatius effe venæ fectionem in partibus longe ab affectis diffitis, & ad revellendum prius inftituere, mox vero in proximis, vicinifque ad derivandum. Recte hi quidem, nifi falfa opinione adducti venæ fectioni in partibus longiffime diffitis ab affectis, & ad revellendum e. gr. in pede in anginofis affectionibus, & in proximis vicinifque partibus ad derivandum plus tribuerent. quam par eft. Oftendimus fiquidem lib. 1. cap. 1. com. in aph. 15. Secta vena in partibus longiffime diffitis a capite, nempe faphena pedis minimam, ac fere infenfibilem revulfionem fieri, moderatam in Cerebri, ejufque membranarum morbis fecta bafilica brachii, maximam omnium fecta jugulari externa. Tunc folum fectionem faphenæ pedis opitulari, cum ab inferioribus affluxus eft fanguinis ad fuperiores partes, quod plerunque contingit fuppreffis naturalibus fanguinis evacuationibus, Menfium præfertim, ac Lochiorum in Mulieribus, qui affluxus fecta eadem vena præpediri, aut plurimum faltem imminui poteft. Illud tamen hoc loco adnotandum eft, fecta bafilica brachii in morbis Laryngis, ac Pharyngis, omniumque partium externarum capitis, Angina fcilicet, Ophthalmia &c. fieri quidem ab iifdem revulfionem, non fecus ac fit in morbis Cerebri, ejufque membranarum, Apoplexia fcilicet, phrenitide, & fimilibus, minime tamen, fi fecentur jugulares. Cum enim bafilica brachii fanguinem hauriat ex ramo arteriæ fubclaviæ, ut oftendimus loc. cit., quæ proxima eft Carotidibus, quarum externa ramos dat laryngi, pharyngi, mufculis offis hyoidis, omnibufque partibus externis capitis, fit ut per arteriam fubclaviam velocius moveatur fanguis; cum vero velocius moveatur per hanc, tardius movetur per Carotides, & ab iifdem revellitur fanguis. Quod æque affirmari non poteft fi fecentur jugulares. Quinimo fanguinem in affectas partes copia majore, atque impetu irruere contingit, feu quod eodem recidit derivationem fieri revulfioni omnino contrariam. Ad cujus rei ftatum melius intelligendum animadvertendum eft in Angina, aliifque externarum partium morbis affici partes illas, unde jugularis externæ ramuli exoriuntur. Cum igitur hujufce venæ truncum incidimus, fanguis a minimis ramulis, & extremitatibus ejufdem ad apertum locum velocius currit, & magna copia. Cum velocius & magna copia affluat ex fecta vena, fit ut fuccedens fanguis ex carotide externa, quæ extremitatibus prædictæ venæ committitur, cum minorem obicem offendat, illuc liberius fluat, perque affectam partem velocius decurrat, ac majore impetu, quo impetu poterit materies in minimis ramulis fubfiftens, atque arteriolas obftruens dimoveri, difcuti, ac circulo reddi, perinde ac Saphenæ fectio Menfes deducit, ut præ cæteris oftendit Cl. Freind. Com. 2. *de fanguinis miffione*. Quare falubre quidem cenfemus practicorum confilium, qui Anginæ, & fimilium morborum curationem a venæ fectione revulfionis gratia inftituta exordiendum effe præcipiunt, ut fcilicet humorum impetu ad affectam partem jam elanguefcente, obftructio venæ fectione derivationis gratia celebrata facili negotio tolli funditus poffit; iis tamen morem minime gerentes, qui in hunc finem venam longiffime diffitam ab affecta parte, Saphenam fcilicet pedis primum fecant, & ad derivandum bafilicam brachii, fed iis potiffimum, qui ad revellendum bafilicam brachii primum fecandam imperant, tum fi affluxus nimius fit fanguinis a partibus inferioribus ad

ſuperiores, Saphenam pedis, tandem ingraveſcente Angina ad derivandum jugulares tantopere commendatas, & a Zacuto Luſitano *hiſt. Medic. prin. lib.* 1. *hiſt.* 76., & a Tralliano, & a laudato Frend., aliiſque.

Manu periti Chirurgi.] Ut turgeant jugulares venæ, atque ea ratione conſpicuæ fiant, qua ſecari commode poſſint, ſolent plerique ligaturam ad ſiſtendum ſanguinem adhibere, quod non omnis periculi expers eſt. Difficultas enim reſpirationis ita augeri poteſt, ut æger in ipſa operatione ſuffocetur. Opus eſt igitur Chirurgo, qui cum dexteritate, & ſine ligatura ab operatione ſe expediat, quemadmodum Patavii me non ſemel vidiſſe teſtor. Quid quod a perito chirurgo non tantum innoxie, ſed etiam feliciter, nec operoſe magis, aut periculoſe, quam cæteræ venæ ſecantur, ut notat egregie Cl. V. Renatus Moreau Medic. Pariſienſis in epiſtola reſpon. ad Thomam Bartholinum C. fil. de *Angina puerorum Epid.*, qui centies jugulares aperiendas curavit, cum tamen plerique vel ſola cogitatione præſtare exhorreſcant?

Quamvis ſublinguales venas feliciſſime ſectas viderim, cum tamen ſubſit periculum, ne ſi ſatis aperiantur, parum ſanguinis ex eiſdem effluat, ſi vero lato nimis vulnere tundantur, hæmorrhagia ſequatur non raro lethalis, ad earumdem ſectionem, ſi quid ſentio cum Tulpio (lib. 1. obſ. 51.) nunquam deveniendum traderem.

XI. *Si vires debiles ſint, Cucurbitulæ ſcharificatæ cervici, vel etiam mento &c.*] Uti venæ ſectio inter initia, & viribus conſtantibus in Angina, cæteriſque iſtiuſmodi morbis eximiam operam præſtat, ita decurſu morbi, & langueſcentibus jam viribus ſummopere lædit. Quo loco fateor, me juſtis laudibus æquare non valere, quæ tradidit Hippocrates lib. 4. de ratione victus p. 56. *In omnibus morbis, præcipue in acutis, potiſſimumque in quibus vehementia febris ſubeſt, tempus adhibendi medicinam maximam habere facultatem.* Unde etiam Poeta:

Temporibus Medicina juvat, data tempore proſunt,
Et data non apto tempore vina nocent.

Cæterum Cucurbitularum, quæ ſcharificatæ dicuntur, pulcherrima laus eſt ſalvis viribus idem fere præſtare, quod venæ ſectio. Sanguis enim, qui in cucurbitulæ ventrem exprimitur, cruſta illa in ſuperficie inflammatoria donatur, & fortaſſe majore, quam ſi ſanguis e vena educeretur, indicio ſatis manifeſto non fluidiores tantum, ac ſubtiliores, ſed fibroſas etiam, craſſioreſque ſanguinis partes educi, quæ primum extremis arteriarum finibus impactæ, atque eiſdem tenaciter adhærentes, tum in lymphatica lateralia effuſæ inflammationem progignunt. Cucurbitulis ſub mento admotis mulierem quamdam canina Angina laborantem curatam fuiſſe Zacutus Luſitanus *in prax. admiran. lib.* 4. affirmavit, ut alios mittam quamplurimos, qui hoc remedii genere convaluerunt, ut Platerus *lib.* 2. *p.* 395. Amatus Luſitanus *cent.* 3. *curat.* 28. teſtati ſunt.

XII. *Quæ dum fiunt oleum Amygdalar. &c. cum raſura dent. Apr. s. lævig.*] Ea omnia, quæ ad ſanguinem reſolvendum in cæteris inflammationibus adhibentur, in hac quoque locum habere viſa ſunt. Cavendum autem diligentiſſime, ne moleſtiam affectis partibus inferamus, unde & tumor, & inflammatio augeatur, aut confirmetur. Id autem potiſſimum evenire poteſt propter aſperam medicamentorum ſuperficiem, quæ deglutienda ſunt. Cum enim in Angina plerunque adſit deglutitionis difficultas, vel ſi vere non adſit, juſtus ſubrepat timor, ut ſubſequatur, ab iis omnibus abſtinendum eſſe perſpicuum eſt, quæ partes ipſas irritare habent, pungere, aut alia quavis ratione afficere. Quare ſalubre eſt practicorum conſilium pulveres Angina laborantibus exhibere liquidis unitos, quo commode, & ſine ulla moleſtia ingerantur in ſtomachum. Ita raſura dent. apr. s. lævigata, ſi cum ol. Amygdalarum Dulc. propinetur, cum ramoſis ſuis partibus obtundere habeat ejus ſpicula, laxare ſolidas partes, demulcere, obli-

linire, citra ullam fere moleftiam ingeri poffe perfpicuum eft.

XIII. *Gelatina quoque Cor. Cer. uti præftat &c. ftib. diaphoret. &c.*] Idem plane dictum velim de ftibio diaphoretico, aut fimili medicamento, quod diaphorefim promovere a nonnullis reputatur, gelatinæ Cor. Cer. unito. *A nonnullis* inquam; neque enim defunt, qui ftibium diaphoreticum, & fimilia medicamenta non folum vi diaphoretica, ac fanguinem humorefque exagitandi, refolvendique prædita effe negant, fed inepta prorfus ad diaphorefim promovendam exiftimant. Fixum enim quoddam eft ftibium diaphoreticum: Omnia autem fixa parum, vel nihil exagitant. Facultatem potius fanguinem ad diaphorefim difponendi ftibio, & fimilibus medicamentis tribuunt, fenfim acorem, quo fucci præfertim primarum viarum imbibuntur corrigendo, a quo fanguinis denfitas, & arctior compages oriebatur. Hinc eft accurationibus practicis folemne effe morborum acutorum curationem exordiri a fixis diaphoreticis, deinde validiora, ac moventia fanguinem adhibere, quæ in morborum vigore, atque impetu, dici vix poteft, quam male cedant. Tunc porro fatius eft nihil moliri. Apte cadit in hunc locum illud Livii lib. 22. cap. 18. *Medicos interdum plus quiete quam movendo, atque agendo perficere;* atque illud Ovidii:

Dum furor in curfu eft, currenti cede furori,
Difficiles aditus impetus omnis habet.
Adgrediar melius tunc, cum fua vulnera tangi
Jam finit, & veris vocibus aptus erit.

XIV. *Mucilagines quoque ex feminibus malvarum, Alth. &c.*] Sunt qui gargarifmata ad materiem hærentem dimovendam, quocumque morbi tempore ægris præfcribunt. Verum mos ifte accuratioribus practicis minus probatur, commendaturque, verentibus, ne affectæ partes plus æquo commoveantur, concutianturque, unde inflammatio augeatur, aut confirmetur. Mucilagines porro ex feminibus malvarum, Alth. & ejufcemodi aliis elicitæ, & ad fauces dimiffæ laxando, emolliendo, demulcendo mirum in modum conferre vifæ funt.

XV. *Progreffu morbi gargarifmata ex aq. Malvar. hordei &c.*] Uti inter initia, incremento fcilicet, ac vigore morbi, vaforum turgentia, fibrarumque adftrictio vetat, quominus gargarifmata affectas partes commoventia adhibeantur, ne inflammatio augeatur; ita progreffu morbi, cum depleta funt vafa, fibræ parumper laxatæ, atque ad vehementiores contractiones minus idoneæ, cum materia obftruens fluere incipit, ac moveri, funt convenientiffima. Leniter enim ftimulatis vaforum tunicis, adftrictifque, materia eifdem tenacius adhærens facile loco dimoveri poteft, quæ in lymphatica effufa in venas iterum fefe recipere valet ac circulo reftitui, unde obftructio, ortaque hinc inflammatio tollatur. Leniter vero ftimulantia gargarifmata illa cenfentur, in quæ fal prunellæ recipitur. Verum eodem præftantius effe nitrum puriffimum facile judicaverim. Cum enim fal prunellæ nihil aliud fit, quam nitrum, cujus pars aliqua fulphuris vulgaris admixtione deflagravit, verendum eft, ne volatiliori ipfius parte amiffa, vis quoque ejufdem infringatur plus æquo, ac minus commode refpondeat. Sal quoque armoniaci in parca dofi adhibitum, utpote quod neque nimium motum, neque nimiam irritationem inducit, tutiffimum eft medicamen, fi quod aliud.

XVI. *Extrinfecus Cataplafmata ex fol. malvar. pariet. &c.*] Uti medicamentis per os affumendis, ita externis collo applicandis morbo obviam eundum. Inter hæc Francifcus Valleriola cataplafma ex nidis hirudinum decoctis in oleo Chamæmel. & Lilior. ceu fpecificum miris laudibus extollit. Ex iifdem nidis aliud Cataplafma conficit Dekers ad praxim Barbettianam; aliud Foreftus in obfervationibus; aliud Amatus Lufitanus, & Platerus. Illud animadvertendum eft ta-

tamen, non tantum ifthæc vires fuas exercere propter nidum hirudinum, qui fpecifice anginæ opitulari creditur, quantum propter emollientia, ac laxantia c. m. funt Cœpæ, radices lilior. albor. alth. fol. Malvar. Violar. Parietar. femin. Lin. & hujufmodi, quibus exafperatæ partes demulcentur, humorum acrimonia temperatur, nimia vaforum adftrictio tollitur, unde fanguinem facilius reddi circulo contingit, atque inflammationem tolli.

XVII. *Si Angina vera, fuperata acutie, chronica fiat, veficantia &c.*] Morbus acutus tunc chronicus fieri dicitur, cum tempus illud præterierit, quo folvi debuiffet. Solvi autem nequit ob aliquam latentem caufam, quæque fenfus noftros omnino fugit. Rem fi placet illuftremus. Si fymptomata, quæ acutum morbum comitantur portendant, eumdem duraturum effe per quatuor, vel feptem dies, certum autem, ftatumque tempus elabatur, ceffantibus calore, fervore, pulfus duritie, vehementia, aliifque ejufcemodi fymptomatibus, tunc morbus dicitur acutus ex decidentia, qui nempe chronicus fit refpectu acutiei ejufdem vehementiffimæ. Cur autem veficantia in iftiufmodi morbis eximiam operam præftent haud infolens explicatu eft. Facit autem apprime ad phænomeni explicationem animadverfio, folemne effe practicis Veficantia in ophthalmia admovere, ubi poft certum temporis intervallum, quo inflammatio mitior fieri folet, adhuc tumor in oculo, & rubor confpicitur, quod quidem pendet potiffimum non a materie hærente, quæ difpofita non fit ad fluendum, fed a vitio partis fic laxatæ, ut nequeat fefe contrahere ea ratione, qua opus eft ad eamdem impellendam, ac circulo reftituendam. Quo quidem in cafu fi veficantia applicentur, hæc fere commoda fequuntur. Primum vi falis cantharidum acris, ac fere urentis, craffam, vifcidam, ac difficilem materiem folvi contingit, tum folida ipfa extimulari, & in validiores, vehementiorefque contractiones agi, hinc eamdem facilius dimoveri, ac circulo reftitui. Cum igitur Angina acutiffimus fit morbus, & interdum intra viginti quatuor horas hominem jugulet, ubi per repetitas venæ fectiones, atque alia ejufcemodi medicamenta fedatus fuerit nimius fervor, pulfus mollior evaferit, tumor autem adhuc remaneat, feu quod eodem recidit Angina chronica fiat refpectu acutiei, ad veficantia deveniendum eft, a quibus certum levamen, nullum noxæ periculum fperari poteft.

XVIII. *Si ad fuppurationem tendat tumor &c.*] Modum tutiffimum, quo Angina folvi poffit, ubi tumor ad fuppurationem tendat, effe abfceffum fcalpello aperire tradunt omnes fere accuratiores practici, ut videlicet puri extra corporis confinia locus detur, & quod magis eft, ne eodem ad pectus ruente, æger fuffocetur.

XIX. *In Angina fuffocativa Laryngotomia &c.*] De Laryngotomia, feu ut alii malunt Bronchiotomia inftituenda in Angina fuffocativa legi meretur Cl. V. Renat. Moreau fupra laudatus epift. refponfor. ad Cl. Thomam Bartholinum Cafp. filium, qui de Angina Epidemica exercitationes egregie confcripfit, necnon Cl. Barbette Chir. p. 498. aliique Chirurgi hodie maxime nobiles.

CA-

CAPUT II.

De Hæmoptyſi.

I. Quotieſcumque ſanguis per os cum tuſſi plus minus violenta, & profunda, reſpiratióne nonnihil difficili, ardoris, punctionis, vel quaſi rupturæ, & divulſionis ſenſu ſpumoſus, & floridus ejicitur, e pulmonibus ejici eumdem cenſendum eſt.

II. Cauſæ proximæ ſunt 1. ſanguinis e vaſis ſanguiferis pulmonum in lateralia lymphatica irruptio, & eorumdem apertio. 2. vaſculorum ſanguiferorum diviſio, & ſoluta unitas. 3. eorumdem ruptura. 4. eroſio.

III. Cauſæ remotæ internæ ſunt vaſorum pulmonalium nimis tenella ſtructura, convulſio, plethora ad vaſa vera, & ad vaſa apparens, motus nimis velox per vaſa univerſi corporis, ejuſdem nimis tardus, aut plane conſiſtens in particulari parte corporis, vel in ipſis pulmonibus, ſanguinis acrimonia inſignis.

IV. Antecedentes, & externæ ſunt ætas junior, temperamentum gracile, collum oblongum, ſcapulæ anguſtæ, & depreſſæ, incolatus locorum frigidorum, ortus ex parentibus ſimili morbo obnoxiis, ſuppreſſio conſuetarum evacuationum ex naribus, utero, hæmorrhoidibus, inſenſibilis perſpirationis, miſſa conſuetudo mittendi ſanguinem in plethoricis, abuſus vini, & liquorum ſpirituoſorum, abuſus calidorum, aromaticorum, violenti motus, atque exercitationes, nimis alta vociferatio, Scabiei, Eryſipelatis, Variolarum, morbillorum, ulcerum, tumorum retropulſio, ſcorbutus, vulnera penetrantia thoracem, & alia hujuſmodi.

V. Nulla hæmorrhagia tanti facienda eſt, quanti illa quæ fit e pulmonibus.

VI. Peſſima certe, quæ corpora graciliora, collum oblongum, ſcapulas anguſtas, & depreſſas habentia, in juvenili ætate conſtituta, quæ ex parentibus ſimili morbo obnoxiis naſcuntur. E contra illa, quæ ex nimis alta, & violenta vociferatione, clamore, aut aliquo vehementi motu, ſuppreſſione naturalium evacuationum, omnis fere periculi expers eſt.

VII. Paullo difficilior, quæ ex abuſu liquorum ſpirituoſorum, calidorumque, ex retropulſione Scabiei, Eryſipelatis, Variolarum, morbillorum, ulcerum, tumorumque naſcitur, quæ ſcorbuto ſupervenit.

VIII. Quo ſanguinis nimiam evacuationem cohibeam, venæ ſectionem bis, terque pro vaſorum turgentia inſtitui jubeo.

IX. Flor. Caſſ. r. e. ℥ vi. cum pulp. tamarindor. ℥ ii. mane ſumendas ægro præſcribo. Dein vero decoction. fol. portulac. plantag. urtic. ℔ vi. nitr. purif. ℈ i. ſyrup. heder. terreſtr. ℥ i. quotidié exhibeo per plures dies. Si præſto ſint ſucci earumdem plantarum, dici vix poteſt, quam bene cedant ad uncias tres quotidie aſſumpti.

X.

X. Emulſiones quoque ex ſemin. quat. frigidor. ℥ i. s. papaver. alb. ʒ ii. in aq. plantag. portulac. vel ſimili mirum in modum conferre viſæ ſunt.

XI. Hiſce fruſtra adhibitis fungo melitenſi pul. a ℈ i. ad ʒ s. ex juſculo foliis bellidis minoris alterato cum ſyrup. de roſ. ſic. ℥ i. bis in die uti expedit.

XII. Electuarium quoque ex ſemin. papav. alb. ʒ ii. ter. ſigillat. coral. rubror. a ʒ i. ſacchar. roſat. ℥ i., ad ʒ ii. duas exhibitum eximiam operam præſtat.

XIII. Specifica vix, ac ne vix quidem locum habent, niſi remota fuerit morbi cauſa.

XIV. Juſcula extremitatum pedum vituli, & in gelatinam converſa cum gum. arabic. tragacant. continuo ſunt uſurpanda. A rebus calidis, & a vino abſtineat æger, motibus violentis animi, & corporis, a vociferatione alta, ac clamoribus.

XV. Poſt ſanguinem ſiſtentia, præſertim ſi remaneat levis quædam tuſſicula, & difficultas reſpirationis, febricula, & cruentum ſputum recrudeſcat, ſequens deſtillatum propinetur. ℞. ſer. lact. Caprin. vel Vaccin. Lib. xx. fol. heder. terreſtr. veron. fl. hypperic. Conſolid. minor. polig. a M. i. Caudar. cancror. cum ſuis cortic. contuſ. pulp. ranar. a Lib. i. s. Jujubar. a nucleo ſeparat. Lib. i. M. f. s. a. deſtillatio in B. M. & detur ad ℥ x. quotidie. Hujuſce loco ſequens decoctum exhibeatur.

℞. Radic. chin. ʒ ii. ebor. cor. cer. raſ. a ʒ i. Hord. mund. ʒ ii. ſemin. melon. cucurb. a ℥ i. flor. hyperic. M. i. Car. vitul. ℥ iii. ranar. excortic. caudar. cancror. a ℥ i. Aq. font. Lib. i. m. in vaſe vitreo circulatorio bene clauſo in B. M. s. a. f. ebul. uſque ad conſumption. tertiæ partis col. detur quotidie per xxx. dies.

XVI. Æſtivo tempore aquæ nocerianæ ſumme conveniunt incipiendo a lib. ii. augendo doſim uſque ad lib. iv. circiter non ultra.

XVII. Tandem diæta lactea, vel ſemilactea imperanda.

C A P U T II.

De Hæmoptyſi.

I. *Quotieſcumque ſanguis per os cum tuſſi plus minus violenta &c.*] Plures ſunt partes, ex quibus ſputum ſanguinis ortum traducere poteſt. Ex capite, gengivis, glandulis palatinis, ac totius oris cavitatis, ex pharynge, ventriculo, larynge, bronchiis, veſiculis pulmonalibus. Ut vero cognoſcatur, quo ex loco ſanguis fundatur, ad ea, quæ ſanguinis ſputum antecedunt, ad rejectionis modum, & rejecti ſputi conditionem attendendum eſt. Si dolor capitis præceſſerit, aurium tinnitus, venarum frontis elatio, rubor genarum, & faciei totius, & ſputum ſanguinis atri, congrumatique cum ſcreatu, titillationis, & caloris ſenſu in palato, qualis ex catarrho ſolet contingere, ſuperveniat cum ſymptomatum levamine, e capite profluere ſanguinem cenſendum eſt. Si levi expuitione ſanguis ſaliva dilutus ejiciatur, ex gengivis, glanduliſque oris,

ris, & faucium erumpere pro certo habendum. Non poteſt enim ſanguis ex dictis glandulis effundi, quin humor etiam ſalivalis copioſe effundatur, unde ſaliva dilutus apparet, id quod Scorbuticis non raro contingere manifeſtum eſt; Si per vomitum ejiciatur, ex ventriculo provenire dubitandum non eſt; ſi vero per tuſſim, quæ tamen levis ſit, non profunda, aut per ſcreatum, ex trachea, viciniſque locis. Ubi enim ex trachea ejicitur ſanguis, irritat ejuſdem nerveas fibrillas, & in convulſionem agit, quæ deinceps bronchiis, membranis, & muſculis ad reſpirationem facientibus communicata tuſſim excitat, levem tamen, nec profundam. Quod diligenter tenendum eſt. Tuſſis enim inſeparabilis comes eſt ſanguinis ſputi e pulmonibus, ſed hoc diſcrimine, quod violenta iſthæc eſt, ac profunda. Quamquam ſi ſola tuſſis conſideretur, in fraudem facile induci poſſunt medentes, cum hæ differentiæ non raro imponant. Dum igitur e pulmonibus exit ſanguis non ſolum cum tuſſi violenta, & profunda ejicitur, ſed ſanguis ipſe floridus eſt, & admixto aere ſpumoſus. Et licet ibidem ſubſiſtens, aut acidos liquores offendens, ater, concretuſque evadere poſſit, unde ſuſpicari fas ſit ex capite, aut aliis partibus exire, ſi tamen ad reſpirationem attendatur, quæ propterea difficilis ſit, cum ardoris, punctionis, vel quaſi rupturæ, & divulſionis ſenſu, ex pulmone erumpere ſanguinem certo certius habendum. Quibus apparet ſigna, quæ ſolent ſputum ſanguinis e pulmonibus comitari ſingillatim accepta minus tuta eſſe, ideoque conjunctim eſſe perpendenda, ut nullus ſuſpicioni locus relinquatur.

II. *Cauſæ proximæ ſunt 1. ſanguinis e vaſis ſanguiferis pulmonum in lateralia lymphatica irruptio &c.*] Quinque modis ſanguinem e propriis vaſis effundi poſſe communiter reputatur. Primum modum Anaſtomaſim, ideſt extremorum oſculorum cum venularum, tum arteriolarum apertionem vocarunt Veteres fere Medici: alterum diæreſim, ſeu diviſionem, & ſolutam unitatem: tertium diapidiſim, ſeu rarefactionem canalium, qua fit, ut ſanguis ex eorumdem tunicis quaſi tranſcolatus tranſudet: quartum rixim ſive rupturam: quintum diabroſim, quod eroſionem ſonat. Utrum detur Anaſtomoſis inter Recentiores Medicos controverſum eſt. Nonnulli enim certiſſimis obſervationibus Anatomicorum edocti, quibus compertum eſt extremorum canaliculorum oſcula, venaſque, & arteriolas continuas eſſe, vel ſi minus continuas, oſculis certe ſuis perpetuo patentes, haud fieri poſſe putant, ut ſanguis ex extremis oſculis cum venularum, tum arteriolarum apertis erumpere poſſit, quæ fuit Veterum ſententia. Alii vero eo adducti ſunt, ut crederent, Anaſtomoſin dari poſſe, non ea quidem ratione, qua fieri Veteres tradiderunt, excuſatione cæteroquin digniſſimi, quod circulationem ſanguinis ignorabant, ſed ea fere, quam tradam. Putant nimirum arterias, poſtquam in minimas ramificationes diſtributæ fuerint, pulſu tandem ceſſante in duplicis generis canales reflexos abire, illos quidem, qui majori diametro donantur globulos ſanguinis recipere, qui vero anguſtiores ſunt, tenuem tantum, & fluxilem lympham ſuſcipere. Atque hanc quidem philoſophandi rationem experimenta confirmant. Flatus enim, aut argentum vivum, aut alius liquor ſiphone per arterias immiſſus non tantum per venas, ſed & per vaſa lymphatica partium tranſit, ut Cl. Nukius, & Malpighius teſtati ſunt. Hinc ſi ſanguis, qui ab arteriis in venas fluere ſecundum naturæ leges deberet, in vaſa lymphatica effundatur, hæmorrhagia, atque effuſio ſanguinis ſequetur. Cujuſce rei exemplo eſſe poteſt ſanguis, qui ex Mulieribus menſtruantibus ex utero certo, ſtatoque tempore erumpit. Quotieſcumque enim rapida circulatione ab arteriis in venas tranſmittitur, quod plerumque contingit, cum ejus copia tanta non eſt, ut latera vaſorum diſtendens, atque eorumdem extremitates occludens ſibimetipſi liberum excurſum præpediat, nulla fit ejuſdem in lymphatica va-

vafa effufio, ideoque Menfes fubfiftunt. Si vero fiat talis fanguinis plenitudo propter peculiarem uteri conftitutionem ad eumdem potius, quam alia loca propulfi, ut ab arteriis in venas libere tranfmitti nequeat, lateraliter impetum faciens in vafa lymphatica transfertur, & menfium fluxus fequitur. Quo apparet non ita reijciendam effe Anaftomofim, ut fieri nullo modo poffe affirmare liceat.

Diærefi quid effe poteft manifeftius? Eam nimirum a fecante, incidente, aut pungente quovis corporis oriri poffe vel lippis æque, ac tonforibus notum eft plus, quam ipforum digiti, atque ungues.

Utrum diapidifis fputi fanguinis e pulmonibus caufa effe poffit dubitari jure merito poteft. Arduum enim atque infolens explicatu eft, quomodo vaforum fanguiferorum tunicæ ita rarefieri poffint, ut fanguis erumpat floridus, fpumofus, perinde ac fi e vena fecta eductus fuiffet. Poteft quidem fanguis ad fummam tenuitatem redigi, id quod fcorbuto laborantibus fæpiffime contingit, ad eam tamen redigi, qua e vaforum poris una cum globulis dilabatur, non facile judicaverim. Hæmorrhagias, quæ fcorbuto laborantibus familiares funt, quafque nonnulli ad diapidifim referunt, id ex tenuitate nimia, & fibrarum laxitate, (quæ duo in fcorbuto deprehenduntur) arguentes, ad erofionem potius referre maluerim, ceu quæ a falium acerrimorum, ac fere cafticorum copia ortum traducit. Serofam fanguinis partem exprimi poffe a vafis fanguiferis abfque ulla folutione continui experimento Richardi Lovveri tract. *de cor. cap.* 2. perbelle demonftratur. Cum enim venam cavam vivi canis infra regionem cordis forti vinculo ligaffet, ac mortuum canem non multo poft fecuiffet, magnam feri copiam in Abdomine collectam haud injucundo fpectaculo deprehendit. Alterius canis jugulares venas ligavit, qui intra duos dies quafi Angina fuffocatus interiit. Partes omnes ejufdem fupra ligaturam majorem in modum intumuerunt, ac toto hoc tempore non folum copiofæ lacrymæ ex ejus oculis effufæ funt, fed etiam faliva pleno flumine ad inftar eorum, qui Mercurium fumunt, profluxit. Mortuo cane aperto, mufculos omnes glandulafque capitis fero diftentas obfervavit. Quo apparet ferum fanguinis ob cohibitum ejufdem motum diftentis vaforum tunicis tranfmitti, non rubicundam, craffioremque partem, ideoque fputum fanguinis e pulmonibus ad hanc caufam referendum non effe.

Rixim, five rupturam, & diabrofim, five erofionem vaforum pulmonalium fputum fanguinis progignere poffe manifeftius quidem eft, quam ut ullis rationibus poffit comprobari.

III. *Caufæ remotæ internæ funt vaforum pulmonalium nimis tenella ftructura, convulfio &c.*] Quæcumque anaftomofim, vel diærefim, rixim, ac diabrofim vaforum pulmonalium inducere valent, eadem fputo fanguinis producendo opportuniffima exiftere perfpicuum eft. Aliæ autem caufæ internæ funt, aliæ externæ. Internæ vel a folidorum, vel a fluidorum vitiis defumuntur. Ad folidorum vitia pertinet primum nimis tenella vaforum pulmonalium ftructura, qua fit ut a levi quacumque caufa in eadem operante ea ratione afficiantur, qua opus eft ad hæmorrhagiam.

Ad convulfionem quod attinet, filentio prætereundum non eft celebrem fuiffe divifionem plethoræ in illam, quæ ad vafa dicitur, & alteram quæ ex vafis. Plethora quidem ad vafa dicitur cum moles tantum fanguinis augetur, capacitate vaforum continentium non mutata: ex vafis vero, cum non mutata mole fanguinis capacitas vaforum minuitur. Capacitas vaforum minuitur cum eadem plus æquo conftringuntur, quæ conftrictio vaforum, feu mavis convulfio efficit, ut fanguis fegniter moveatur in extremitatibus arteriolarum, ac venularum, vel plane confiftat, virefque fuas exerceat in latera vaforum, eademque a no-

vo

vo continuo affluente fanguine plus, quam par eft diftendantur, difrumpanturque, unde fanguinis effufio.

Plethora ad vafa vera, & ad vafa apparens.] Ad fluidorum vitia fpectat plethora ad vafa vera, quæ dictis fere de caufis fputum fanguinis e pulmonibus progignit. Hoc folum difcrimen intercedit, quod nimia vaforum conftrictione, feu convulfione, ac plethora ex vafis peccante, liber fanguinis excurfus in extremitatibus vaforum capillarium impeditur non mutata fanguinis mole, plethora vero ad vafa peccante, mutata fanguinis mole, qua fit, ut majorem cum vafis continentibus rationem habeat, quam naturæ ordo poftulat, ac propterea extremitates facile obftruat, ac fibimetipfi liberum excurfum prohibeat, unde vel in lymphatica lateralia effundatur, & anaftomofim, vel in latera vaforum vehementer impingens eorumdem tunicas difrumpat, & rhixim, atque hinc fanguinis effufionem pariat. Moles porro fanguinis augeri poteft ob duas caufas, vel quia augetur ejus materia, & moles, unde plethora ad vafa vera proficifcitur, vel augetur tantum ejus moles, fanguis videlicet rarefit, & expanditur, unde plethora ad vafa apparens enafcitur. Hæc autem fanguinis expanfio, five plethora ad vafa apparens, qua ratione fputum fanguinis excitet ex dictis adeo manifefta res eft, ut manifeftior fit nulla. Sanguinem nimirum plus jufto rarefcentem capillaria vafa nimis diftendere, eorumque extremitates anguftantem fibimet curfum impedire contingit, vafa fanguifera pulmonum difrumpere, atque hac ratione fanguinis effufionem promovere.

Motus nimis velox per vafa univerfi corporis.] Sanguis magna celeritate per vafa univerfa fluens, cum infignes patiatur fuarum partium allifiones, rarefit, atque expanditur, magna præterea vi truditur in dextrum cordis ventriculum, a dextro cordis ventriculo in arteriam pulmonalem, ac pulmones, eofdemque infarcit, obftruitque, a novo autem continuo affluente fanguine diftentiones præternaturales vaforum, ac difruptiones facile fubfequuntur, atque hæmorrhagiæ.

Ejufdem nimis tardus, aut plane confiftens in particulari parte corporis, vel &c.] Quotiefcumque fanguis in aliqua parte corporis tarde, ac fegniter movetur, vel plane fubfiftit, in eas velocius currere, quæ obftructæ non funt, ex legibus hydraulicis conftat. Cum nempe fanguis continuo motu nunquam intermiffo moveri debeat, ne deficiente fecretione, ac derivatione fpirituum animalium vita periclitetur, neceffe eft, ut fanguis in aliqua parte confiftens anfam præbeat alteri parti fanguinis, ut in ramis arteriarum, venarumque, qui obftructi non funt, majori velocitate moveatur, non fecus ac aquæ fluminis contingit: fi enim aliqui ejus rami obftruantur, majore copia, & velocitate in non obftructos exoneratur. Cum igitur velocius moveatur fanguis, præterquamquod rarefcit, atque expanditur, unde pulmonum vafa diftendens nimis, atque extremitates vaforum capillarium occludens eadem difrumpit, accedit præterea magna vi a finiftro cordis ventriculo in arteriam pulmonalem irrumpere, unde vaforum tunicas facilius diduci contingit, ac tandem perrumpi. Quod fi obftructio fit in ipfis pulmonibus, velut cum tubercula, vomicæ in eodem latent, cum obicem offendat fanguis in non obftructos ramos majore velocitate, atque impetu truditur, vel plane fubfiftere cogitur. Utrumque autem, aut alterutrum contingat, vafa facile perrumpi adeo manifeftum eft, ut probatione nullatenus indigere poffe putem.

Sanguinis acrimonia infignis.] Quomodo acrimonia infignis fanguinis five acida ea fit, five alchalica fputum fanguinis excitet, facillimum explicatu eft. Primum enim folidæ noftri corporis partes punguntur, ac mordentur, inque celeres, ac fortes contractiones aguntur, unde circularem fanguinis motum augeri

contingit, ac propterea eumdem expandi majorem in modum, ac rarefcere, atque hinc præternaturales vaforum diftentiones, ac rupturas exoriri. Quid quod ipfa ipfiufmet fanguinis acrimonia tunicæ vaforum facile exeduntur?

IV. *Antecedentes*, *&* *externæ funt ætas junior &c.*] Inter caufas remotas internas a folidorum vitiis defumptas recenfuimus vaforum pulmonalium nimis tenellam ftructuram. Tali porro ftructura maxime donantur, qui in certa ætate funt conftituti, quam Hippocrates *aph.* 9. *fect.* 5. definivit a 18. ufque ad trigefimum quintum annum; quæ fibræ pulmonum nondum eam texturam adeptæ funt, ut fluidorum per vafa percurrentium actioni, aut externarum caufarum vi refiftere valeant. Quam mira res videtur cuique ætati fuos effe morbos. Pueri nimirum, & adolefcentes, juniorefque mulieres hæmorrhagiis, fputo fanguinis pulmonali, phthifi obnoxiæ funt; Senes catarrhis, obftructionibus vifcerum, hydropi, apoplexiæ, paralyfi, & fimilibus; Juvenes, & qui in confiftente funt ætate morbis acutis, febribus ardentibus, & inflammationibus infeftantur. Uti enim in juvenibus, & qui confiftente funt ætate magna vis, & fuperans tonus vaforum, ac vifcerum adeft, a quibus dum fanguis magno impetu movetur, atteritur, funditur, diffolvitur, e propriis vafis effunditur, unde morbi acuti, febres ardentes, inflammationes; & in fenibus difpar tonus folidarum partium, partim videlicet atonia, & laxitas, partim denfitas, & rigiditas peccat, unde ii morbi fuperveniunt, qui a fegni motu fanguinis, infarctu vifcerum, obftructionibus ortum fuum traducunt: ita in pueris, & adolefcentibus vafa nimis mollia, & imbecillia funt, ut a plenitudine fanguinis facile difrumpantur, ab acrimonia facile exedantur, corrodanturque, unde hæmorrhagiæ.

Temperamentum gracile, *collum oblongum*, *fcapulæ anguftæ &c.*] Tali ftructura donantur, qui gracile temperamentum fortiti funt, qui collum oblongum, fcapulas anguftas, & depreffas. Quanto enim trachea, pulmonalis vena, & arteria longiores funt, eo anguftiores tenujorefque, ideoque debiles effe cenfendum eft. Hinc fequitur a continuo impetu impulfi fanguinis a dextro cordis ventriculo in pulmonalem arteriam, & pulmones, & ab impetu infpirati, & expirati aeris facta ratione compofita momenti fanguinis impulfi, & aeris infpirati, & expirati veficulas, fibras, ac membranas pulmonales majorem adhuc, ac maximam imbecillitatem nancifci, unde facile difrumpuntur, exeduntur, aut ea ratione afficiuntur, qua opus eft ad hæmorrhagiam.

Incolatus locorum frigidorum.] Ut cuique ætati, ita etiam regioni fui funt morbi, qui propterea vernaculi, & endemii dicuntur. Cum enim aer certos tonos aut laxitatis, aut adftrictionis pro varietate climatum, & regionum vel univerfo corpori, vel peculiari parti hominum inducat, ea re fit, ut cujufcumque regionis accolæ, atque peculiari fub climate viventes morbis peculiaribus, & propriis infeftentur. Nempe qui frigidos montes habitant, fputo fanguinis e pulmonibus ob id potiffimum obnoxii fiunt, quod frigidi aeris infpirati injuriis molles, ac delicatæ pulmonum fibræ facile læduntur, atque adftringi magis, ac denfari eafdem contingit, quam naturæ ordo poftulat, unde fanguis facile lentefcit, & extremitates vaforum capillarium occludens fibimetipfi liberum excurfum prohibet, unde facile canalium difruptio fubfequitur. Huc accedit ex frigidi aeris appulfu tranfpirationis curfum impediri, atque excrementa, recrementaque in fanguine colligi, qui propterea ad plethoram, vel dyfcrafiam acrem difponitur, qua teneræ vaforum pulmonalium tunicæ facile difrumpi, atque exedi poffunt.

Ortus ex parentibus fimili morbo obnoxiis.] Non minus mirari fubit morbos effe quofdam hæreditarios, qui a parentibus in filios, ab his in nepotes traducuntur. Id quod non aliunde repetendum effe crediderim, quam ex eo quod a paren-

parentibus vel totius corporis, vel peculiaris partis adstrictione nimia, & rigiditate, aut laxitate, & atonia laborantibus, simili vitio affecti filii procreantur. Qui sputo sanguinis hac de causa corripiuntur, ob id potissimum corripiuntur, quod ea in illis est textura pulmonalium fibrarum, ac liquorum per easdem excurrentium, ut illæ levi quacumque de causa disrumpantur, ac præterfluenti sanguini locum præbeant, hi vero eam nacti sint acrimoniam, qua vasorum pulmonalium parietes, ac tunicas exedere valeant, unde hæmorrhagiæ. Hac de re vid. lib. 1. cap. 8. com. in aphor. 5.

Suppressio consuetarum evacuationum ex naribus, utero &c.] Quæcumque vel nimiam plenitudinem sanguinis, vel ejusdem expansionem promovere valent, ejus motum accelerare, ac velocem plus quam par est efficere, vel acribus, pungentibus, atque erodentibus particulis replere, ea cruento sputo remotissime ansam præbere, manifestius quidem est, quam ut ullis rationibus possit comprobari. Plenitudinem præ cæteris excitant suppressi menses, aut hæmorrhoides: ut propterea minus mirandum sit quasdam Mulieres, quibus Menstruæ purgationes suppressæ sunt, singulis fere mensibus sputo sanguinis obnoxias fieri. Qua de re vid. Prosper Alpinus *medic. meth.* & Hippocr. *lib. 1. de morb. sect. 6.*

Abusus vini, & liquorum spirituosorum, abusus calidorum &c.) Sanguinis expansionem nimiam, atque rarefactionem procreat abusus liquorum spirituosorum, sulphureas videlicet, ac volatiles particulas in sanguinem introducendo, prætere hisce exhalantibus, crassis, terrestribus, acidisque remanentibus, eumdem inertem ad motum, acidum reddendo, unde obstructiones, disruptionesque vasorum sanguiferorum subsequuntur. Quid de aromaticis, acribus dicendum? Tenui nimirum, ac volatili sulphure, quibus eadem fœta sunt, non solum vasa, ac viscera mordentur, vellicanturque, atque in crebriores, vehementioresque contractiones aguntur, unde sanguis majorem in modum atteritur, funditur, expanditur; sed etiam ipsius sanguinis moleculæ penetrantur, dividuntur, exsolvuntur, unde tenuis, acris, atque ad erodendum aptissimus evadit.

Violenti motus, atque exercitationes, nimis alta vociferatio, Scabiei, Erysipelatis &c.] Rarefaciunt sanguinem, atque motum ejusdem celerem, ac velocem efficiunt violenti motus, atque exercitationes cum totius corporis, tum pulmonis, quorum in censu veniunt nimis alta, ac violenta vociferatio, qua pulmo valde concutitur, atque exagitatur, conatus insignes respirationis, ut contingit in iis, qui Musicis instrumentis delectantur, tubis scilicet, lituis &c. Acribus tandem, pungentibus, atque erodentibus salibus inquinat massam sanguinis Scabiei, Erysipelatis, Variolarum, Morbillorum, aut tumorum retropulsio; unde vasa sanguinea exedi facile contingit, ac sanguinem effundi.

V. *Nulla hæmorrhagia tanti facienda, quanti illa, quæ fit e pulmonibus.*] Pleræque sunt hæmorrhagiæ, quæ salutares dicuntur, velut illæ, quibus morbus, aut causa morbum efficiens, aut efficere potens aufertur. In harum censu veniunt hæmorrhagiæ, quæ in juvenibus, & fervidioribus contingunt e naribus, in viris vero, & qui in ætate consistente sunt constituti ex hæmorrhoidibus, quibus a superfluo tantum sanguine corpus exoneratur, (id quod præ cæteris adnotavit Cl. Stahlius) demum hæmorrhagiæ quædam criticæ, & acutos morbos non raro solventes. Sunt etiam non salutares dictæ, cujusmodi sunt illæ, quæ sive ex naribus, sive ex hæmorrhoidibus aliisque partibus nimium protrahuntur, unde sanguis ultra congruentem mensuram effusus novos producit morbos, cachexias scilicet, hydropes, & hujuscemodi. Sed illud animadversione dignum est hæmorrhagias, quæ ex dictis partibus contingunt, si pro temporis ratione, sanguinis effusi copia non sint immoderatæ, nihil fere, aut parum detrimenti afferre. Ita hæmorrhoidum fluxus perdurat quandoque ad menses citra noxam.

Quamvis enim immoderata fit evacuatio, fi diuturnitas temporis fpectetur, cum tamen fenfim fenfimque fanguis effundatur, omnis fere periculi expers fit. Quin imo fuppreffis narium hæmorrhagiis in pueris ftagnationes fiunt in capite, quæ Epilepfiam excitant, fuppreffis hæmorrhoidibus, pathemata hypochondriaca moleftiffima, obftructiones vifcerum imi ventris, hydropes facile fubfequuntur, ut paffim fupra laudatus Stahlius teftatur. Quæ ne affirmari jure merito queant de fanguinis evacuationibus ex pulmonibus facit potiffimum vifceris nobilitas, atque ufus. Cum enim pulmo ex meris veficulis minimis quafi carneis, & vafis diverfis conflatus fit, bronchiis fcilicet, quæ a trachea orta primo in ramos, deinde in ramulos innumeros divifa definunt in minimas illas veficulas, præter arteriam, & venam pulmonalem, quæ uti bronchia in innumeros ramufculos definentes circa veficulas rete vafculofum Malpighii, efficiunt; fit ut effufus per pulmonis fubftantiam fanguis non facile penitus per bronchia (ut præ cæteris notat Cl. Hoffmannus M. S. T. 4. p. 2. cap. 2. fect. 14.) & afperam arteriam evehatur, fed in veficulofa fubftantia fubfiftens, componentibus ejus partibus fenfim a fe mutuo folutis, fecedentibufque, fubtilioribus avolantibus fenfim, fenfimque corrumpatur, atque putrefcat; unde a fanguinis fputo puris fputum, a puris fputo tabes fubfequatur, ut Hippocrates præ cæteris teftatus eft. Quod fi mente volutaveris pulmonem fanguini ex dextro cordis ventriculo in finiftrum traijciendo, aeri præterea excipiendo, emittendoque, infigni videlicet refpirationis muneri obeundo deftinatum effe, unde continuo expandi, ac contrahi, dilatari, ac conftringi debet, difrupta, exefa, aut fimili vitio affecta vafa difficillime coalefcere, & confolidari poffe manifeftiffima res eft. Hinc fequitur hæmorrhagiam pulmonalem omnium periculofiffimam effe, ideoque quacumque de caufa fuperveniat fummopere pertimefcendam.

VI. *Peffima certe, quæ corpora graciliora, collum oblongum, fcapulas anguftas &c.*] Quamquam vero plus minus periculofa hæmorrhagia cenfenda eft pro diverfitate caufarum, a quibus ortum fuum traducit. Vel enim difpofitio quædam eft ad hæmoptyfim ex parte fubjecti, temperamenti ejufdem, ætatis, unde hæmoptyfis habitualis dicta, nulla præcedente manifefta caufa, exoritur: vel nulla præexiftente difpofitione, a caufis extrinfecus advenientibus, fuppreffione videlicet confuetarum evacuationum, a nimis alta, & violenta vociferatione, clamore, aut vehementi aliquo motu producitur, quæ propterea accidentalis appellatur. Si primum contigerit, raro morbus curari poteft, imo plerunque in puris fputum, & tabem definit. Sin alterum, remotis caufis, quæ cruentæ excretioni impetum dederant, recta vitæ, victufque ratione feliciffime profligatur. Cum enim ab hifce caufis exoritur fputum cruentum, ob rupturam, ob vaforum fciffionem contingit; cum autem partes ruptæ, aut fciffæ fint, in fuis extremitatibus adhuc integræ fervantur, ideoque depletis vafis coalefcere, ac confolidari facile poffunt. In iis, quibus fuppreffi funt menfes, cruentum fputum omnis fere periculi expers effe facit potiffimum ea ratio, quia a plenitudine fanguinis exoritur, qua remota nimiam quoque vaforum diftentionem tolli contingit, atque abhinc prodeuntem fanguinis effufionem fifti. Neque novum eft fanguinem a menfium regurgitatione ex infuetis locis critice excerni. Ita Horftius in præfat. *ad part.* 2. *obfer. Schenkii lib.* 4. ex auribus, & Hollerius in com. *in lib.* 2. *fect.* 2. *Coacar. f.* 18. & Jo. Rhodius *cent.* 3. *obf.* 51. ex gingivis, ex dentis alveo critice excretum hac de caufa teftantur.

VII. *Paullo difficilior, quæ ex abufu liquorum fpirituoforum, calidorumque &c.*] Quam apte Veteres plenitudinem in folitariam, & comitatam diftinxere! Solitariam illam appellarunt, quæ fit fine ullo fanguinis vitio in qualitate; comitatam vero, quæ cum cacochymia, feu vitiata fanguinis crafi con-

jun-

jungitur, unde non diærefis, feu divifio, & foluta unitas vaforum pulmonalium, non rhixis, feu ruptura, non anaftomofis, fed diabrofis, nempe erofio contingit. Hinc præterquamquod difficillime erofa vafa confolidantur, fiquidem abrafæ, exefæ cum fint in fuis extremitatibus difficillime elongari poffunt, quod apprime neceffarium eft, ut coalefcant, atque confolidentur aperta vafa, accedit præterea, vel fi coalefcant remanere adhuc vitiatam fanguinis crafim, quæ vix ullo remedii genere corrigi poteft, ut præclare adnotavit Cl. Mortonus. Cum igitur fanguinis crafim vitiare valeant abufus liquorum fpirituoforum, calidorumque, fcabiei, ulcerum, herpetum tumorumque retropulfio, & alia ejufcemodi, fputum cruentum, quod a prædictis caufis enafcitur, periculofum effe, adeo manifefta res eft, ut manifeftior fit nulla.

VIII. *Quo fanguinis nimiam evacuationem cohibeam, venæ fectionem bis terque &c.*] Ut cæterarum hæmorrhagiarum, ita fputi fanguinis e pulmonibus duplex curatio eft. Altera in ipfo paroxyfmo, feu fanguinis excretione urgente, altera extra paroxyfmum ad præfervandum. Inter remedia, quæ in paroxyfmo fanguinem fiftere valent, venæ fectio omnium fere accuratiorum practicorum confenfu principem obtinet locum. Non folum enim fanguinis plenitudo, qua vafa difrumpuntur, venæ fectione tollitur, fed etiam motus ejus a parte, unde fluit, avertitur. Plenitudo fanguinis, ut fupra oftendimus, vel abfoluta eft, & vera, aut relativa, & apparens. Abfoluta, & vera, fi re ipfa multus fanguis in arteriis, & venis exiftat, apparens, fi orgafmo nimium rarefcat, atque expandatur. Illam omnium utiliffime venæ fectionem tollere, extra omnem dubitationis aleam eft pofitum. *Omnium*, inquam, *utiliffime*: non folum enim tutiffime, fed promptiffime omnium remediorum, quæ nota funt Medicis, materiam fanguinis minuit. Tutior eft evacuantibus per emiffaria naturalia, atque arte excitata; fiquidem hæc nerveas fibrillas extimulando, atque fanguinem exagitando vafa magis difrumpere valent. Tutior eft exercitationibus, ac motibus; fiquidem dum circulationem fanguinis accelerant, ejufdem orgafmum, ac rarefcentiam progignunt, hinc difruptionis vaforum promptius periculum. Promptior, & tutior eft inedia. Si enim opus fit libras duas fanguinis detrahere, altero minuto fecundo per fectam venam commodiffime detrahi manifefta res eft. Si eamdem fanguinis quantitatem per inediam minuere velis, vix duodecim horarum fpatio eamdem minuas. Viginti enim quatuor horarum fpatio vix quatuor libras fanguinis minui experimentis Cl. Sanctorii compertum eft. Per duodecim igitur horas vix duas libras fanguinis decedere tam nota res eft, quam quæ notiffima.

Plenitudinem apparentem venæ fectione tolli non adeo evidens effe plerique putant, ut nullus dubitandi locus relinquatur. Cum enim detractione fanguinis vires motrices cordis, & arteriarum, quæ a nimia expanfione, atque rarefcentia infirmabantur (ut in elafticis contingit, quæ nimium diftracta ad fefe reftituendum fiunt ineptiora) expeditiores reddantur, validius etiam fanguinem impellere, atque ejus circularem motum accelerare valent, hinc fulphureis, tenujoribufque particulis exaltatis, fundi, atque exfolvi eumdem contingit, magis, magifque rarefcere, atque expandi, atque morbum augeri, aut confirmari: Hæc fere qui venæ fectionem in orgafmo, ac rarefcentia inftituendam effe negant. Verum fi ad examen fedulo pro ingenii modulo revocentur alii effectus, qui venæ fectionem fequuntur, nullus dubito, quin hac opinione relicta, in alteram illorum, qui venæ fectionem in orgafmo fanguinis præftantiffimum fi quod aliud auxilium prætendunt, pedibus iturus fis. Ecquis porro eft, qui non videat imminuta fanguinis copia partes ejufdem amplius in vafis fpatium adeptas, non ita fe mutuo premere, uti prius, non ita preffas, atque elifas calorem, fervoremque

que non ita magnum procreare, atque abhinc prodeuntem orgaſmum, atque efferveſcentiam temperari? Quamquam licet orgaſmum non tollat venæ ſectio, id quod facile contingit in iis, qui ſanguine pertenui (ut ſunt bilioſi) præditi ſunt, quia licet ictus ejus partium inter ſe rariores, & debiliores ſint, ſunt tamen fortiores, & crebriores in latera vaſorum, unde ſulphureas, tenujoreſque partes, quæ in bilioſis abundant, facile exſolvi contingit, ac ſanguinem incaleſcere, & expandi; ſi venæ ſectio efficere valeat, ut ſanguis ad certam aliquam partem potius, quam ad aliam determinetur, ac propterea ſi nimium fluat ad pectus, atque e pulmonibus erumpat, poſſit vena ſecta ab iiſdem averti, nihil eſt ſane cur venæ ſectio quam citiſſime in ſputo cruento non celebretur. Ecquis autem eſt rei medicæ adeo ignarus, cui præclara hæc phlebotomiæ emolumenta tam nota non ſint, quam quæ notiſſima? Enimvero dum e ſecta vena, puta baſilica brachii, proſilit ſanguis, ſuccedentem ſanguinem, atque præſertim, qui per axillarem arteriam advehitur, minus in ſuo motu impediri manifeſtum eſt; hinc ſanguis æquabiliter quaquaverſum e corde propulſus, cum minorem obicem offendat ad eam partem, quam ad reliquas, ad illam rapidiori circulatione traijcitur; atque hinc ſanguinis excretio e pulmonibus, ſaltem per aliquod tempus, quo tempore poterunt alia congrua, & opportuna medicamenta adhiberi, cohibetur.

IX. *Fl. Caſ. r. e. ℨ vi. cum pulp. tamarindor. &c.*] Non minus proficua ad revellendum cenſentur, quæ purgandi facultate pollent. Verum, ſi quid ſentio, iſtiuſmodi medicamentis corpora hæmoptoicorum vix exagitanda traderem, ceu quæ nervoſum genus extimulando, majus periculum diſruptionis vaſorum inferunt. Quare ſi opus ſit alvum ſubducere, uti præſtat ſolum lenientibus, & quæ cum ad humores bilioſos evacuandos, & ex maſſa ſanguinea præcipitandos, tum ejuſdem efferveſcentiæ compeſcendæ ſunt opportuna. Inter hæc præſtant Tamarindi, atque ex ipſis extracta pulpa, qui ſuavi acore, quo ſunt præditi, prædictis muneribus obeundis opportuniſſimi exiſtunt.

Dein vero decoction. fol. portulac. &c. nitr. purif. &c.] Ad ſanguinem in ipſo paroxyſmo ſupprimendum præter avertentia, ea in uſum eſſe vocanda neminem latet, quæ pravam ſanguinis conſtitutionem corrigere, atque vaſorum orificia claudere valent. Pro varia igitur ſanguinis conſtitutione, ac vaſorum ſanguiferorum læſione, varianda eſſe medicamenta manifeſtum eſt. Adeſt plerunque orgaſmus, atque efferveſcentia ſanguinis. Ea igitur quæ eamdem temperare valent, locum habere etiam me tacente facile omnes vident. Nitrata omnium ſunt præſtantiſſima. Pulcherrima enim illorum laus eſt non ſolum ſanguinis motum compeſcere, fervoremque temperare, quod dici vix poteſt quantum ad blandam ſanguinis motus retardationem efficiendam, atque abhinc prodeuntem ſanguinis evacuationem ſiſtendam valeat, ſed blandiſſime attenuando congeſtiones ejuſdem auferre, æquabilem circulationem, atque inde conſequentem ſecretionem ſeroſi laticis per renes in morbis pectoris tantopere exoptandam, promovere. Quo loco minus mirari ſubit frequentiſſimo in uſu fuiſſe feliciſſimo practico Riverio, ac mira de ejuſdem virtute, atque efficacia ad compeſcendas hæmorrhagias in ipſius ſcriptis inveniri. Cl. quoque Mynſicht nitri uſum mirifice extollit, ut liquet ex pluribus iiſque eximiis compoſitionibus, quæ extant in Armamentario ejuſdem chymico, in quibus nitrum baſim conſtituit.

Nitroſis particulis fœtæ ſunt noſtrates quædam plantæ non ab orientalibus plagis, ac peregrinis regionibus ad nos magnis impenſis advectæ, quarum nulla alia pulchrior laus eſt, quam ut majori gloria ſanent, portulacca ſcilicet, urtica, & hujuſmodi, quæ ad nimium fervorem, motumque humorum compeſcendum, atque abhinc prodeuntem ſanguinis excretionem cohibendam aptiſſime exiſtunt.

X.

X. *Emulſiones quoque ex ſem. quat. frigidor. ℥ i. s. papaver. alb. &c.*] Inſignem præ cæteris ad quaſcumque hæmorrhagias ſiſtendas facultatem ineſſe opiatis, quatenus & irritationes, & ſpirituum impetum ſedant, docuit Etmullerus. Verum in cruento ſputo vix locum habere, & exitus ipſe declarat, & ratio ab experimentis ducta confirmat. Nempe obſervationibus compertum eſt, ſolidis partibus per opiata medicamenta nimis debilitatis, & conſequenter laxata nimis pulmonum compage, imparique reddita ad ſanguinem e diſruptis vaſis effuſum per tuſſim eijciendum, congeſtiones, atque hinc abſceſſus, ulcera, puris ſputum, ac tabem ſubſequutam fuiſſe. Præterea experimentis Jo. Antonii Stancarii in com. I. S. A. B. deprehenſum eſt, opiatis ſanguini e vena extracto affuſis, magnam ſeri copiam a ſanguine ſecretam apparuiſſe, eamque pæne totam in gelatinam concreviſſe inſtar cornu cervi, vel etiam concreti illius, quod in ſanguine illorum, qui pleuritide affecti ſunt, ſolet obſervari, ejuſque ſuperficiem membrana quaſi quadam obductam, quæ cultri anatomici vel acutiſſimi aciem fugiebat: cum interim eodem ſanguine in altero vaſe conſervato abſque ullius corporis admixtione, nihil horum accidiſſe obſervaverit. Quæ quidem omnia protenſo quaſi digito commonſtrant opiata medicamenta inſignem mutationem in ſanguinem inducere, eumque majorem in modum cogere, figere, ac condenſare, unde congeſtiones ſubſequuntur, quæ phthiſim valent procreare. Quare ſi irritationes, ac ſpirituum impetus ſedandi ſint, iis uti expedit, quæ anodyna potius facultate donantur, inter quæ eminent ſemina papaver. alb. & ex iis paratæ emulſiones in aquis refrigerantibus dictis, quæque ad ſanguinis efferveſcentiam compeſcendam ſunt opportuna.

XI. *Hiſce fruſtra adhibitis, fungo meliten.*] Quævis ſanguinis evacuatio dupliciter conſideranda eſt, vel ut levis, vel ut vehemens, & immodica. Si levis fuerit, ſola nitrata, ac papaveracea ſufficere ad eamdem ſiſtendam viſa ſunt. Si immodica, ad validiora ſanguinem ſupprimentia confugiendum eſt. Quamplurima a magnis, doctiſque Auctoribus in eum finem commendantur. Atque in his quidem maxime illuſtria ſunt alumen, vitriolum, & ex his compoſita. Ex vitriolo quidem ol. vitriol. ſpirit. ejuſdem, colcothar vitrioli, ſeu caput mortuum, quod remanet ex vitriolo dulci. Ex alumine, ſpiritus ejuſdem, ſpecificum Helvetii, quod ex alumine, & ſanguine Draconis paratur, aqua ſtiptica Lemery, quæ pro baſi agnoſcit colcothar vitrioli, & alumen, ut mittam liquorem ſtipticum Barkauſen, aut illum Wedelii, aliaque ejuſcemodi. Quæ tamen vix, ac ne vix quidem locum habent in ſputo cruento pulmonali. Cum enim pulmones contrahi continuo, diſtrahique debeant, comprimi, atque expandi, flexiles ſint oportet, quæ flexilitas ſi uſu adſtringentium tollatur, ſeri & lymphæ ſtagnationes facile contingunt, hinc tubercula, abſceſſus, puris ſputum, ac tabes. Huc accedit medicamenta deſumpta ex vitriolo, & alumine magnam in ſanguinem mutationem inducere, ut liquet ex aluminis, & vitrioli affuſione ſanguini e vena extracto, quem majorem in modum denſare, figere, & in grumos cogere expertus eſt ſupra cit. Stancarius, unde graviſſima incommoda in ægrum emanare poſſunt. Nihil porro mali verendum ex mitioribus, quæque intus ſumpta nullam in ſanguinem mutationem inducere valent. In horum cenſu venit Fungus Melitenſis, quem tutiſſimum æque, atque efficaciſſimum eſſe ad ſanguinem ſupprimendum obſervationibus accuratiorum practicorum compertum eſt. Quid quod vix ac ne vix quidem craſim ſanguinis mutare valet? Nempe affuſus ſanguini e vena extracto nihil effecit, ut ſimilis illi ſanguis non videretur, qui ſine ulla admixtione fuerat conſervatus, cum ex affuſione vitrioli, aluminis, & ſimilium mutationes inductæ ſint quam maximæ, ut Cl. Stancarius teſtatus eſt.

Ex

Ex jusculo folijs Bellidis minoris alterato .] Quamvis Fungus Melitensis, atque alia ejuscemodi sanguinem supprimentia nullam fere alterationem in sanguinem inducere valeant ipsum cogendo, figendoque; salubre tamen practicorum consilium ea simul adhibere, quæ grumos sanguinis dissolvere habent, ac discutere, qui sponte fiunt, ne corruptus phthisim excitet. Bellidis minoris efficaciam ad grumosum sanguinem dissolvendum, & discutiendum sive ex casu, sive ex vulnere, sive ex contusione qui non cognoscit, medicinam cognoscit plane nullam, ut notat Cl. Etmullerus. Tenuibus nempe, quibus scatet particulis sanguineam massam spissiorem dissolvit, attenuat, & fibrarum tonum restituit. Quo loco minus mirari subit, inter antipleuritica ad sanguinem fere coagulatum resolvendum ab Helmontio commendari. Quid quod nullum præstantius inveniri datum est medicamen ad vulnera curanda, ut monet Jacob. Cornutus *in hist. plantar. Canad.*? ut mittam quod refert Emmanuel Konig Medicus Basileensis in suo *regn. vegetab.* vulnus thoracis, cum læsione pulmonum, usu decocti bellidis minoris sanatum fuisse, quodque de mira ejusdem virtute adversus phthisim Rajus testatur.

XII. *Electuarium quoque ex semin. papav. alb. ʒ ii. ter. sigillat. coral. rubr. &c.*] Simili fere virtute donantur terræ sigillatæ, ac corallia, quæque blando quodam glutine consolidant, simulque demulcent, inter quæ eminet saccharum rosatum, & ex his compositum electuarium additione semin. papaveris, illi persimile, quo Helidæus de Paduanis sputa sanguinis incantamenti adinstar suppressa vidisse testatus est. Recipiebat præclarus Auctor in electuarium semina hyosciami, quibus irritationes, & spirituum impetus sedandi facultas inesse reputatur. Verum, ut alibi ostendimus, omnes ejus partes homini sunt infestissimæ, aut mentis alienationes, aut sensuum torpores inducendo. Ita medicina quadam, quæ seminis hyosciami haud exiguam portionem habebat, liberalius ex injuria assumpta, hæmoptycum aliquot dies vigilantem, omnisque memoriæ, & sensus expertem fuisse testatur Frid. Hoffmannus *M. S. T.* 2. *De ven. sop. cap.* 7. Quæ res potissimum effecerunt, ut internus illius usus apud accuratiores practicos obsoleverit.

XIII. *Specifica vix, ac ne vix quidem locum habent &c.*] Quamplurima sunt remedia, quæ specifica virtute ad hæmorrhagias sistendas commendantur a Scriptoribus magnis, & doctis. Cum Medicinam addiscerem, quemdam novi cæteroquin fortunatissimum Medicum, qui in omni fere morbo specifica adhibebat. Induxi in animum, ea, ubi res, & occasio ferret, experiri velle. Mirum dictu nullum unquam, nescio quo fato, deprehendere potuisse, quod votis responderet. Quod cum sedulo ad examen pro ingenii modulo revocarem, effecit, ne specificis medicamentis plus tribuerem quam par est. Quamquam vero illud haud inficias ire ausim revera dari nonnulla medicamenta, quæ largas nimis sanguinis evacuationes sistunt. Pulverem sympathicum dictum hæmorrhagias sistere, vel si linteo madefacto sanguine, qui ex aperto loco profluit, inspergatur, certissimis observationibus, atque experimentis compertum est. Nihil est aliud hic pulvis, quam Vitriolum calcinatum ad albedinem, sive id fiat, ut nonnulli mysteriose volunt, ad Solem diebus canicularibus, sive calore hypocausti. Verum eodem ecquis se tuto uti posse confidat, nisi probe noverit prius morbi causam remotam fuisse? Si in hæmoptysi a plenitudine sanguinis, ab ejusdem orgasmo, ab acrimonia corrosiva oriunda adhibeatur, neque plenitudo sanguinis venæ sectione tollatur, neque orgasmus refrigerantibus temperetur, neque acrimonia corrigatur, putas ne cessante hæmorrhagia, morbum debellatum iri, neque recidivas pessimas, ac periculosissimas esse consequuturas? Juvenis quidam ortus a parentibus phthisicis sputo cruento insigni corripitur; varia eaque meliora adhibentur

tur

tur medicamina, fed omnia fruftra. Nefcio quo confilio, me infcio, pulverem adhibent ad fanguinem fupprimendum feliciffimo prorfus eventu. Quo fateor me non parum hæfiffe. Verum mirum dictu, in fputum cruentum denuo incidiffe, quod ne imminui quidem potuit, quocumque tandem remedii genere adhibito, huic puris fputum fuperveniffe, ac tabem, qua æger interemptus eft. An igitur temeritatis notam effugere valeas, fi ea in ufum revoces, quæ minus tuta effe, & exitus ipfe declarat, & ratio ab obfervationibus ducta confirmat?

XIV. *Jufcula extremitatum pedum vituli &c. cum gum. arabic.*] Dici vix poteft quantum valeant gelatinofa, ac mucilaginofa corpora ad fluxiles nimis humores incraffandos, atque abhinc fanguinis evacuationes nimias fupprimendas. Jam vero pulmones ipfos, fi forte nimis conftricti fint, blande relaxari contingit, fanguinem e difruptis, aut erofis in veficularem fubftantiam effufum, atque ibidem hærentem fenfim, fenfimque refolvi, & qua data porta extra nobiliffimi vifceris confinia educi, qui cæteroquin corruptus, ac putrefcens puris fputum, ac tabem excitare poffet. Novi quemdam fide digniffimum virum, qui teftabatur fe in adolefcentia conftitutum fputo fanguinis preffum repetito ufu gum. arabic. perfectiffime convaluiffe, ut ad extremum fere ufque fenium integer omnino pervenerit.

XV. *Poft fanguinem fiftentia, præfertim fi remaneat levis quædam tufficula &c. fer. lact. &c.*] Egregie docet Hippocrates *lib. de morb.* fanguinem expuenti neceffe effe nec tuffim fupervenire, nec difficultatem refpirationis, neque febrem, neque fanguinis fputum denuo recrudefcere; fecus enim verendum eft, ne fanguinis fputum in puris fputum definat, ac tabem. Quod fi in ullo cruento fputo contingit, contingit maxime in eo, quod a vitiata fanguinis crafi, acrimonia fcilicet infigni ortum traducit, qua tunicæ vaforum exeduntur, corroduntur que. Methodus igitur præfervativa in hoc potiffimum fita eft, ut præcaveatur, ne tuffis fuperveniat, & difficultas refpirationis, & alia recenfita fymptomata, quæ fanguinis fputi in puris fputum tranfitum portendunt. Tuffis quidem non aliunde repetenda eft, quam ex vaforum orificiis ita coalefcentibus, ac confolidatis, ut globulofæ fanguinis parti exitum præcludant, non tenujori, ferofæ fcilicet, ac lymphaticæ, quæ propterea in veficulas pulmonales effufa tuffim excitat. Quæ fi in ea quantitate colligatur, ut veficulas eafdem infarciat, atque obftruat, tenujoribus exhalantibus particulis, craffioribus, ac terreftribus remanentibus facile putrefcit, corrumpitur, ichorofa fit, tunicas vaforum fanguiferorum denuo corrodit, exeditque, hinc difficultas refpirationis, febricula, ac fputi fanguinis recidiva, quam puris fputum fequitur. His ergo apparentibus eo nervi induftriæ omnes intendendi funt, ut vafa perfectiffime confolidentur, deinde ut vitiata fanguinis crafis, acrimonia fcilicet acris, falfa, fcorbutica cicuretur, læves, politæque particulæ in fanguinem introducantur, nutritio augeatur. Quid hifce muneribus obeundis fero lactis cum plantis, quæ balfamica vi, eaque blandiffima, & non admodum calefaciente funt prææditæ, quid decoctis radic. Chin. cancror. fluviatil. ranar. & his fimilium aptius, aut pro ægrorum opportunitate valentius?

XVI. *Æftivo tempore aq. nocerianæ &c.*] Aquæ nocerianæ ad inftar cæterarum thermalium exhibitæ mirum in modum conferre vifæ funt. Præterquamquod nimiam humorum turgefcentiam, atque inconditam vitioforum falium vim temperando, atque infringendo id demum efficiunt, ut remiffo fanguinis motu, qui prius in pneumonica vafa impetum dederat, cruentæ excretionis occafio deficiat; accedit præterea bolari terra, quam continent, vaforum fibris ad tonum redeuntibus, venas, arteriafque excernentes fanguinem fubfidere, atque affectam par-

tem consolidari. Illud solum enixe cavendum est, ne majore in copia, quam pulmonum læsa structura postulat, ingerantur, ne quem morbum debellare volumus, distentione vasorum nimia facta, eumdem sævius ægros exercentem suscitemus.

XVII. *Tandem diæta lactea &c.*] Acribus, salsis, corrosivis salibus cicuratis, dilutis, & qua data porta extra corporis confinia eliminatis, pulmonum vasis sanguiferis coalescentibus, ac consolidatis, quid ad læves politasque particulas in sanguinem introducendas, quid ad nutritionem restaurandam lacte præstantius? De lactis virtute, atque efficacia ad hæmoptysim curandam memorabilis extat Tralliani locus lib. 7. p. 304. *Omnes hæmoptici lacte utantur. Neque enim medicamentum, aut cibus, aut aliud quippiam adeo accommodum ipsis, aut utile, quam lac: & qui per initia solo ipso constanter, longiori tempore usi sunt, omnes in totum consanuerunt.* Addit porro: *Novi quemdam, qui cum toto anno lac bibisset, & comedisset, & a vino abstinuisset, ab hæmoptysi, & puris sputo liberatus fuit, ut nec postea in phthisim inciderit.*

De lactis usu plura sequenti capite.

C A P U T III.

De Phthisi pulmonali.

I. NUllum viscus frequentius læditur, atque ea ratione afficitur, qua opus est ad totius corporis absumptionem, quam pulmo.

II. Læsio autem ista vel immediate a mala ipsius pulmonis constitutione pendet, vel ab aliis præcedentibus morbis ortum traducit; hinc phthiseos in originalem, & symptomaticam divisio.

III. Illa quidem ad ejusdem flacciditatem, & copiosum materiæ lymphaticæ proventum, vel ex universo corpore ille fiat, vel capite per vias communes. 2. ad congestionem ejusdem materiæ in lymphaticis vasis glandulisque, unde tubercula, ac lapideæ concretiones. 3. horum corruptionem, putrefactionem, atque abhinc prodeuntes abscessus, atque ulcera proxime referenda.

IV. Morbi, ex quibus phthisis tamquam symptoma proficiscitur, sunt Angina, Peripneumonia, Pleuritis, Hæmoptysis, Asthma humorale, & convulsivum, male curati, aut judicati.

V. Causæ remotæ sunt laxata nimis, ac tenella pulmonum compages, mala pectoris conformatio, sanguis sero, ac lympha plurimum abundans, ejusdem crassities, viscidítas, & lentor, tenuitas, ac solutio, acrimonia insignis.

VI. Causæ remotiores, & externæ eædem sunt, quæ hæmoptyseos, quibus addendum contagium.

VII. Dum tubercula fieri incipiunt, vel vix ac facta sunt, tussis apparet initio sicca, arida, mitis, quæ postmodum molesta fit, & humida cum excretione materiæ acris, salsæ, atque amaræ, nullis remediis cedere nescia, quam comitari solent sitis, vox rauca, & clangosa, dein malo progrediente respirationis difficultas, & dolor plerunque in peculiari a-

liqua

liqua parte thoracis, & difficilis in eadem decubitus, fine frigore, & rigore invadens febris continua, lenta, quæ a paftu exacerbatur, macies corporis, quæ in dies fingulos crefcit.

VIII. Dum tubercula ad maturitatem veniunt, febris fupervenit inflammatoria cum pulfu celeri, frequenti, dolor acutus, difficilior refpiratio, graviffima tuffis, rigor quidam, & horripilatio cum univerfum corpus, tum præfertim extremos artus occupans, ut fere in periodicis febribus intermittentibus contingit.

IX. Si hifce tandem fuperveniat fputum purulentum, quod colore vario, odore fœtido, præfertim fi carbonibus immittatur, facili cum aqua mixtione, & in eamdem defcenfu, nec non nigredine, qua inficitur acus argentea, dignofcitur (nifi forte in cyftide colligatur, & vomica occulta fiat vix ulla fui præferens indicia) urinæ copiofiffimæ fuperveniant, & pinguedo telæ araneorum inftar eifdem fupernatet, fudores nocturni, vomitus, diarrhææ, copiofiffimæ falivæ excretiones fe invicem excipientes, aphtæ in ore, palato, gutture, aphonia, deglutitionis difficultas, ulcus pulmonum factum effe certo certius habendum.

X. Phthifis, quacumque tandem ex caufa nafcatur, periculofiffimus morbus eft; quæ tenellos invadit, quæ hæreditaria, quæ a mala pectoris conformatione exoritur lethalis.

XI. Quæ a tuberculis enafcitur fieri incipientibus, vel vix factis, nifi tolli penitus poffit, diu faltem protrahi poteft; e contra quæ ab ulcere pulmonum.

XII. Quanti periculi plena fit vomicæ difruptio, dici vix poteft.

XIII. Ubi primi gradus phthifeos indicia fe prodant, fi res præfertim fit cum ægro, cui fuppreffæ fint naturales evacuationes, venæ fectio inftituatur, confer. caf. Donzel. vel fimile leniens medicamentum bis terque in menfe propinetur.

XIV. Interim vero quotidie pillulæ ex gumm. ammon. purif. ʒ i. .s. fl. benzoi. ʒ i. pulver. millep. ʒ iii. extract. Croc. balfam. peruvian. a ℈ .s. balfam. fulphur. therebint. q. .s. ad pondus granorum xii. ter die exhibeantur, quibus æger fuperbibat decoct. theifor. veronic. heder. terref. ℥ vi.

XV. Hifce ineunte vere fuccedant decoctiones ex far. peril. elect. radic. Chin. a ʒ ii. raf. Cor. Cer. ebor. a ʒ i. fol. hed. terreftr. fl. hyper. a p. i. Aven. hord. mund. a p. .s. carn. vitul. ℥ ii. ranar. excortic. caudar. cancror. cum cortic. contuf. a ℥ i. s. aq. font. Lib. ii. quorum fiat s. a. ebul. ufque ad confumpt. tertiæ partis, colatura mane ad ℥ viii. propinetur per xxx. circiter dies.

XVI. Ardente Sirio aquæ Beat. Mar. Virgin. Aponenfes in agro Patavino, vel etiam acidulæ Recobarii in agro Vicentino, ubi a flaccefcentibus pulmonibus phthifis exoriatur, mirum in modum conferre vifæ funt.

XVII. Exercitationes corporis moderatæ, ac præfertim equitationes inftituantur.

XVIII. Ubi tubercula jam facta fint, victus ratio ex aven. hord. carnib. juniorum animalium, eorumque extremitatibus, cancris fluviatilibus, teftudin. ran. feminib. frigidis majoribus, amygdalis, & ex his paratis ptifanis, jufculis, gelatinis, emulfionibus apprime convenit. Ferculum Saxoniæ ad cocl. i. ex jufculo calido, vel pulmentum ex eodem paratum pro cœna affumendum, nec non pulvis Halii Abbatis recens a ʒ i. ad ʒ ii. eximiam operam præftant.

XIX. Aquæ Nocerianæ in temperamentis fervidioribus aduftifque, in frigidis vero laxiorique habitu donatis Beat. Virgin. Aponenfes opportuno tempore.

XX. Tandem ad lactis afinini, aut muliebris e mammis exfucti fœminarum, quæ fanæ fint, & optimi temperamenti, vel e mammis expreffi jam ufum deveniendum eft. Quare præmiffa leni purgatione ab unciis tribus lactis incipiendum, eæque cum pulveribus oculor. cancror. aut conchar. præp. fumendæ per quatuor dies, inde progrediendum ad 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. alios fubfequentes dies, ac fenfim, fenfimque dofis minuenda, ufque dum fiat regreffus ad uncias tres. Sumpto lacte fomnus imperandus, ac nonnifi poft horas quatuor, aut ultra prandium concedendum, quod leve fit ex avena, hordeo, lacte, aut jufculo tenui coctis, pauxillo panis, & carnis pulli farina hordei, avenæ nutriti. Cœna fit liberalior. A vino abftineat æger, & aqua rad. Chin., & uvis corinthiacis, aut liqueritia alterata, aut hydromele utatur, ab acidis omnibus pariter, & horæis fructibus. Eadem methodus fervetur per quadraginta circiter dies.

XXI. Si ructus acidi, tormina molefta, naufeæ fuperveniant, leniter purgandus æger, v. gr. fl. Caf. r. e. cum pulp. tamarindor. fuperbibendo ferum lactis depur. ad Lib. ii. Si vomitus, aut diarrhæa, pulvis ex ter. figillat. cor. cer. ebur. uft. a. p. æ ad ʒ .s. ex lacte propinandus. Gelatina quoque cornu cervi, extremitatum pedum vituli in aq. plantag. ac torment. parata, conferva rofarum rubrarum eximii funt ufus.

XXII. Nifi vomitus, aut diarrhæa fiftatur, lactis ufus intercipiendus. Chocolatæ potum cum lacte paratum mira præftitiffe non femel deprehendi.

XXIII. Quod fi febris intenfa cum calore infigni fubfequatur, jufcula pulli, aut carnis vituli, in quibus ebullierint femina frigida majora, horyfa, hordeum mund., avena contufa lacti naturali fubftituenda. Eximii quoque ufus eft aqua lactis in hunc fere modum parata. ℞. Fol. heder. terreftr. veron. virg. aur. lenticul. a m. f. cancror. fluviatil. cum cortic. contuf. ranar. excorti, teftud. a Lib. i. rafur. Cor. Cer. ebor. a Lib. s. femin. quat. frigid. Lib. i. Hord. mund. vel aven. Bavar. Lib. ii. Dactylor. Lib. i. s. Ser. Lact. Lib. xxxx. M. deftil. s. a. in B. M. ufque ad claritatem detur ad ℥ x. quotidie mane, & vefpere.

XXIV. Si ad fuppurationem veniant tubercula, & febris inflammatoria fuccedat, eadem fere methodo tractanda, qua Peripneumonia, & Pleuritis.

XXV. Remittente febre, & fputo purulento apparente, aer eligatur fulphu-

phurearum particularum dives; suffumigia fiant intra cubiculum ex ligno baccar. juniper. mastich. benzoin. myrrh. & similibus balsamicis.

XXVI. Alimenta sint avenacea, hordeacea, carnes juniorum animalium, testudinum, & alia hujusmodi.

XXVII. Aqua calcis s. a. pp. ad ℥ iv. cum syrup. heder. terrestr. mel. rosat. solut. a ℥ s. bis in die ægrotanti exhibita, ubi copiosa sit materiæ purulentæ excretio, mirum in modum conferre visa est.

XXVIII. Inter balsamica pillulæ ex balsam. Tolut. extract. flor. hyper. Olib. gum. animè, mum. pp. a ʒ i. camph. gr. iv. cum syrup. hed. terrestr. q. s. ad pondus gran. xxx. exhibendæ mitissimæ æque, atque efficacissimæ sunt in hoc phthiseos gradu. Syrupus quoque therebint. ad ℥ i. ex decoct. heder. terrestr. eximii usus est.

An oculis cancrorum in sua principia resolutis, an antihectico Poterii, an antimon. crudo, aliisque ejuscemodi medicamentis specioso specificorum titulo insignitis in tanta causarum diversitate utendum?

C A P U T III.

De phthisi pulmonali.

I. NUllum *viscus frequentius læditur, atque ea ratione afficitur, qua opus est &c.*] Phthisis, quam latini tabem appellant, si generatim accipiatur, quamcumque corporis extenuationem, a quacumque causa ea fiat, comprehendit, licet ad eam, quæ ab affectis pulmonibus ortum traducit, contrahatur. Orta hinc apud accuratiores practicos divisio phthiseos in essentialem, & symptomaticam. Essentialis ea dicitur, quæ a toto corporis habitu est, citra visceris alicujus læsionem: symptomatica vero, quæ ab alicujus visceris infarctu, inflammatione, abscessu, atque ulcere. Ea rursus vel a defectu alimenti, vel ejusdem depravatione, vel a mala partium nutriendarum affectione. Quot igitur sunt causæ, a quibus alimentum, seu succus nutritius, materia scilicet ejus proxima in sanguinem non ingrediatur, vel ingressa plus egeratur, quam opus sit, tot erunt phthiseos differentiæ a defectu alimenti. Huc spectant longa inedia, huc obstructiones pylori, hepatis, pancreatis, mesenterii, vermes in ventriculo, & intestinis nidulantes, huc hæmorrhagiæ longæ, & diuturnæ, fonticuli, setacei, ulcera antiqua, & magna, lactatio nimia, nimia feminis, & liquorum genitalium effusio, gonorrhæa muliebris, dysenteria, diarrhæa, urinæ profluvium, salivatio immodica. Præterea quot sunt causæ, quibus succus nutritius depravatur, ineptusque fit ad nutritionem partium efficiendam, tot esse phthiseos differentias ob ejusdem depravationem censendum est. Huc perversa chyli elaboratio in ventriculo, & intestinis, monente Lindano, huc vitia massæ sanguinis, quod non raro contingit post febres male judicatas, aut curatas, quæque in hecticam degenerant, in affectionibus hypochondriacis, scorbuticis, scrophulosis, venereis, arthriticis, rheumaticis, variolis, morbillis, & hujusmodi aliis. Demum haud infrequens est partes nutriendas nutritioni ineptas fieri, cum debito spirituum influxu non vigorantur, proindeque ipsarum tono labefactato, sensim, sensimque corpus extenuatur, ac contabescit, quod phthiseos genus atrophiam nervosam Cl. Mortonus apte appellavit. Atque hæ sunt præ-

præcipuæ phthifeos fpecies a toto corporis habitu, feu effentiales, citra ullius vifceris læfiones.

Symptomaticam vero quod fpectat, quæque ab alicujus vifceris læfione enafcitur, plures & ipfa fortita eft differentias, quæ a vifceris læfione denominationem fumit. Ita fi Hepar, Renes, aut Pulmones corrumpantur, fequitur febris lenta, & continua, extenuatio totius corporis, phthifis fcilicet, quæ propterea Hepatica, Renalis, Pulmonalis dici poteft. Hæc poftrema reliquis omnibus omiffis a nobis eft unice confideranda, tum quod tractationem hanc in folis thoracis morbis confiftere, non vero ad alios fines extendi volumus, tum quod omnium frequentiffima, atque hujus notio, & curatio eft veluti regula quædam ad alias quoque dignofcendas, & curandas.

Pulmonem, præ cæteris vifceribus, infignibus læfionibus obnoxium effe, eafque phthifim frequentiffime omnium procreare facit peculiaris ejufdem ftructura, atque ufus. Cum enim ex meris veficulis membranaceis aerem pro refpiratione excipientibus tenellis, exilibufque conflatus fit, deinde apprime neceffarius ad circulationem fanguinis pro univerfis corporis partibus nutriendis, quacumque vel levi de caufa vitiari eumdem contingit, vitiatum vero labem toto fanguini communicare, unde totius corporis extenuatio, ac tabes.

II. *Læfio autem ifta vel immediate a mala ipfius pulmonis conftitutione pendet &c.*] Nemo unus tanta fedulitate, atque folertia morbum hunc pertractavit, quanta Cl. Mortonus in fua phthifiologia. Præclarus auctor uti phthifim generatim acceptam in effentialem, & fymptomaticam, utramque porro in quamplurimas fpecies, feu claffes difpartitus eft, ita pulmonalem in primariam, feu originalem, & fecundariam, feu derivatam dividere confentaneum duxit. Quæ fane divifio cum per fe fatis clara eft, tum ad praxim commodiffima. Per originalem eam cum præftantiffimo viro intelligimus, quæ immediate a mala pulmonum conftitutione pendet; per derivatam vero, quæ peculiarem aliquem morbum tamquam fymptoma confequitur.

III. *Illa quidem ad ejufdem flacciditatem.*] Hujufce phthifeos fpeciei meminere Veteres Medici Galenus, Fernelius, aliique; verum a plerifque Recentiorum vix, ac ne vix quidem animadverfa. Frequentiffima fane eft, & nefcio an uberius, quam ab hoc fonte exoriatur tabes fenum, & eorum qui diuturnis morbis infeftantur. Cum enim in fenibus, & iis qui diuturnis morbis tenentur liquidum nerveum craffum, vifcidum, ferofum, atque ad motum minus expeditum fit, molles, ac teneras pulmonum fibras arefcere facile contingit, vafa eorumdem fanguifera exfucca fieri, totam pulmonum fubftantiam, ac compagem flaccefcere; fanguinem per eofdem excurrentem ea ratione affici, qua opus eft ad totius corporis abfumtionem, ac tabem.

Copiofum materiæ lymphaticæ proventum, vel ex univerfo corpore ille fiat, vel &c.] A copiofo materiæ lymphaticæ, ac ferofæ in pulmones proventu, feu catarrho in pectus affluente phthifim progigni Veteres fere medici, & Recentiores uno ore affirmarunt. Quo autem modo lymphatica, ac ferofa materies, catarrhus fcilicet pulmones appellat, inter Veteres, & Recentiores Medicos controverfum eft. Veteres quidem, quos inter Hippocrates, & Galenus, in ea fuerunt opinione, catarrhum a Cerebro in fubjectos pulmones per latentes vias defcendere, ibique retentum phthifim, ac tabem, ut ajunt, ex deftillatione progignere. Quæ Hippocratis,|& Galeni affertio Scriptorum omnes ævi ingenia dire exercuit, ut vias, per quas ferum, ac lympha a capite in pectus defcendit, affignarent. Mitto illorum opinionem, qui putant ferum, lympham a primis viis in cerebrum elevari, a frigiditate cerebri condenfari, in pituitam, feu catarrhum converti, a ventriculis cerebri receptum deftillare in infundibulum, ex hoc in

glan-

glandulam pituitariam, ex glandula pituitaria in os hætmoides, ex osse hætmoide in palatum, in tracheam & pulmones deferri; ceu quæ ridicula plane, ac commentitia plerisque visa, altiori voce jam diu damnata, & e medio, quantum illis fas fuit, sublata fuit. Viæ nempe, per quas serum, lympham a primis viis in Cerebrum sublimari, tum illæ etiam, per quas a Cerebro in palatum, ac pulmones deferri putant, nullæ sunt. Compertum quidem est dari commercium ventriculorum cerebri cum infundibulo, infundibulum terminari in glandulam pituitariam, quæ est in basi Cerebri; huic autem sua esse vasa lymphatica, quæ non in palatum, & cavitatem oris, sed in venas jugulares desinunt, ut præ cæteris Cl. Willisius testatus est. Quo apparet serum, ac lympham in glandula pituitaria collectam descendere quidem posse in pulmones, at non per breves vias, quas sibi finxerunt Veteres, excusatione cæteroquin dignissimi, quod in summa rei anatomicæ obscuritate versabantur, sed per ductus lymphaticos a glandula pituitaria ad jugulares venas abeuntes, ac communes vias sanguinis. Cum enim sanguis a jugularibus venis in venam subclaviam, a vena subclavia in cavam, ex hac in dextrum cordis ventriculum, ex dextro cordis ventriculo in arteriam, & venam pulmonalem propellatur, liquet serum copiosum una cum sanguine a cerebro glandulas pulmonum appellere posse, ac phthisim, seu tabem ex destillatione a capite progignere. Brevior adhuc, & compendiaria via esset, si pluribus iteratisque Cl. Anatomicorum experimentis oscula quædam ex vena azyga in tracheam hiantia, quæ se detexisse Cl. Jo. Maria Lancisius testatus est, paterent usque adeo, ut nullus relinqueretur dubitandi locus. Serum enim acre, irritans in cerebro collectum per jugulares venas refluens in cavam, statim atque pertingit ad locum enuntiatis foraminulis pervium (est autem a jugulo usque ad divisionem tracheæ in bronchia) minimo negotio in eadem foraminula penetrare, stimulosque excitare valet, tussim, & destillationem phthisi, ac totius corporis extenuationi in gracilioribus præsertim impetum daturam. Hæc fere Lancisius, cujus quidem sententia nihil adhuc ingeniosius dictum.

2. *Ad congestionem ejusdem materiæ in lymphaticis vasis, glandulisque, unde tubercula &c.*] Serosa materies vel crassitie peccet, viscíditate, ac lentore, vel tenuitate nimia, & solutione, vel acredine, vel mota nimia celeritate, tenuissima, ac subtilissima vasa lymphatica distendens nimis, eorumque extremitates glandulas appellentes angustans, sibimet ipsi cursum impedit, vel mordendo, vellicando, ac convellendo eadem penitus occludit, vel angustiora reddit, quam eidem vehendæ paria sint, hinc facile retardatur, subsistit, concrescit, ac tubercula procreat, ut propterea in quamplurimis cadaveribus eorum, qui hoc morbo evaserunt, nihil inventum sit, præter pulmonum substantiam ita mutatam, ut e mollibus, flaccidisque duri, & consistentes facti sint, hepatisque substantiam æmulantes. Qua de re videan. M. N. C. *Dec.* 3. *an.* 3. *obs.* 188. Pezoldus *obs.* 64. 74. Act. Hafn. *P.* 1. *A.* 1673. *obs.* 4. Harderus *obs.* 46. Tenujori, ac subtiliori seri parte cum ipsorum pulmonum, tum aliorum adjacentium viscerum calore exhalante, ita dura fiunt tubercula, ut lapidis formam præseferant, quemadmodum citatus Harderus Anat. pract. *obs.* 34. & M. N. C. *Dec.* 2. *An.* 4. *obs.* 35. & *Dec.* 3. *An.* 3. *obs.* 188. testantur.

3. *Horum corruptionem, putrefactionem, atque abhinc prodeuntes abscessus &c.*] Non possunt autem fluida in aliqua parte concreta diu hærere, quin eorum componentes partes sensim a se mutuo solvantur, atque secedant, subtiliores avolent, crassiores vero remaneant, ac sensim, sensimque corrumpantur, atque putrescant. Quæ dum fiunt, jam solidæ partes, vasa nimirum minima pulmonum, glandulæ eorumdem, vesciculæ facile exeduntur, ac præterfluenti san-

gui-

guini locus datur, unde abfceffus, ulcera fiunt, ac phthifis adeo famofa fubfequitur. Vid. Harderus *obf.* 51., Petr. Pavv *ob.* 22. *&* *ob.* 25. Bartholinus *cent.* 5. *obf.* 7.

IV. *Morbi, ex quibus phthifis tamquam fymptoma proficifcitur, funt Angina.*] Anginæ, ut fupra oftendimus, exitus vel difcuffio eft, vel fuppuratio, vel ægri fuffocatio. Difcuffio autem dupliciter contingit, vel enim refolvitur materia tumorem efficiens, & per convenientes, ac deftinatas a natura vias, fputum fcilicet, fudorem, urinam ejicitur, vel in aliquod vifcus transfertur, ibique fubfiftens diverfum a priore morbum procreat. Frequentiffime materiem in faucibus, vicinifque partibus hærentem in pulmones transferri obfervationibus accuratiorum practicorum, atque ipfius Hippocratis compertum eft. Hinc fi angina vera fit, feu ab inflammatione faucium, vicinarumque partium ortum traducens, materia inflammatoria ad pectus delata, Pleuritis periculofa, feu Peripneumonia fuboritur. Si vero Angina fpuria fit ab infarctu, ac congeftione ferofi, ac lymphatici humoris in glandulis falivalibus, tonfillis, amygdalis, & fimilibus, Angina evanefcente, ac materie in pectus decumbente, pulmonum infarctus, congeftionefque facile fubfequuntur, & phthifis. Angina etiam fæpiffime in fuppurationem abit, ruptoque abfceffu, pus ad pectus ruit; hinc nifi æger fuffocetur, phthifis fubfequitur. Effufum enim pus in pulmones craffitie fua, ac vifciditate obftruit ductus, atque emiffaria glandularum pulmonalium, impeditque, quominus ferum ex iifdem excerni valeat, ac propterea hærere in iifdem, ac fubfiftere cogatur, unde tubercula, lapideæ concretiones, & alia ejufcemodi mala fuperveniunt. Huc accedit pulmones ipfos cum a pure in veficulis, tum a fero in glandulis hærente facile exedi, ac corrumpi poffe, unde phthifis ulcerofa præfto fit.

Peripneumonia, *Pleuritis*.] Peripneumoniam, & Pleuritidem inter fe differre tantum, quod illa fit inflammatio fubftantiæ pulmonum, hæc vero extimæ eorumdem membranæ, cenfendum eft. Qua de re fequenti capite. Utrumque autem, aut alterutrum horum contingat, phthifim tamquam fymptoma fubfequi tam certum eft, quam quod certiffimum. Ubi enim fanguis in vafis veficularem, atque internam pulmonum fubftantiam perreptantibus fubfiftit, atque inflammationem gignit, nifi per fputum ejiciatur, vel difcutiatur, facile in fuppurationem abire eamdem contingit, & abfceffum, atque ulcus progignere, unde phthifis. Huc accedit, fanguine in pulmonibus fubfiftente, poffe tenujorem ejufdem partem per vaforum tunicas quafi tranfcolatam exfudantem in vefciculis retardari, hærere, feri, ac lymphæ e glandulis excretionem prohibere, & tuberculis, atque lapideis concretionibus occafionem præbere. Quod fi de pleuritide fpeciatim fermo fit, fi forte in fuppurationem abeat, perfpicuum eft poffe pus in cavitatem pectoris effundi, ibique retentum, ac putrefcens Pleuram ipfam, Diaphragma exedere, ac tabem ab earumdem partium læfione procreare.

Hæmoptyfis.] Hæmoptyfis, & phthifis adeo affines funt morbi inter fe, ut differant tantum fecundum magis, & minus. Quæcumque enim fit illius caufa, vel anaftomofis juxta allatam fententiam, vel diærefis, vel rhixis, vel diabrofis, certum eft, nifi vafa alterutro ex his modo coalefcant, ulcus facile, ac phthifim excitari. Quamquam vero fi coalefcant, nifi fanguis in veficularem pulmonum fubftantiam effufus per fputum ejiciatur, diuque ibidem retineatur, corrumpi eumdem fenfim, fenfimque contingit, in pus converti, quod vaforum pulmonalium tunicas erodens ulcus, atque hinc phthifim progignere valet. Saltem illud nemo inficiabitur, a fanguine in veficulari pulmonum fubftantia fubfiftente vafa minima fanguifera obftrui facile poffe, feri fecretionem impedi-

pedi-

pediri, hinc tubercula, atque alias ejufcemodi concretiones fupervenire, quæ phthifi pulmonali producendæ opportuniffimæ exiftunt.

Afthma humorale, & convulfivum.] Celebris eft divifio afthmatis in humorale, & convulfivum. Illud quidem ab humore aliquo efficitur pulmonales veficulas, & bronchia infarciente, ac gravante, liberumque aeris ingreffum prohibente, dum fcilicet turbata fanguinis mixtura ob pravorum vitioforumque falium exaltationem folvitur ille, colliquaturque, atque fibrarum laxitate peccante, diductifque pulmonum meatibus ichores vel tenues, & fluidi, vel vifcidi, & lenti in eofdem deponuntur, qui ob languefcentem folidarum partium tonum dimoveri, nedum fatis prompte expelli nequeunt. Alterum vero, feu convulfivum a mufculorum, membranarum, fibrarumque refpirationi famulantium fpafmodica contractione, quemadmodum in hypochondriacis, atque hyftericis affectionibus contingere videmus, fic quidem, ut liber aeri ingreffus in pulmones præcludatur. Si primum fiat, perfpicuum eft feri fecretionem, quod in glandulis depofitum eft, facile impediri, hinc tubercula, atque lapideas concretiones exoriri, quæ fuppurata ulcus pulmonum excitant. Si poftremum, lympha, ferum, aut quicumque alius liquor, qui parce a glandulis extillare folet, copiofius projicitur, interdum fanguis vafis fanguiferis difruptis effunditur in veficulas pulmonales, ac bronchia, ac propterea obftructis, compreffis, aut alia ratione affectis glandulis, qua opus eft ad prohibendam feri excretionem, tubercula, atque ulcera pulmonum fubfequuntur.

V. *Caufæ remotæ funt laxata nimis, ac tenella pulmonum compages.*] Caufæ remotæ phthifeos vel a folidarum partium vitiis defumi debent, vel a fluidorum dyfcrafia. Quæ a folidarum partium vitiis defumuntur, vel in ipfis funt pulmonibus, vel in partibus pulmonem continentibus. Si fit in pulmonibus, funt laxa nimis, ac tenella eorumdem compages. Cum enim pulmones continuo diftrahi, & contrahi debeant pro aeris tantopere neceffarii ad vitam hominis fuftentandam libero ingreffu, egreffuque, nec non fanguinis a dextro cordis ventriculo per arteriam, & venam pulmonalem in finiftrum, indeque in Aortam, & univerfum corpus trajectione, manifeftum eft a violenta plus minus aeris infpiratione, vel ejufdem prava qualitate, atque a fanguinis in eofdem vehementi propulfione, vel ejufdem dyfcrafia lædi facile poffe, difrumpi, exedi, unde ferum, lympha, ac fanguis in veficulas effundatur, ibique obftruendo, comprimendo, convellendo tuberculis, ulceribus anfam præbeat.

Mala pectoris conformatio.] Vitia, quæ funt in partibus pulmonem continentibus, funt potiffimum mala pectoris conformatio tam naturalis, quæ ipfius anguftia, collo longo, & humeris elatis, quam accidentalis, quæ ejufdem pectoris curvitate, feu diftorfione fit manifefta. Si pectus anguftum, & collum oblongum fit, præterquamquod pulmo ipfe non ea ratione dilatari poteft, qua opus eft ad liberum aeris ingreffum in veficulas pulmonales, accedit præterea trachea nimis longa exiftente, atque angufta in expiratione aliquam aeris portionem in veficulis retineri, ideoque fanguinis motum per vafa pulmonum intercipi, aut faltem maxime retardari, alicubi hærere, fubfiftere, fibrarum tonum everti, ferum, lympham, ichorefque vitiofos, apertis, diductifque pulmonum meatibus, in veficulas, in bronchia deponi, qui non fatis prompte expulfi, obftruendo, comprimendo, aut aliter afficiendo pulmonum glandulas, tubercula, aliaque recenfita mala valent procreare. Quid fi pectoris curvitas, aut diftorfio adfit? Æquabilem nempe aeris in pulmonem ingreffum, egreffumque, nec non fanguinis per vafa pulmonum excurfum perturbari, atque hinc recenfita mala exoriri adeo manifefta res eft, ut manifeftior fit nulla. Dum ab hoc fonte exoritur phthifis hæreditaria plerunque eft, & a parentibus in filios, ab his in nepotes

traducitur , ut præ cæteris Cl. Fernelius teſtatus eſt.

Sanguis ſero , ac lympha plurimum abundans , ejuſdem craſſities &c.] Plerique in ea ſunt opinione , ut credant vitia fluidarum partium unice ad nimiam ſolutionem , ac colliquationem referendam eſſe. Cum enim deprehenderint phthiſim comitari febrem ſine frigore invadentem , cum calore lento , ſed acri , qui poſt cibum adaugetur , pulſu nonnihil celeri , frequenti , ac duro , poſtmodum vero urinas fieri quodammodo oleoſas , ac telæ araneorum ad inſtar ſupernatare , ægros maxime poſt ſomnum ſudare , diarrhæa , alijſque immodicis evacuationibus premi , ad credendum vehementer adducti ſunt fluidarum partium vitia conſiſtere in ſalibus acribus , mordacibuſque, ob turbatam congruam ſanguinis mixturam , ob nimiam fuſionem , colliquationem exaltatis , qui non ſolum cor , & arterias mordere habent , ſpirituumque animalium motum concitare , unde febris cum pulſu celeri , frequenti , ac duriuſculo exoritur , ſed pinguedinem , ac carnes abradere , ſuccumque nutritium per excretoria communia educere , unde macies , urinæ oleoſæ , ſudores , alvi profluvia , & hujuſmodi mala enaſcuntur. Opinionem porro ſuam confirmant ex temperamento eorum , qui tali morbo capiuntur . In eumdem enim proclives ſunt , qui temperamento calido, & ſicco ſunt , qui a decimo octavo uſque ad trigeſimum quintum annum , qua ætate fervidi peccant humores , ſaleſque acres abundant , ut alia mittam quamplurima , quæ protenſo quaſi digito commonſtrare videntur vitia fluidorum non aliunde , quam a nimia ſolutione , ac colliquatione repetenda eſſe . Verumenimvero falſa opinione adducti plus hiſce tribuerunt , quam par eſt . Phthiſim enim pulmonalem , atque abhinc prodeuntem hecticam febrem, cum hectica febre eſſentiali nullum morbum conſequente non diſtinxere , quæ non ad tractationem de morbis particularibus, ſed ad tractationem de febribus eſt reijcienda . Cum igitur inter cauſas phthiſeos pulmonalis proximas haud poſtremum locum obtineat copioſus lymphæ , & ſeri in pulmones proventus , ſanguinem ſero, ac lympha copioſe abundantem eamdem progignere poſſe adeo manifeſta res eſt , ut manifeſtior ſit nulla. Quid ſi craſſitie , viſciditate , ac lentore peccet ? Nonne congeſtiones ſeri in pulmonibus , glandularum obſtructiones, ac tubercula exoriri perſpicuum eſt ? Si tenuitate nimia , ac fluiditate peccet , præterquamquod per tunicas vaſorum univerſi corporis , ac conſequenter etiam pulmonalium tranſmittitur , & quaſi tranſcolatus exſudat , ac propterea in veſiculari pulmonum ſubſtantia ſubſiſtens qua vellicando , qua comprimendo , qua convellendo ſeri , quod in glandulis depoſitum eſt ſecretionem prohibere valet , & tubercula aliaque id genus mala procreare ; accedit præterea nimis velociter ſeſe per vaſa movente facile atteri, exſolvi , atque fundi ea ratione , qua opus eſt ad fibras totius corporis non ſolum ſtimulandas , ac febrem , caloremque excitandum , ſed ad abradendum etiam id , quod partibus appoſitum eſt , unde tabes ex totius corporis intemperie .

Quid de acrimonia ejuſdem dicendum ? Vel nempe acris ſit ſanguis , vel acidus , vel ſalſus , vel ſimili vitio affectus , dum tenellam pulmonum compagem pervadit, facile ibi acres , erodentes , crudaſque particulas deponet , quæ altius in eoſdem ſeſe inſinuantes tubercula , lapideas concretiones , atque ſimiles affectiones excitabunt. Atque hinc liquet nullum eſſe morbum, qui non tandem in phthiſim degenerare poſſit .

VI. *Cauſæ remotiores , & externæ eædem ſunt , quæ hæmoptyſeos .*] Cauſas remotiores , & externas Hæmoptyſeos eas eſſe diximus , quæ nimiam humorum ſpiſſitudinem , craſſitiem , viſciditatem excitare valent , vel contra nimiam tenuitatem , acrimoniam , vel ipſam ipſorum pulmonum ſubſtantiam ita afficere , ut eorumdem vaſa levi quacumque de cauſa diſrumpi , ſcindi , dividi , vel exedi

di valeant. Ecquis porro eſt , qui non videat ſi eædem cauſæ vehementius operentur congeſtionibus , tuberculis , ulceribus eſſe impetum daturas ?

Quibus addendum contagium.] Utrum phthiſis ſit contagioſa quæſtio eſt . Ne diutius quam par eſt in morbi phyſiologia immoremur , paucis habeto . Contagium ſi non ad phthiſim inducendam, tamen ſi diſpoſitio jam adſit, ad eamdem promovendam aptiſſimum exiſtit . Miaſma tamen e corporibus phthiſicorum exhalans non eam malignam habet naturam , ut e longinquo, & ſubitaneo quaſi impetu homines inficiat , quemadmodum in quamplurimis aliis contagioſis morbis obſervatum eſt , ſed tum demum, ſi quando propinquius , & continuo cum phthiſicis converſentur . Quæ fere Cl. Hoffmanni ſententia eſt , *M. S. t.* 4. *p.* 4. *cap.* 11. *ſect.* 1. obſervationibus a Cl. Riverio , Schenkio relatis , aliiſque in M. N. C. deſcriptis confirmata .

VII. *Dum tubercula fieri incipiunt , vel vix ac facta ſunt , tuſſis apparet initio ſicca, quæ &c.*] Uti pleriſque morbis , ſic phthiſi ſua ſunt tempora . Vel enim infarctus tantum pulmonum adeſt ob copioſum ſeri , ac lymphæ in eoſdem proventum , vel tubercula fieri incipiunt , vel facta jam ad maturitatem, & ſuppurationem deveniunt , unde ulcera pulmonum ſubſequuntur . Ex varietate porro temporum factum eſt, ut alia incipiens, alia conſummata dicatur phthiſis ; aptius vero in quatuor gradus diſtinguatur , quorum primus ad infarctum , alter ad tubercula jam facta , tertius ad tuberculorum ſuppurationem , quartus ad ulcus contrahatur. Quæ temporum diviſio non ſine admiratione accipietur ab iis , qui Cl. Williſium , Mortonum , alioſque practicos adierint , qui cum ſolertia , ac ſedulitate plane mirabili morbum huncce pertractaverint, tres tantum gradus conſtituerunt .

Primi , & ſecundi gradus , dum videlicet tubercula fieri incipiunt , vel facta ſunt , plura ſunt ſigna . Principem obtinet locum tuſſis , quæ probe attendenda eſt , ne rheumaticæ tuſſis ſpecie imponat . Cum nempe tuſſi premuntur ægri eo facile adducuntur , ut credant (atque hoc ſolatio plurimum recreantur) ſe rheumate premi, ideoque nihili eamdem faciunt ; quibus ſi aſſentiantur Medentes , dici vix poteſt in quanto diſcrimine verſaturi ſint ! Illud igitur phthiſicæ tuſſi maxime proprium , initio plerunque arida , ſicca, & mitis eſſe, poſtmodum vero moleſta fieri , & humida , quod contingit , vel quod materia irritans initio non hæret in bronchiis , ſed intra vaſa , vel ſi hæret in bronchiis, ob nimiam ejuſdem adhæſionem , vel nimiam tenuitatem inepta eſt ad excretionem. Cum vero repetita bronchiorum concuſſione ſic laxentur pulmonum fibræ , ut vel humor , qui intra vaſa continebatur , & vix , ac ne vix quidem ex glandulis extillabat , in bronchia copioſius proijciatur , vel qui nimis adhærens eſt , vel tenuis , ad excretionem aptus evadat , cum prius non eſſet , humidam fieri tuſſim perſpicuum eſt , atque moleſtam .

Cum excretione materiæ acris , ſalſæ &c.] Cum lympha conſtet ex particulis diverſi generis , oleoſis ſcilicet , ſulphureis , volatilibus , ſalinis , terreſtribus , manifeſtum eſt non poſſe diu in aliqua parte ſubſiſtere , quin eædem ſenſim a ſe mutuo ſolvantur , atque ſecedant , ſubtiliores avolent , craſſiores vero remaneant , paulatimque corrumpantur , ideoque lympha a blanda , oleoſa , mitique natura deflectens rancida fiat , acris , ſalſa , unde excretio ſubſequitur acris , ſalſæ, & amaræ materiæ , quod æque affirmari non poteſt de tuſſi rheumatica , quæ & humida eſt , nullumque ſalſedinis , acredinis , aut amaritiei ſenſum conjunctum habet .

Nullis remediis cedere neſcia , quam comitari ſolent ſitis , vox rauca , & clangoſa.] Præterea illud tuſſi rheumaticæ maxime convenit , ut concoctis, eductiſque humoribus bronchia , & pulmonales veſiculas infarcientibus ſponte deſinat ,

quod intra quadraginta dies ut plurimum, interdum citius contingit, cum e contra phthifica contumaciffima fit, nullifque remediis cedat. Ex ejufdem lymphæ acredine fauces, & organa vocis molefta vellicatione, ac contractione afficiente oritur vox rauca, fitis, aliaque id genus fymptomata.

Dein malo progrediente refpirationis difficultas, & dolor plerunque &c.] Facta congeftione feri, ac lymphæ in glandulis, atque impedito libero aeris in pulmonales veficulas ingreffu, egreffuque, oritur dolor, & difficultas refpirationis, quæ major fit, cum æger decumbit in ea parte, cui inhæret dolor, ut propterea fitum mutare cogatur. Cum enim decumbat æger in latere affecto, lobus pulmonis fani gravat, premitque lobum pulmonis affecti, propterea veficulæ pulmonales coarctantur, ac difficultas refpirationis augetur. *Plerunque*, inquam; fiquidem Cl. Baglivus ex Dodonæo, *Latent*, ait, *interdum plures annos in pulmonibus tubercula, atque infenfibili moleftia ægrotantis, manifeftantur demum vel poft Anginam, vel poft aliquam febrem fanatam.*

Sine frigore, & rigore invadens febris continua, lenta, quæ a paftu exacerbatur.] Non poffunt autem vitia hæc diu pulmonibus inhærere, quin labes fluenti fanguini communicetur, fpiritus concitentur, cor, & arteriæ in crebriores contractiones cogantur, febris exoriatur, quæ (quoniam fulphurearum, ac volatilium partium defectus adeft, falinarum vero, atque acrium copia) lenta eft, atque infenfibili moleftia fe prodens. Cur vero poft cibum exacerbetur, eleganter a Galeno, & Alexandro Tralliano explicatum eft fimilitudine calcis vivæ. Cum enim in calce adfint particulæ igneæ, quotiefcumque aqua eidem affundatur, aqua ipfa ingreditur poros, ac minima interftitia calcis, particulas ignis exfolvit, caloremque infignem excitat. Cum igitur chylus in fanguinem ingrediatur, atque acer ille fit, chylum ulterius folvit, unde igneæ, fulphureæque particulæ exfolvuntur, quæ calorem progignunt. Huc accedit, foluto chylo, ac partibus ejus volatilibus exaltatis, cor, & arterias in crebriores contractiones agi, pulfum celerem, & frequentem fieri, hinc fanguinem magis magifque exagitari, caloremque cieri, quæ omnia fubacto chylo mitefcunt.

Macies corporis, quæ &c.] Quoniam fanguis acris, ac mordax eft, fuccum nutritium partibus apponendum abripit, pinguedinem abradit, hinc macies corporis, atque abfumtio fequitur omnino diverfa ab illa, quæ fit in fenibus. In illis enim contingit, quod fibræ corporis ob rigiditatem obftructæ funt, ac propterea materiæ nutritionis fufcipiendæ ineptæ, cum in phthificis fanguis acer eamdem abripiat.

VIII. *Dum tubercula ad maturitatem veniunt, febris fupervenit inflammatoria &c.*] Tum ad maturitatem venire tubercula oftendimus, cum feri, ac lymphæ concretæ in glandulis componentes partes fenfim a fe mutuo folvuntur, atque fecedunt, fubtiliores avolant, paulatimque corrumpuntur. Quæ dum fiunt, acres, volatiles, fulphureæ particulæ exaltatæ, atque in univerfam fanguinis maffam diffufæ agitationem, furoremque intendunt, unde febris, quæ mitis prius erat, in inflammatoriam febrem mutatur, dolor acutus fit, cum prius effet obfcurus, & obtufus, refpirationis difficultas, tuffis, aliaque fymptomata fiunt majora.

Rigor quidam, & horripilatio &c.] Animadverfione dignum eft in hac febre cum extremos artus, tum univerfum corpus rigore, atque horripilatione affici; cujus phænomeni ratio ex eo potiffimum petenda eft, quod inflammatis tuberculis fanguis per vafa pulmonum ægre movetur, plurimum etiam languefcit ejufdem excurfus per univerfum corpus, ac præfertim extremos artus longe a corde diffitos, unde rigor. Præterea pus a tuberculis fuppuratis genitum, cum in bronchiis, & veficulis pulmonalibus fubfiftat, bronchia eadem, & veficulas vel-

vellicat, atque irritat, quæ irritatio per mirabilem nervorum confenfum totius fere corporis fibris communicata horripilationem excitat. Ex mutua frigoris, calorifque acceffione plerique minus docti in eam fpem facile adducuntur, ut credant febrem in periodicam intermittentem febrem mutari, bonum propterea ominari fas effe; quod dici vix poteft, quantum a ratione alienum fit, & obfervationibus accuratiorum practicorum!

IX. *Si hifce tandem fuperveniat fputum purulentum, quod colore vario &c.*] Dum tubercula ad maturitatem veniunt, fuppuranturque, confectoque pure difrumpuntur, pus eijci per fputum debere perfpicuum eft. Quibus autem fignis fputum purulentum a lymphatico, ac catarrhali diftinguatur, non eadem eft omnium medicorum fententia. Sunt enim, qui fputum purulentum colore ipfius flavo ab aliis fatis diftingui poffe arbitrantur; perperam tamen. Quot enim funt qui phthifi non laborant, & tamen fputum eijciunt flavum? Id maxime cachexia, & ictero laborantibus familiare eft, quorum ferum, ac lympha flavedine inficitur. Ad veritatem propius acceffiffe vifi funt, qui fputum purulentum varii coloris effe, flavi fcilicet, æruginofi, nigricantis, viridis, filamentifque fanguineis refertum cum Hippocrate ftatuerunt.

Altera illorum opinio eft, qui fatis diftingui poffe putant fputum purulentum a lymphatico, & catarrhali, fi fputum defcendat in aquam, & in aqua tepida diffolvatur. Verum fi conftet, id quoque contingere fcorbuticis, ecquis ei tantum tribuat, ut valde fperet, nunquam poffe eodem decipi? Nempe ferum, ac lympha fcorbuticorum, eorumque fputum falibus onuftum eft, qui non folum diffolvendi vim habent, atque faponis ad inftar facilem cum aqua mixtionem promovendi, fed cum ponderofi fint, fundum facile petunt. Neque alterum illud Hippocratis experimentum, quod fcilicet fputum purulentum refertum cum fit oleo craffiore, fi carbonibus accenfis immittatur, fætidum odorem emittat, ita accipias velim, ut pro certo habeas imponere nunquam poffe; datur fiquidem fputum lymphaticum, ac catarrhale maxime in cachecticis, fcorbuticis, quod non folum carbonibus injectum, fed vafe collectum fœtidiffimum eft, ut propterea fœtere eorum animam dicamus. Illud maxime purulenti fputi eft acum argenteam nigredine inficere, perinde, ac fi corrofiva arfenicali materie tractaretur, cum in catarrhali nulla affectio fimilis contingat. Quod potiffimum ex acredine ipfius tanta pendet, ut mufcæ, aliaque infecta, quæ eodem vefcuntur, perinde ac fi arfenicalem liquorem haufifsent, internecioni dentur. Quamquam ne huic quidem velim plus tribuas, quam par eft, fed omnia fimul colligas, videafque diligenter, an eadem in unum confpirent: An fcilicet fputum varii fit coloris, an carbonibus injectum fœteat, & aqua facile folvatur, & in eamdem defcendat, an nigredine argentum inficiat. Quæ ubi contigerint, fi non vera, verofimillima faltem conjectura ftatui poffe facile judicaverim purulentum effe fputum, quod erat demonftrandum.

(*Nifi forte in cyftide colligatur, & vomica occulta fiat &c.*) Sæpiffime contingit, materiem, quæ diuturna mora in pus convertitur velut in cyftide contineri, & vomicam, feu apoftema efformari, nec pure, nec fanguine per os ejecto. Latere vitium hoc inter initia adeo clanculum, ut vix ulla fui præferat indicia, adnotavit Tulpius *lib.* 2. *obf. cap.* 10. immo (quod mirabile prorfus eft) teftatur Cl. Willifius fæpe in toto etiam morbi progreffu febrem nullam effe, ac noviffe fe hominem, qui poft diuturnam tufficulam, & levem lateris dolorem aliquando infeftantem, repente difrupta vomica, ac copiofo pure per tuffim excreto, ut pæne fuffocaretur, nec dum ipfum conficeretur, atque excerneretur per fputum, febre laboravit. Nempe materies, quæ in pus convertitur, velut in cyftide contenta, nullam fluenti per pulmones fangui-

ni

ni labem communicat, unde nulla febris.

Urinæ copiosissimæ superveniant, & pinguedo telæ araneorum instar &c.] Cum in sanguine phthisicorum dominentur sales acres, qui butyrosas, & oleosas sanguinis partes solvunt, abraduntque, nutritium succum ex nutriendis partibus, & per insignes excretionum vias educunt, urina copiosissima excernitur, sudores, vomitus, diarrhææ, aliæque id genus evacuationes superveniunt se invicem excipientes. Animadversione autem dignum est, urinæ pinguedinem telæ araneorum instar supernatare, quæ eo copiosior est, & diutius durat, quo pinguius corpus existit. Memorabile est quod narrat Sylvius de juvencula quadam fœmina, cujus urinæ tam copiosa innatavit pinguedo, ut in perfrigeratæ superficie olei frigidi concreti, aut butyri instar comparuerit. Narrat quoque Fernelius *lib.* 3. *cap.* 2. *de urin.* de bibulo quodam optimi corporis habitus, qui diebus circiter octo ex insigni corporis mole, ad summam gracilitatem hac ratione perductus est.

Aphtæ in ore &c.] Ex ulcere pulmonum, quod sensim sensimque ad superiora serpit, & laryngem ipsam, & pharyngem paulatim exedit, & corrumpit, aphtæ, aphonia, deglutitionis difficultas, aliaque hujusmodi funesta symptomata subsequuntur.

X. *Phthisis, quacumque tandem ex causa nascatur, periculosissimus morbus est.*] Phthisim originalem, si cum symptomatica comparetur, curatu difficiliorem nonnulli prætendunt. Id quod ex eo potissimum repetendum esse putant, quod originalis plerunque ex præexistente gravissima solidarum partium, vel fluidarum labe nascatur, quæ vix, ac ne vix quidem evelli potest: quod de symptomatica affirmari jure nequit. Verumenimvero cum utriusque subjectum pulmo sit, viscus scilicet molle, ac respirationi, & sanguinis circuitioni dicatum; ita ut volentibus, nolentibusque, dormientibus nobis, ac vigilantibus continuo contrahi, distrahique, continuo moveri debeat, manifestum est quacumque ratione affectum in pristinum statum restitui difficillime posse, ineptumque fere muneri suo organum constitui, unde sanguinis motus liber, atque expeditus facile prohibetur, qui propterea non rite solutus, impurus redditus, tenellam pulmonum compagem pervadens, acres ibi, erodentes, crudasque particulas deponit, quæ altius in eos sese insinuantes, congestiones, tubercula, phthisim originalem progignunt.

Que tenellos invadit, quæ hæreditaria &c. lethalis.] Ætatem, quæ ad phthisim disponit, ut supra ostendimus, definivit Hippocrates (7. aph. 8.) a decimo octavo anno usque ad trigesimum quintum, quæ ætas sola ad plerosque gravissimos morbos profligandos opportunissima communiter reputatur. Itaque si phtisi unus aliquis hac ætate corripiatur, parentes, amici præsto sunt, qui eumdem fulciunt, recreant, fovent, confirmant in eam spem facile adducti, ut credant morbum mutatione ætatis debellatum iri. Qui dici vix potest in quanta obscuritate versentur. Observationibus enim compertum est cum certis, ac constantibus, tum multis, ac frequentibus phthisim hoc ipso, quod ætatis flore invadat, multo periculosiorem esse, brevioremque illa, quæ ætate provectiori succedit. Id quod non aliunde repetendum est, quam ex eo quod ætatis flore pulmo debilior, mollior, ac tenella magis compage præditus est, hinc facilius muneribus suis ineptum organum constituitur, atque ea ratione afficitur, qua opus est ad mortem ægris inferendam. Graviorem adhuc efficiunt morbum ortus a parentibus simili morbo infectis, ac mala thoracis conformatio, cum ea sit solidarum partium textura, ad quam immutandam oporteret totum hominem renovare, quod ne a Diis quidem fieri posse minime veritus est pronuntiare Aretæus.

XI.

XI. *Quæ a tuberculis enafcitur fieri incipientibus &c.*] Indicationes in phthifi ab infarctu pulmonum, vel a tuberculis nondum ad maturitatem perductis, quam apte elici folent, quam congrua, atque opportuna medicamenta folent adhiberi, ut ejus progreffus ad deteriores alios gradus præcaveatur! Dici autem vix poteft, quam raro optato fine potiamur! Ne autem potiri valeamus facit toties inculcata tenella nimis, ac mollis pulmonis textura, atque ejufdem vitæ fuftentandæ neceffarius ufus, refpirationis fcilicet, ac fanguinis circulationis, ut cujufcumque medicamenti vim facile eludat. Si quid igitur in hoc phthifeos gradu fperandum eft, fperandum eft maxime futurum, ut tubercula ad fuppurationem ocyffime perveniant, ficque vita licet non fine incommodo diu protrahatur. Quæ enim ab iifdem fuppuratis fit in ulcus pulmonum degenerantibus, qua tandem arte curari, aut diu ægrorum vita protrahi poteft?

XII. *Quanti periculi plena fit vomicæ difruptio &c.*] Non poteft tam diu pus in cyftide colligi vomicam, ac latentem abfceffum efformans, quin demum eam acredinem nancifcatur, qua fibræ tunicarum, quibus continetur, exedantur fenfim, fenfimque, ac corrumpantur. Rumpitur tandem vomica, difrupta autem, & pure in bronchia, & veficulas pulmonales effufo ægros fuffocatos dictum factum remanfiffe obfervationibus præftantiffimorum virorum compertum eft. Vid. Fernelius *path. lib.* 5. *cap.* 10. Tulpius *lib.* 2. *obf. cap.* 10. Willifius, aliique. Saltem timori locus deeffe nunquam poteft. Ità hominem quemdam, cui repente difrupta eft vomica copiofo pure per tuffim excreto, pæne fuffocatum fuiffe idem Willifius teftatus eft. In eodem difcrimine verfatum fuiffe Religiofum quemdam Patavii vidiffe ipfe bona fide teftor. Quod fi difrupta vomica æger aliquando exitio fuo fuperftes maneat, confumi tamen lente a febricula five ob pus, five ob fanguinem per thoracis interiora effufum teftatus eft Tulpius lib. cit.

XIII. *Ubi primi gradus phthifeos indicia fe prodant, fi &c. venæ fectio inftituatur &c.*] Ubi pulmones materia craffa, ac vifcida infarciuntur, nemo eft, qui non videat eo nervos induftriæ omnes intendendos effe, ut pulmones ab infarctu liberentur, tum materiæ ad eofdem affluxus prohibeatur, tonus pulmonibus reftituatur, atque hecticus febrilis calor temperetur. Ad primam indicationem abfolvendam principem obtinet locum venæ fectio. Imminuta enim fanguinis copia, ac ceffante vaforum diftentione, cum validius, & fortius fefe contrahant, quod craffum eft attenuari contingit, quod hærens dimoveri, & circulo reftitui. Quid quod detractione fanguinis hecticus febrilis calor temperatur? Quod fi fuppreffa aliqua evacuatio fanguinis naturalis morbo occafionem dederit, quid efficacius, aut pro ægrorum opportunitate valentius venæ fectione?

Confer. Caf. Donzel. vel fimile &c.] Inter medicamenta, quæ humores ad pulmones affluentes avertendi vim habent purgantia medicamenta recenfentur, a quibus alii omnino abftinendum effe pugnaciffime fuftinent. Ne diutius quam par eft fingulis quæftionibus immoremur, paucis habeto. Si de purgantibus validioribus fermo fit, educunt quidem infignem feri copiam, verum illud incommodi fequitur ex illorum ufu, quod folidæ partes irritantur nimis, atque in vehementiores contractiones aguntur, humores vero tenujoribus, lævibus, politifque particulis eliminatis, craffiores, acriorefque fiunt, unde tuffim exafperari contingit, difficultatem refpirationis augeri, maciem intendi, aut confirmari. Sola igitur lenientia locum habent, ceu quæ primas vias abftergendo, cavitatem inteftinorum blande follicitando ferum, lympham, ichorefque ad eorumdem glandulas invitant, atque hac ratione a pulmonibus eofdem avertunt.

XIV. *Interim vero quotidie pillulæ ex gum. ammoniac. purif. &c.*] Sed viæ omnium convenientiffimæ ad fordes in pectore hærentes eliminandas funt urinæ

viæ,

viæ, ut a Baglivo, aliifque accuratioribus practicis animadverfum eft. Minima nempe eft Renum diftantia a pectore; ex trunco enim defcendente Aortæ, fimul ac diaphragma tranfcendit, arteriæ renales, five emulgentes nafcuntur, quæ fanguinem pro ferofi laticis feparatione ad Renes adferunt. Qua minima diftantia fit, ut urinis copiofe fluentibus, humores, qui in pulmonibus fubfiftunt, alijfque medii ventris vifceribus, ab eodem facile deriventur, atque extra corporis confinia eliminentur. Ea igitur, quæ diuretica virtute pollent in omnibus morbis pectoris funt convenientiffima. Ad iftorum vero felectum quam diligenter attendendum eft. Non enim diuretica ex falibus lixiviofis, & acidis parata, cujufmodi funt fal tartari, tartar. vitriolat. &c. locum habent, quippe quæ tuffim exafperant, & morbum augent, & confirmant, fed illa quæ balfamica potius vi, ac pulmonibus amica donantur. In horum cenfu veniunt gummata refinofa, ut ammoniac. benzoin. quæque his affinia funt, balfamum Peruvian. Tolutan. Copaiva. Therebint. quibus addendi millepedes, & crocus. Balfamica nempe corpora aciditate qua pollent blandiffima laxatas pulmonum, ac renum fibras majorem in modum corroborant, eafdemque amica titillatione follicitando ferofi laticis fecretioni promovendæ opportuniffima exiftunt. Animadverfione dignum eft urinas a balfsamorum affumptione violaceo odore imbui, indicio fatis manifefto, nonnihil etiam refinofæ fuæ fubftantiæ iifdem communicare.

Si de millepedibus fermo fit, fale quodam nitrofo conftare creduntur, qui cum folidis partibus amiciffimus, tum fero, ac lymphæ alicubi fubfiftenti, vel congeftæ per urinæ vias extra confinia corporis educendæ aptiffimus exiftit.

Crocum, cordis amicitia fpiritus recreando, atque ejus vires augendo, ventriculi, eumdem roborando, & difficilem ciborum coctionem juvando, hepatis, ejus obftructiones refolvendo, icterum fanando, uteri, menfes movendo, partum difficilem juvando, fœtum pellendo; tum maxime pulmonum, eofdem a lenta, ac difficili materia liberando, ferum acre, & irritans demulcendo, tuffim fedando clarum fecit: unde anima pulmonum a quibufdam jure merito fuit appellatus.

Pillulæ ex hactenus recenfitis corporibus compofitæ, funt fere pillulæ illæ adeo famofæ balfamicarum titulo infignitæ Cl. Richardi Mortoni, quarum efficaciam ad phthifim tuberculofam incipientem qui non cognofcit, medicinam cognofcit plane nullam.

XV. *Hifce ineunte vere fuccedant decoctiones ex farf. peril. elect. radic. chi. &c.*] Multa ligna, quæ fudorifera vi maxima pollere, vifcidiorefque fanguinis partes alicubi hærentes refolvere, acorem omnem præfertim fixiorem corrigere communiter reputantur, folent nonnulli ad lympham ac ferum in pulmonibus fubfiftens abfumendum, ne congeftiones, & tubercula in iifdem generentur, vel ubi eadem jam facta fint, refolvenda adhibere. Verum cautiffime in horum ufu procedendum, cum calorem, & agitationem fæpe adaugeant, ac corpus majorem in modum exficcent. Satius porro duxerim mitiora feligere, quæ folvendi adeo, colliquandique vim non habent. Ejufmodi funt farf. peril. & rad. Chi. eorumque decocta, quibus fi addantur quæ nimiam effervefcentiam humorum, fervoremque temperant, quæque alibiles, mitefque fuccos præbent, uti funt carnes junjorum animalium, ranarum &c. avenacea, hordeacea, decocta obtinentur Septhaliana fere methodo, quæ dici vix poteft, quam tuto, ac feliciter in ejufcemodi morbis adhibeantur.

XVI. *Ardente Sirio aquæ Beat. Mar. Virg. Aponenfes &c. vel etiam acidulæ Recob. &c.*] Aponenfes aquas differre ab aquis Beatæ Mariæ Virginis in eo potiffimum, quod illæ majore fulphure, & fale fcatent, experimentis Jo. Gratiani

tiani (de ther. Patavin.) compertum eſt. Eaſdem igitur plus minus ſanguineam maſſam lentis, viſcidiſque humoribus inquinatam, atque impeditam attenuando, vaſa pulmonum penetrando, impactoſque in iiſdem humores incidendo, corruptos, infectoſque eluendo, ac fibris qua fieri poteſt tonum reſtituendo, ad congeſtiones, & tubercula in pulmonibus præcavenda opportuniſſima exiſtere ambigendum non eſt.

Acidulas vero aquas ratione ferreæ venæ, ac vitrioli ſpiritus, quo fœtæ ſunt, in morbis pulmonum minus convenire plerique haud dubie affirmant. Vitrioli enim ſpiritus pulmonibus inimicus cenſetur, quatenus acrimonia veſiculas eorumdem labefactat, acetoſitate facile corrodit, vi vero adſtrictoria tonum ipſarumet partium immutando ineptum muneri ſuo organum conſtituit. Quæ quamvis vere dicantur, ubi pulmones ipſi nimis tenelli ſint, & acribus, erodentibuſque particulis eorumdem ſubſtantiæ altius inſidentibus in convulſivas contractiones acti, exeſique, ſperati tamen effectus aliquando eveniunt, ubi phthiſis a flacceſcentibus pulmonibus exoriatur. Quippe qua ratione tonus iiſdem reſtituitur, ac viſcidæ, lentæque ſordes inciduntur, atque abſterguntur, eadem & congeſtiones, & tubercula præcaventur. Quid quod Raymundus Jo. Fortis *cent.* 2. *conſ.* 20. 27. 28. 30. etiamſi pulmonum ulcera exiſtant, acidularum uſum mirum in modum commendat? *Adventante*, inquit, *tempore quo aquæ acidulæ in valle ſolis enaſcentes opportunæ ſunt, quæ pulmonum ulceribus ſaluberrimæ, ac præſtantiſſimæ a nobis quandoque fuerunt expertæ, ad eaſdm, tamquam ad unicam ſacram anchoram confugiendum conſulimus, cui remedio ſi malum non ceſſerit, minus decoctis, lacti, aliiſque ejuſdem facultatis ceſſurum fore arbitramur.* Quamquam vero fateri licet non deeſſe exempla phthiſicorum, quorum alii acidularum uſu in hydropem lapſi ſunt, ad ultimam alii neceſſitatem adacti. Immo ſi Benedictum Grundel in aquarum Roitſchenſium deſcriptione audimus, vehementer miratur, quod memoratus Jo. Fortis ſaluberrimas in Hæmopticis, phthiſiciſque acidulas invenerit: *Quippe*, ait, *etſi tanto viro libentiſſime credam, ſimiles effectus ab acidulis vitriolatis in Italia ſecutos eſſe, nihilominus tamen noſtræ Roitſchenſes aquæ etiam vitriolo imbutæ, hiſce ſaltem Germaniæ locis id nolunt præſtare: utrum autem alibi præſtent, dum Venetias, Romam, & ad alia loca tranſportantur, nondum experiri potui.* Quibus nonnulli ad vehementer ſuſpicandum adducti ſunt, phthiſicos quos Jo. Fortis memorat ulcere pulmonum vere non laboraſſe, ſed flacceſcentes pulmones, aut aliam ſimilem ægritudinem eoſdem exercuiſſe; his vero per Acidularum potum in ſanitatem reſtitutis, curatum per eas pulmonum ulcus deprędicaſſe, ut Cl. Jo. Gratiani Diſſert. de fonte Recobarii egregie animadvertit.

XVII. *Exercitationes corporis moderatæ, ac præſertim equitationes &c.*] Equitatione non minus certo phthiſim ab infarctu pulmonum pendentem curari, quam Chinachina febres intermittentes, a nonnullis creditur. Viſcera enim omnia, ac præſertim imi ventris majorem in modum concuti contingit, fluida omnia attenuari, fundi, atteri, materiem quæ vel in extremitatibus arteriolarum, bronchiorumque, vel in veſiculis hæret dimoveri, & qua data porta extra corporis confinia per inſignes excretionum vias eliminari. Grates habendæ Cl. Sydenhamo practico feliciſſimo, quod præſtantiſſimum, atque efficaciſſimum ad morbum cæteroquin difficillimum profligandum unus inſtar omnium commendaverit: *Multi mihi ſanguine juncti tabidi, & phthiſici multum terrarum equo vectore peragrantes ex meo conſilio ſanitati ſunt reſtituti*, cum aliis medicamentis nihil ſe magis proficere potuiſſe teſtatus ſit. Plura videſis apud D. Sthal *in programmate propemſico inaugurali de novo ſpecifico antiphthiſico equitatione*.

XVIII. *Ubi tubercula jam facta ſint, victus ratio ex aven. hord. &c.*] Congeſtio-

ſtiones humorum in pulmonibus genitæ, ac tubercula jam facta difficillime reſolvi poſſe perſpicuum eſt. Illud igitur enixe curandum eſt in hoc phthiſeos gradu, ne tubercula inflammentur, ſuppurenturque, unde abſceſſus, atque ulcera pulmonum ſequantur. Neglectis igitur ſupra recenſitis remediis ea viſa ſunt convenire, quæ læves, molles, politaſque particulas in ſanguinem invehere habent, congeſtorum humorum in pulmonibus fermentationem, acrimoniam, inflammationem, atque abhinc prodeuntem ſuppurationem, atque ulcus prohibere. Inter alimenta refrigerantia non poſtremum obtinent locum ſemina cerealia multa, inter quæ ſemen hordei, avenæ, tritici, & alia hujus generis, quæ aqua facile aceſcunt, indicio ſatis manifeſto acidum quoddam mite, ac blandum in iiſdem contineri. Ob id potiſſimum inter refrigerantia recenſentur; blanda enim illa aciditate, qua pollent, humores acres, ſulphureos, alchalinos temperant, nimiam effervefcentiam, fervoremque humorum compeſcunt. Sales acres irretiunt, obtundunt, ac ſanguini ipſi viſciditatem aliquam tribuunt, & corpus nutritio humore humectant carnes juniorum animalium, nec non ranarum, cancrorum fluviatilium juſcula, & hujuſmodi. Semina multa, inter quæ melonum, cucurbit. amygdalar. & ſimilia miti quodam blandoque oleo fœta ſunt, quod farinoſo principio adeo unitum eſt, ut aqua miſceri commode poſſit, unde lacteus emergit ſuccus, qui dici vix poteſt quam eximiæ virtutis ſit ad demulcendum, ad temperandum, ad refrigerandum.

Ferculum Saxoniæ &c. nec non pulvis Halii Abbatis recens &c.] Prædictis muneribus opportuniſſima exiſtunt ex hactenus recenſitis compoſita multa, inter quæ ferculum Saxoniæ, pulvis Halii Abbat. Baſis nempe ferculi Saxoniæ eſt farina hordei in clibano non admodum toſta, quæ ita vel ſola paratur, vel adjectis amygdalis dulcibus decorticatis, radice chinæ, pulvere ranarum, & cancrorum calcinatorum, aut ſimilibus. Pulvis Halii Abbatis componitur ex ſeminibus multis, quæ miti oleo abundant, & inſipida ſunt, ex gummatibus, aliiſque ad involvendum, ac demulcendum aptiſſimis. Curandum eſt autem ut recens ille ſit: Semina enim facile rancida fiunt, ideoque irritando potius, ac vellicando apta redduntur.

XIX. *Aquæ Nocerianæ in temperamentis fervidioribus, aduſtiſque, in frigidis &c. Beat. Virg. &c.*] Victus rationi aquarum uſus ſuccedit. Circa autem delectum aquarum ſedulo perpendendum eſt, quænam dyſcraſia ſanguinis, humorumque adſit, num ſcilicet calida, biliofa, acris, an frigida, ut ajunt, pituitoſa, denſa. Id quod non aliunde melius innoteſcere poſſe crediderim, quam ex conſideratione temperamenti ægrorum, atque habitus. Si enim temperamentum fervidum ſit, conſtitutio ægri, atque habitus aduſtus, ſiccus, ecquis ad credendum vehementer non adducatur, dyſcraſiam acrem, biliofam, ut ajunt, morbo anſam præbere? Tunc vero aquæ inſipidæ nullo acri, ſulphureo, vitriolico principio imbutæ locum habent, inter quas eminent Nocerianæ, quæ æſtivo tempore ad inſtar cæterarum thermarum epotæ particulas calorificas hinc inde diluendo, diſſociando, & comprimendo efficiunt, ut motus earumdem aliquando deferveſcat, & bolari terra, quam continent, pulmonem egregie confirmant. E contra ſi peccet craſſities, viſciditas, & lentor humorum, id quod ex temperamento, ut ajunt, frigido, laxiorique habitu facile conjicies, aquæ conveniunt ſulphureæ, inter quas eminent in agro Patavino aquæ Beat. Virginis, & Aponenſes, quæ præterquamquod vitioſorum ſalium vim temperant, atque infringunt, effrænes eorum particulas eluendo, diſſociando, aperiendi quoque, incidendi, infarctus, & congeſtiones reſerandi, pulmones balſamico eorum ſulphure corroborandi, ac tuberculorum ſuppurationem prohibendi facultatem a natura ſortitæ ſunt.

XX.

XX. *Tandem ad lactis Asinini, aut Muliebris &c.*] Ad tuberculorum inflammationem, ac suppurationem præcavendam Lac & victus rationi, & aquis palmam præripit. Lactis nempe efficaciam adversus quamplurimos morbos qui non cognoscit, medicinam cognoscit plane nullam, id uno ore priscis Medicis Hippocrate, Galeno, Celso, & Arabibus, ac Recentioribus fere omnibus haud dubie affirmantibus. Lac fuisse antiquitus veluti sacram anchoram, atque inter cætera remedia primatum obtinuisse testis est Martianus Com. in Hippoc. *lib.* 1. *de morb. mul. p. m.* 205. Unde egregie Jo. Jac. Wepfferus in epist. ad Verzascham: *Certe divini aliquid in lacte latet. Antehac nunquam credidissem, nisi id sensibus comperissem. Vidi his meis oculis, quasi novos homines inde factos fuisse.* Verbo dixerim, alimentis, quæ facile a stomacho concoquuntur, celeriter distribuuntur, difficulter vero resolvuntur, quibus utendum esse præcipit Hippocrates in phthisi, quæque, uti Hippocratis mentem explicans Martianus *lib. de vet. medic. n.* 25. ostendit, solidas habent partes, nexus tamen eorum debilis est, Lac præstat. Quo loco minus mirari subit Aretæum tantum tribuisse in hoc morbo Lacti, ut affirmare non dubitaverit *lib.* 7. *de morb. chron.* si multum hauriant Lactis, nullo alio egere auxilio.

Non autem quodcumque Lac in hac phthiseos specie opportunum est. Si enim de Vaccino sermo sit, crassitie sua, ac viscididate infarctus, atque obstructiones augere valet. Vaccino tenujus est Caprinum, tenuissimum vero, quodque seroso humore maxime abundat, Asininum est, docente Aristotele *lib.* 3. *hist. anim. cap.* 26. & Galeno x. *de simpl. facult.* & *lib.* 6. *de sanitat.* ideoque Lacti cuicumque animantium præferendum Plinio teste *histor. nat. sect.* 33.

Ad lactis usum quod spectat silentio prætereundum non est solemne esse Medicis lacteam diætam in plerisque morbis phthisi præsertim, & arthritide instituere, omni alio cibo prohibito. Cl. Sachsius in M. N. C. D. An. 1. obs. 141. methodum diætam lacteam in arthriticis instituendi tradit, qua quidem methodo Nobilem quemdam felicissime curatum fuisse testatur. Animadversione autem dignum est, quod ipse postea affirmavit, Nobilis hujusce viri exemplo ab arthritide per Lac curati plurimos Magnates Pragæ, Viennæ, alibique commotos eamdem curam in semetipsis tentasse, sed non ubique pari felicitate, & tam fausto eventu. In hujusce rei confirmationem affert exemplum alterius cujusdam Nobilis, qui non solum diæta lactea instituta melius habuit, sed tumorem, & inflationem periculosam expertus est, ut abstinere coactus fuerit. Celebris quoque est histor. in iisdem M. N. C. Dec. 3. *An.* 3. *obs.* 10. viri cujusdam, *qui sub lactis cura succubuisset, nisi intermisisset; Omni enim carne absumta, spiritibusque dissipatis tantam sensit debilitatem, ut morti proximus videretur.* Ego vero propter summam stultitiam ejusmodi lactis usum ad maciem profligandam opportunum censeam? Atque hanc quidem philosophandi rationem observatio confirmat. Cum enim diætam lacteam in fœmina quadam macie consumpta instituissem, eadem plane servata methodo, quam tradit Cl. Redius in suis consultat., mirum eamdem non solum in dies singulos increscentem deprehendisse, sed vires ægrotantis fœminæ sic collabentes, ut in imminentis mortis discrimine prope certissimo versari videretur. Priore diæta convocata in dies melius habuisse, vires resumpsisse, atque in pristinum statum restitutam fuisse vidi. Quæ res effecit, ut in posterum corpora eorum, qui phthisi, ac macie premuntur, solo lacte, omni alio cibo prohibito, nunquam pertractaturum esse, quidquid aliis videretur, pollicerer. Neque hujusce rei ratio in arduo sita. Natura enim, dum adhuc in utero clausi versamur, purissimum quemdam, ac limpidissimum succum nobis subministrat, simul ac in lucem editi, crassiorem, viscidioremque ea constanti lege, atque ordine, ut quo magis increscit ætas, lac & spissius, & den-

fius evadat. Erumpentibus e gingivis dentibus incipit mafticatio, atque alimento opus eft, quod folidum, compactumque fit, tum quod membranæ ventriculi fortiores, firmiorefque fiunt, tum etiam quod fucci ejufdem acriores, activiorefque. Dum triturationis alimentorum, ac digeftionis vires augentur, quod in adolefcentia contingit, cibis opus eft craffioribus, compactioribufque, & fic fucceffive ufque ad extremum fenium. Dum igitur folo lacte vefci pueros, juvenes, ac fenes curamus, naturæ legibus fanctiffime fancitis adverfamur, atque ab uno extremo ad alterum tranfitum fieri patimur, quæ mutationes quam plenæ fint difcriminis nos docuit Hippocrates, confirmavitque Bacco de Verulamio hift. vit. & mort. inquiens: *Omnis mutatio licet in benignius mortem accelerat*. Quid quod otiante mafticatione faliva tantopere neceffaria ad ciborum folutionem fuperfluus quafi, atque inutilis humor evadit, vis ftomachi majorem in modum languefcit, atque organa chylofi perficiendæ dicata muneribus fuis inepta organa redduntur? Conferre Lac pueris experimur, dum dentibus carent, ac ventriculi membranæ, fuccique debiles adhuc, infirmique funt, ac tunc folum virium robur acquirere, cum ad mafticandum pares fiunt, ac folidiores cibos, compactiorefque deglutiendos. Quinimo dum lacte vefcuntur infantes, convulfionibus, fpafmis, diarrhæis, torminibus, aliifque morbis eofdem dire exercentibus premi, a quibus lacte prohibito liberantur. Quæ fane omnia protenfo quafi digito commonftrant nulli unquam morbo, ac ne phthifi quidem pulmonali folius lactis ufum opitulari poffe. Nifi forte nullo alio cibo ufi fint homines præter Lac, unde affuetudo novam in ipfis formaverit naturam: quo cafu haud inficias ire aufim folo Lacte diu vivere poffe, quemadmodum multos vixiffe Plinius, Tacitus, Juftinus, Cæfar, Salluftius memorarunt. Quod confirmat Galenus *lib.* 5. *de fanit. tuenda c.* 7. mentionem faciens cujufdam viri, qui ultra centum annos vixit folo lacte nutritus. Et Ovidius *lib.* 4. *faftor.* dum ait:

Lacte mero veteres ufi memorantur, & herbis
Sponte fua, fi quas terra ferebat.

Prandium concedendum, quod leve fit ex aven. &c.] Carnes Animalium aut omnino relinquendæ funt, aut rarius, & parcius iifdem utendum. Cum enim in hoc morbo febris lenta adfit, carnes vero non exiguo oleo, ac fale volatili fint fœtæ, facile in putredinem abeunt, unde certum noxæ periculum, nullum levamen fperandum. Hac porro methodo fimiles pulmonum morbos feliciffime curatos fuiffe obfervationibus virorum præftantiffimorum compertum eft, ut liquet ex confiliis Cl. Jofephi del Papa, ac præfertim feptuagefimo quarto 2. volum.

XXI. *Si ructus acidi, tormina molefta, naufeæ superveniant &c.*] Tot porro cautelis opus eft in lactis ufu, ut nifi quamdiligenter eædem ferventur, optato fine potiri minime valeamus. Præ cæteris ad prohibentia attendendum eft, eifque, prout res, & occafio fert, occurrendum. Inter prohibentia recenfentur ructus acidi, tormina molefta, vomitus, aliaque id genus, quæ indicio funt manifeftiffimo acefcere in ftomacho, ac corrumpi, unde nerveas fibrillas vellicando, pungendo graviffima mala excitare valent. V. com. in aph. 5. cap. 8. lib. 1.

XXII. *Nifi vomitu aut diarrhæa fiftatur &c. Chocolatæ potum cum lacte paratum &c.*] Varia paffim de chocolatæ ufu vago medicorum rumore circumferri folent. Nonnulli in ea funt opinione, ut credant chocolatam corporis humores potenter refolvere, eorum motum augere, caloremque infignem in vifceribus concitare, ideoque in morbis, ut ajunt, calidis nullum levamen, certam noxam allaturam effe. Alii e contra fuccum nutritium præbere pinguem, dulcem,

qui-

quique humorum acrimoniam retundere valet, ac proinde refrigerare, ideoque phthificis, tabidifque cibum effe faluberrimum. Opinionum varietas orta eft potiffimum ex confideratione eorum, quæ Chocolatam componunt, inter quæ Cacao principem obtinet locum. Nihil porro eft aliud Cacao, quam femen arboris cujufdam, quæ fponte crefcit in fylvis diverfarum regionum Americæ, quæque ab incolis excolitur, cum maxima agriculturæ, divitiarumque eifdem pars fit. Arborem diligenter defcribit R. P. Plumerius in fuo Botanico Americano, ut propterea fupervacaneum fit hac in re diutius immorari. Illud autem filentio prætereundum non eft, qui chocolatæ ufum altiori voce damnarunt in calidis, ut ajunt, morbis, ob id potiffimum damnaffe, quod Cacao calidum ficcum exiftimaverint. Quæ nomina præterquamquod irrifit Hippocrates in *lib. de vet. med.* accedit præterea contrarium evinci, etiamfi nominibus ipfis inhærreamus. Illa enim refrigerandi vim habere omnes fere medici uno ore affirmant, quæ impedimento fünt, quominus fluidæ noftri corporis partes mutuo inter fe allidantur, atteranturque, neve fulphureæ, fubtilioresque particulæ ex reliquarum nexu fecedentes, atque avolantes in univerfam maffam diffundantur, ejufque agitationem, furoremque inducant. Id quod potiffimum præftant, quæ blando mitique oleo funt fœta, quæ pinguia farinofa, ac gelatinofa. In horum cenfu veniunt femina multa cerealia, jufcula carnium animalium præfertim juniorum, & his fimilia. Inter hæc tamen principem obtinet locum Cacao, non tantum ob nutritium rorem, qui in eo maxime abundat, quantum ob temperatam ejufdem volatilitatem, quæ fpiritibus materiam præbet convenientiffimam. Atque ubi cætera olea præ temporis diuturnitate rancida fiunt, atque empireumaticorum more acrimoniam nancifcuntur, quæ non folum guftus organum feriunt, fed acriter irritando, erodendoque idonea fiunt, pulcherrima olei Cacao laus eft lene, ac mite quamdiutiffime fervari, cum interim in ftomacho facillime diffolvatur, diffolutum vero in regium fanguinis flumen nullo virium fuarum decremento propellatur. Si addas Cacao aqua diffolvi, nullus dubito quin ad credendum vehementer adducaris, nihil ad refrigerandum Chocolata dari efficacius, aut pro ægrorum opportunitate valentius. Et vero quanam meliori ratione nimius fervor temperari poteft, quam ea removendo, quæ folidas partes irritant, eafdemque in validiores, vehementiorefque contractiones agunt, ideoque fulphurearum particularum exfolutionem, atque abhinc prodeuntem fanguinis, humorumque effervefcentiam excitant? Cum aqua diffociare habeat, disjungere acres, vellicantefque humorum particulas, atque per infignes excretionum vias extra corporis confinia educere, prædictis muneribus obeundis chocolatam exiftere opportuniffimam manifeftius quidem eft, quam ut ullis rationibus poffit comprobari. Ex aqua fortaffe aliæ infignes Chocolatæ facultates accedunt, præ cæteris alimenta in ftomacho folvendi, coctionem ciborum juvandi, appetitum reftaurandi, fluiditatem fanguini conciliandi. Quoniam vero oleum fine falis interventu commixtionem aquæ non patitur, confultum vifum fuit ad Chocolatæ potum obtinendum faccharum addere, fuccum videlicet arundinis cujusdam ad extracti folidi confiftentiam redactum, qui fal effentialis ejufdem plantæ aliquo modo dici poteft, quamvis revera fal non fit, cum ad ignis flammam exardefcat, neque oleum, cum commixtionem aquæ libentiffime patiatur. Fit porro facchari additione, ut oleum Cacao faponaceam induat naturam, ac duplici principio fœtum evadat, fale videlicet fixiore, & oleo intime unitis, unde facile fefe in denfam humorum texturam infinuet, facile etiam cum aquofis, falinis, oleofifque eorum partibus commifceatur, atque hac ratione nutritio promoveatur, vires augeantur, fpiritus majorem in modum recreentur. An Chocolatæ ufus damnandus, quod in ejus compofitio-

nem

nem Cinnamom. Vanilla, Ambarum recipiantur, quæ cum admodum volatilibus, ſubtilibus, ac penetrantibus particulis ſint fœta, prædictum in viſceribus calorem, ſiccitatemque valeant progignere? Nemo id affirmaverit, qui illud vel leviter tantum mente volutaverit, Cacao craſſum ſuppetere nutrimentum, ſi crudum comedatur, ſanguinem inſpiſſare, ejuſque motum minuere, ſed ob nimiam, & craſſiorem pinguedinem ventriculum gravare, & obſtructiones gignere, ſi nimia copia ſumatur. Quare ſalubre conſilium idem aromatum permixtione, Vanillæ ſcilicet, & Cinnamom. temperare. Atque hæc quidem ea doſi adhibentur, qua Chocolata præ eleganti eorum fragrantia ſuavior, ac jucundior evadat, non ea qua & guſtus organum feriatur, atque humores potenter reſolvantur, eorumque motus agatur, & concitetur. Niſi ita res haberet, non omnibus temperamentis, & ætatibus conveniret, neque pulcherrima ejuſdem laus eſſet nunquam nocere, quotieſcumque vel neceſſitate coacti, vel in gulæ voluptatem interdiu, noctu, poſt prandium, ante, homines aſſumunt.

XXIII. *Quod ſi febris intenſa cum calore inſigni ſubſequatur, juſcula pulli, aut carnis vituli &c.*] Prohibet præ cæteris lactis uſum febris. Ita Hippocrates ſect. 5. aph. 64. *Lac caput dolentibus, & febricitantibus, & quibus præcordia murmurant malum;* quocum convenit Oribaſius rationem hujuſce rei aſſignans. Ait enim lib. 4. cap. 18. *Lac in iis, qui frigido ſunt ventriculo aceſcit, in iis vero, qui calido ſunt, in nidorem tranſit, ex quo fit, ut febricitantibus noceat.* Quare ſuperveniente febre ſalubre eſt accuratiorum practicorum conſilium ſtatim ab eodem abſtinere, eique lac artificiale ſubſtituere, cujuſmodi ſunt juſcula ex ſeminibus oleoſis, & inſipidis, ex ſeminibus cerealibus, quæ blanda mitique aciditate donantur, ex carnibus juniorum animalium, ex ſero lactis, herbis ſale nitroſo abundantibus, ac balſamica, eaque mitiſſima virtute præditis, & aliis ſimilibus, quæ acribus, bilioſiſque particulis ex ſanguinea maſſa præcipitandis, ſimulque nimio fervori, & effervefcentiæ compeſcendæ opportuniſſima exiſtunt.

XXIV. *Si ad ſuppurationem veniant tubercula &c.*] Ad febrem maxime attendendum eſt: notum enim eſt febrem hanc comitari alternam frigoris, caloriſque acceſſionem, ut febri intermittenti ſimilis videatur. Quo ducti argumento minus docti non ſolum ægris gratulantur, quod febris mutatio contigerit, ſed eamdem chinachin. pertractant, quod plane ridiculum eſt. Ideo enim frigus in extremis artubus, aliiſque partibus percipitur, quod ſanguis in pulmonum vaſis conſiſtens nequit in ſiniſtrum cordis ventriculum, indeque in Aortam ad capillares uſque arterias, maxime longe a corde diſſitas rapida circulatione trajici. Ea igitur, quæ hærentem in pulmonibus ſanguinem dimovere habent, liberum ejuſdem, atque expeditum excurſum promovere, viſa ſunt convenire. Hujuſmodi ſunt venæ ſectio, & antipleuritica medicamenta, de quibus dicemus ſequenti capite.

XXV. *Remittente febre, & ſputo purulento apparente, aer eligatur ſulphurearum &c.*] Nullum phthiſicum in quarto gradu conſtitutum ulcere pulmonum jam facto febre, tuſſi, & ſputo carere tam certum eſt, quam quod certiſſimum. Ratione febris, ceu quæ paſſio, ut ajunt, calida, & ſicca eſt, refrigerantia conveniunt; ratione tuſſis, ceu quæ ab irritatione nervearum fibrillarum tunicas pulmonum conſtituentium exoritur, quæ ſedandi vim habent indicari videntur; ratione puris ab imo pectore affluentis abſtergentia, exſiccantia, conſolidantia; ratione maciei nutrientia. Quatuor igitur in hoc phthiſeos gradu ſeſe offerunt indicationes, quæ ſi ad trutinam, ut ajunt, ſedulo revocentur, vix, ac ne vix quidem abſolvi poſſunt. Etenim dum refrigeras, atque humectas, nec non oleoſas particulas ad nutriendum corpus in ſanguinem invehis, ulcus ſordidum reddis; dum tuſſim ſedas, ſputum ſupprimis; dum abſtergis, exſiccas, atque con-

consolidas, febrem, & maciem adauges. Quamquam quæ exsiccantia, quæ consolidantia in pulmonum ulcere? ulcere nempe visceris illius, quod circuitionis sanguinis, ac respirationis muneri destinatum est. An exsiccari potest dum perenni sanguinis cursu abluitur, an consolidari dum continuo contrahi, constringi, distrahi, & expandi debet? Non inde tamen omni auxilio destituendus æger. Aer quidem inter ea, quæ adhiberi solent a medicis principem obtinet locum, quem temperatum in primis qualitatibus deligendum esse omnes fere Medici uno ore affirmant. Nempe ad avertendos plerosque morbos aeris mutationem, atque migrationem in alia loca plurimum facere tradunt fere veteres rerum Scriptores. Ita Hippocrates lib. 4. epid. sect. 5. t. 19. *Commodum est*, inquit, *in morbis longis solum mutare*. Atque Avicenna lib. 1. tit. 4. habet: *ex generibus medicationum esse mutationem de terra ad terram, & de aere ad aerem*. Celsus ipse: *Pessimum est*, inquit, *Cœlum quod ægrum fecit*: Ut mittam quæ & Seneca *de tranquillitate animi c.* 15. & Strabo, aliique in eamdem rem prodiderunt, ut nullus supersit dubitandi locus. Ad phthisim vero speciatim quod attinet, aere Ægypti feliciter eadem debellari credebatur a Veteribus: hinc navigatio Roma in Ægyptum ipsis commendabatur, ut liquet præ cæteris ex Plinio *libr.* 5. *epist.* 19. Æque efficax censebatur ad phthisim curandam Alexandriæ aer, hinc phthisici teste Celso in Alexandriam mittebantur. Galenus vero phthisicos ad Tabias mittebat, locum scilicet quemdam infra Neapolim, & Vesuvium montem, qui cum teste Strabone inter occidentem æstivum, & meridiem, suavissimam, siccamque Africi auram excipiat, efficacissimus ad eosdem sanandos reputabatur. Mare enim, si Aristoteli fides habenda sit *in primo problem.* ob placidas adspirationes salubritatem facit insignem, unde navigantes coloratiores existunt, quam qui in palustribus degunt. Quid quod ob objectum illi Vesuvium, e quo reliquiæ materiæ, quæ jam igne consumpta est; quæque exuritur, ad mare usque perveniunt, atque ob conjunctum simul in imo sinu alterum Vesuvii collem ignem continentem siccus, atque sulphurearum particularum dives ea ratione evadit, qua opus est ad pulmonum ulcus consolidandum? Hac de vid. Galen. *lib. meth. med.* 5., & ex eo Baccius *de therm.* Ejusdem fere efficaciæ censetur Neapoli aer, ut liquet ex Bartholino *de peregr. med.*

Quamquam vero, ut ingenue dicam quod sentio, cave ne plus aeri tribuas, quam par est in phthiseos curatione. Sæpissime enim contingit aeris mutationem sepulchri mutationem excipere. Addit solum vim animis ad alacritatem quamdam incredibilem illa cogitatio, aeris mutatione profligari morbum debere, quod dici vix potest quantum revera curandis morbis tribuat. Apte cadit in rem Ciceronis locus, qui ad Gallum *lib.* 7. *epist.* 26. scribit: *Cum decimum jam diem graviter ex intestinis laborarem, fugi in Tusculanum; sed visa est mihi vel loci mutatio, vel animi etiam relaxatio, vel ipsa fortasse jam senescentis morbi remissio profuisse*. Hinc minus mirari subit plerosque ab iis locis tamquam infensissimis cavere, ad quæ alii tamquam ad asylum se conferunt. Quod præ cæteris adnotavit Cl. Willisius, qui de phthisi, atque aere Londinensi loquens: *Ita, inquit, propter ejusdem morbi sanationem, dum alii hanc Urbem quasi barathrum vitant, alii huc tamquam ad asylum se conferunt*. In his enim plus boni fiduciam, quam mutatam regionem, atque aeris salubritatem operari certo certius habendum.

Suffumigia fiant intra cubiculum ex ligno rhodio, baccar. juniper. &c.] Suffumigia in hoc phthiseos gradu prodesse plurimum reputantur, quod viribus integris ope inspirati aeris ad affectas partes perveniunt, easque ea ratione afficiunt, qua opus est ad salutem. Desumuntur eadem ex iis, quæ balsamica vi pollent: quorum in censu veniunt ligna multa, uti rhodium, quod per destillationem o-

leum

leum dat longe ſuaviſſimum, cujus uſus inter balſama ſuaveolentia commendatiſſimus eſt. Balſamica quoque virtute pollet Juniperus, ac præſertim ejus baccæ ſubtili, ac penetranti oleo, odoriſque fragrantia fętæ, quod nervos roborat, & urinam, quod omnibus balſamicis ſolemne eſt, inſigniter movet. Balſamica hæc virtus maxime elucet in reſinoſis gummatibus fragrantibus, & ſuaviſſimo oleo præditis, quæque ad balſama, quæ benigna nobis natura elargitur, ſolida, & ſicca referuntur, quorum in cenſu veniunt Maſtiche, Myrrha, Benzoe, & alia innumera ex arboribus balſamiferis ſauciato cortice ſtillantia, quæ humidioribus particulis æſtu ſolis ſublatis ſolideſcunt. Sed de his quoque plura inferius dicemus. Ex his omnibus parantur ſuffumigia tantopere commendata adverſus phthiſim, quorum exempla plurima videri poſſunt apud Galenum, Sennertum, Riverium, Williſium, Bonetum. Sed illud quoque diligenter caveas velim, ne plus iiſdem tribuas, quam par eſt. Licet enim haud inficias ire auſim aerem ſulphureis, ac reſinoſis particulis fętum roborando prodeſſe poſſe; ne tamen ulceribus abſtergendis, exſiccandiſque aptus ſit, facit potiſſimum quod vel ad ultimas uſque fibras cavi pulmonum, in quibus extant aperta ulcera, non pervenit, vel ſi pervenit, iiſdem non adhæret, unde ineptus fere muneribus prædictis obeundis conſtituitur.

XXVI. *Alimenta ſint avenacea, hordeacea, carn. junior. animalium &c.*] Inter ea alimenta, quæ facile a ſtomacho concoquuntur, celeriter diſtribuuntur, difficillime vero reſolvuntur, principem obtinere locum lac ſupra oſtendimus. Modo quoniam eadem alimenta in hoc phthiſeos gradu omnium fere accuratiorum practicorum conſenſu quibuſcumque medicamentis palmam præripiunt, quæri a Medicis ſolet, utrum diæta lactea in eodem conveniat. Alii quidem illud eſſe alimenti genus affirmant, ut ſi quid in ſumma rerum anguſtia ſperari poſſit, id ab uno lacte ſperari jure poſſe confidant. Ita Proſper Alpinus *de medic. method. lib.* 8. *cap.* 7. in exulceratione pulmonum, & inde facta tabe lactis uſum miris laudibus extollit. Ac Cl. Frider. Hoffmannus teſtatur ſe phthiſicos contumaci tuſſi, febre, puris, & materiæ viſcidæ ſputo, ſumma tabe conſumptos ſolo lactis uſu in priſtinum valetudinis ſtatum reſtituiſſe. Alii e contra non ſolum lactis uſum non commendant in phthiſi ab ulcere pulmonum, ſed ab eodem abſtinendum eſſe pugnaciſſime ſuſtinent. In tali enim phthiſeos ſtatu adſunt ſalivationes, ſudores, diarrhææ ſe invicem excipientes, quæ a colliquatione maſſæ ſanguinis ortum traducunt; nec non febris cum calore conjuncta, quæ omnia impedimento ſunt, quominus Lac exhiberi tuto queat. Nempe principiis maxime obſtandum eſt, antequam pulmones exulcerentur, ut præ cæteris docuit Celſus *lib.* 3. *cap.* 22. inquiens: *Si vera phthiſis eſt, inter initia protinus occurrere neceſſarium eſt; neque enim facile hic morbus quum inveteraverit, evincitur. Inter initia vero*, ſubdit ibidem, *ſicut in omnibus longis, difficilibuſque febriculis, lac recte dari poteſt*. Febriculis, inquam, quæ tuberculis nondum ſuppuratis, phthiſicis contingunt, in quibus lac tuto exhiberi poſſe docuit Hippocrates *ſect.* 5. *aph.* 64. Qui ita ſentiunt, obſervationes illorum, quibus compertum ſe habuiſſe teſtantur, extrema fere macie conſumptos lactea diæta fuiſſe curatos, tanti faciunt, quanti poſſunt, ac debent. Eo enim facile adducuntur, ut credant ad extremam quidem maciem perveniſſe, ſed ſine ſuppuratione tuberculorum, ſine ulcere pulmonum, ac purulento ſputo. Idque facile iis accidere potuit, qui inter phthiſim univerſalem, & particularem a pulmonum læſione pendentem nullum intereſſe diſcrimen falſa opinione adducti haud dubie affirmarunt. Quare aliis alimentis, nec immerito utendum eſſe præcipiunt, quæ magnam habent cum lacte affinitatem: uti ſunt avenacea, hordeacea, aliaque recenſita aph. 8.

XXVII.

XXVII. *Aqua calcis s. a. pp. &c.*] Quamvis abſtergentia, exſiccantia ulcus pulmonum nulla dari ſupra oſtendimus, nihil eſt tamen cur ea non adhibeantur, quæ prædictis muneribus obeundis apta cenſentur. Inter hæc aqua calcis vivæ tertiæ extinctionis eminet, quæ in hunc fere modum paratur. ℞. Aq. com. calent. lib. x. Calc. viv. recent. ℥ v. M. & repone in loco quieto per horas ſex, dein effuſa aqua tantumdem limpidæ affunde calci, id denuo repetendo pro tertia vice. Tum vero per decantationem pars clarior eliciatur pro uſu dicto. Affuſione aquæ calci vivæ fit, ut ſubtiliſſimum ejuſdem, volatiliſſimum, atque igneæ quaſi naturæ principium a valde fixo, & terreo ſejungatur, ac notabilem acrem ſaporem aquæ conciliet: Si acidum aquæ calcis affundatur, in ſal medium amaricans abit, tamen non coagulatur, ſed fluidum remanet. Ex his liquet aquam calcis vivæ alchalino principio valde penetrante fetam eſſe, quod tamen repetita aquæ affuſione mirum in modum miteſcit, atque humores acidos pulmonum ſubſtantiam exedentes cicurare, puris nimis lenti, ac difficilis grumos diſſolvere, atque excretioni aptum reddere valet, demum leniter irritando vivificare, ut ulcera impleantur, quod opus ſolius naturæ eſt, exſiccare demum, ut claudantur.

XXVIII. *Inter balſamica pillulæ ex balſamo Tolutan., extract. fl. hyperic. &c.*] Quid intelligendum ſit nomine balſami quæſtio eſt. Si Veteres conſulamus appellabant Opobalſamum liquorem quemdam, qui ex plantula quadam non admodum procera folia liguſtri, vel cytiſi referente extillabat: oleoſus liquor erat odoris fragrantiſſimi, ac ſuaviſſimi, & ſaporis penetrantiſſimi. Hujus plantulæ notæ characteriſticæ a Medicis ignorantur, ſi excipias Proſperum Alpinum, qui eamdem in egregio tractatu de plantis Ægypti deſcripſit. Cum vero Antiquorum Opobalſamum deſideretur (nam quod venditur pro opobalſamo ex balſamo Peruviano, Benzoe, & Storace confectum merito dubitatur, ut Pomet *in hiſtoire des drogues* oſtendit,) ea quæ eaſdem habent notas, & affectiones balſamorum titulo inſigniuntur. Omnia igitur, quæ oleo ſubtiliſſimo, ac penetrantiſſimo ſcatent, quæ vires recreandi ſpiritus habent, cujuſmodi ſunt illa, quæ odore fragrantiſſimo, ac ſuaviſſimo ſunt prædita, balſama merito dici ſolent. Huc ſpectant ſucci reſinoſi tum liquidi, tum exſiccati, qui odore pergrato, & viribus ad Opobalſamum accedunt: Huc ſuccus ille reſinoſus ex arbore quadam Peruviana effluens, ideo balſamum Peruvianum dictum, cui ſimilis eſt ille, ex alia planta extillans provinciæ Tolù, ideo Tolutanum appellatum, uti pariter ille ex arbore Copaiba Piſon. ſeu ut alii balſamifera Braſilienſi, ideo Copaibæ, ſeu Braſilienſis balſami titulo inſignitum: quibus palmam præripit illud e Mecca, ſeu Conſtantinopolitanum, quod adeo rarum eſt, ut niſi per Magnates quibus dono datur, ad nos adferatur, quod verum Opobalſamum Ægyptiorum adeo exquiſite ſecundum omnes notas refert, ut illud idem revera eſſe plerique ſuſtineant. Mitto theribintinam, aliaſque id genus reſinas liquidas ex arboribus cortice fauciato ſtillantes. Ad ſuccos reſinoſos ſolideſcentes pertinent Olibanum, gummi animè, benzoe, Styrax, Myrrha, Maſtiche, aliique ſucci, qui ex arboribus ſauciato cortice ſtillantes, humidioribus particulis Solis radiis conſumptis, exſiccantur. Viribus ad balſama accedit ſuccus mineralis concretus ſulphur, & ex his compoſita multa, uti flores ſulphuris, balſamum ſulphuris therebintinatum, aniſatum, Hombergianum, & alia ejuſmodi. Hæc porro omnia cum aciditate blandiſſima donentur, amica titillatione, uti fere omnium viſcerum, ita ſpeciatim pulmonum fibras ſollicitant, ſtimulant, ac corroborant, ſalia acria mordacia, quæ tenellam eorumdem compagem exedunt, corrumpuntque, cicurant, tandem ad materiam purulentam reſolvendam, & partis unde illa fluit reſtitutionem opportuniſſima exiſtunt. Illud tamen hoc loco animadvertendum eſt mi-

tiora tantum, quæque non adeo calefaciendi virtute pollent in hoc phthiſeos gradu adhiberi poſſe, ne febris, & macies augeatur. In horum cenſu venit balſamum Tolutanum, quod & Peruviano, & de Copaiva præſtantius cenſetur, ceu quod nulla acrimonia donatur, ideoque vel in potionibus ſolutum ab ægrotantibus commode hauriri poteſt. Hinc apud Anglos frequentioris eſt uſus in phthiſi, & ulceribus internis. Si de extracto florum hyperici ſermo ſit, balſamica vi, eaque mitiſſima, & non admodum calefaciente pollet, utcumque nonnulli affirment in hyperico, aliiſque ſimilibus plantis, ut veronica, hedera terreſtri, ſulphureas partes cum ſalinis arcte conjunctas eſſe, ut ſanguinem exagitare, ac commovere valeant. Quid aliud olibanum præſtat, quam ut acriores ſuccos, & lympham exedentem temperet, ac demulceat? Non ſolum in ulceribus pulmonum tuto adhiberi poteſt citra inflammationem, ſed in ipſa ipſorum pulmonum inflammatione. Ita adverſus pleuritidem præſertim epidemicam tamquam ſingulare ſpecificum deſcribit Quercetanus *in pharmac.*, eoque Riverius teſtatur *in obſ.* multos ex pleuritide, qui in mortis diſcrimine prope certiſſimo verſabantur, ab Orci faucibus ereptos fuiſſe. Simili fere virtute donantur gum. animè, & alia hujuſmodi, ex quibus conficiuntur pillulæ tantopere commendatæ a Cl. Cyrillo in ſuis conſultation. adverſus phthiſim, quarum uſu nihil unquam ſe deprehendiſſe, quod earumdem uſum damnare potuerit, teſtatus eſt. Syrupus quoque therebint. cum parum ejuſdem ſubſtantia ſit ſaturatus, adhiberi tuto poteſt.

An oculis cancrorum &c.] In oculis cancrorum arte ſua in principia reſolutis totam hecticæ, ac tabis curationem ſitam prætendit Helmontius. At dolendum arcanum hocce inter tenebras latere voluiſſe. Qua enim arte reſolutio iſthæc fiat poſteris ſcriptum minime reliquit.

Antihectico Poterii &c.] Petrus Poterius Medicinam Bononiæ ſumma cum laude, & maxima ægrorum utilitate fecit, mirabileſque curationes a ſe factas narrat in obſervationum centuriis, quas evulgavit. Multa arcana ſibi ſervabat, dum viveret, quibus ſe mira præſtitiſſe teſtatus eſt. Inter hæc eminet famoſum illud antihecticum dictum. Quod diu latuit: priuſquam enim inſigni Reipublicæ Medicæ damno triſti fato hominibus eriperetur, conficiendi artem amico cuidam, quem vehementer adamaverat, reliquit, ut magno pretio venderet. Tandem in manus hominum venit. Mirum autem nihil aliud fuiſſe, quam antimonium diaphoreticum, diligentius tamen præparatum. Cui ſane tantum tribuendum, quantum calci cuidam abſorbendi vi præditæ. Reliqua arcana latent. Quo loco mirari ſubit Cl. Frid. Hoffmannum in annotationibus, atque additamentis in Poterium utiliſſimis pariter, ac curioſis, chymicum dexterrimum, ſolertiſſimumque, ſi quis alius, in tanta re mancum fuiſſe.

Antimon. crudo &c.] Antimonio crudo dulceſcere humores, & corpus majorem in modum nutriri, ac pingueſcere compertum eſt. Leonardus a Capua cum medicamenta fere omnia altiori voce damnaverit, & e medio, quantum illi fas fuit, tollere conatus ſit, quam mira res videtur, quod antimonii crudi uſum laudaverit! Si quis maciei, ac tabi phthiſicorum debellandæ forte arbitretur eſſe opportunum (nec deſunt, qui id haud dubie affirmant) perpendat quam diligenter, eadem pulmonum infarctum, aut tubercula, & lapideas concretiones, aut abſceſſus, atque ulcera ſequi. Si ſingulis indicationibus abſolvendis in quocumque phthiſeos ſtadio opportunum exiſtere deprehendatur, haud inficias ire auſim in phthiſi pulmonali adhiberi poſſe. Ecquis vero id ſe deprehendere poſſe confidat?

CA-

CAPUT IV.

De Peripneumonia , Pleuritide , Empyemate &c.

I. QUotiescumque pulmonum substantia inflammatione corripitur , Peripneumonia exoritur ; si exterior , ac membranosa eorumdem pars , Pleuritis vera ; si externæ tantummodo thoracis partes , seu intercostales Musculi , Pleuritis spuria .

II. Causa proxima est sanguis in vasis sanguiferis earumdem partium vel segniter motus , ac fere subsistens , vel ejusdem in lymphatica lateralia effusio .

III. Remotæ sunt vasorum laxitas , & atonia, vel contra adstrictio nimia , plenitudo sanguinis , crassities , viscididitas, & lentor , ejusdem acredo nimia .

IV. Causæ procatharticæ sunt exercitationes corporis violentæ in aere frigido , venti australes , boreales , aer pravis qualitatibus infectus .

V. Signa Peripneumoniæ sunt febris continua acuta , quæ ut plurimum cum rigore incipit , eamque magna urinæ tenuis excretio comitatur , deinde ipsius rubedo sequitur cum pulsu celeri , frequenti , parvo , atque humili , maxima spiritus difficultas , dolor pectoris gravativus , profundus , qui sternum versus spinam premere videtur , quandoque nullus , nisi tussis apprehendat , quam sequitur sputum ex imo pectoris sæpe sanguineum , sæpe flavum , aut alterius coloris , genarum rubor .

VI. Signa pleuritidis veræ sunt febris continua acuta , quæ cum rigore ut plurimum incipit &c. cum pulsu duro , respiratione minus difficili , ac crebra, dolore punctorio pectus, latera, scapulas, spinam extorquente, tussi inter initia ut plurimum sicca , quæ tamen humida fit cum materiæ lymphaticæ , flavæ , aut alterius coloris, sæpe cruentæ excretione per sputum .

VII. Signa pleuritidis spuriæ sunt tumor externas partes occupans , dolor qui ad tactum exacerbatur , tussis nulla , difficilis decubitus in latere affecto , febris interdum exigua , interdum nulla .

VIII. Quicumque febre acuta detineatur , ac difficili respiratione , nullo manifesto pectoris dolore , nisi decumbat in dextero , aut sinistro latere , & fortiter respiret , ac tussiat , eum pleuritide occulta laborare pro certo habendum .

IX. Si pulsus , qui antea durus , mollis fiat , ac parvus , dolor , qui acutus , & pungitivus in obtusum , & gravativum mutetur , permanente eadem febre , aucta difficultate respirationis , malum . In peripneumoniam enim facile pleuritis transit .

X. Nisi in quatuordecim diebus , aut intra vigesimum 2. diem cesset morbus , ac symptomata, quæ prius mitescere videbantur , denuo exacer-

bentur, febris, quæ continua erat, homotona, in periodicam mutetur æmulantem febrem tertianam vagam cum rigore, & horripilatione invadentem, in fuppurationem abire inflammationem fufpicandum eft.

XI. Si refpiratio difficilis, ponderis, fluctuationis, & moleftiæ fenfus dum corporis fitus mutatur, tumor in medio ventris, febricula continua fub noctem ingravefcens, vigiliæ, inquietudo hifce superveniant, Empyema factum effe certo certius habendum.

XII. Si dolor citra caufam improvifo remittat, refpiratione interim faciliori, parva tamen, debili, pulfu parvo, molli, humili, ac valde celeri fupervenientibus, fputo livido, viridi, aut nigro apparente, brevi hominem periturum prænuntiant.

XIII. Pleuritide, aut peripneumonia laboranti alvi fluxus fuperveniens cum levamine, nec fputum fupprimens, falutaris. Si fecus res habeat, plerunque lethalis.

XIV. Simul ac pleuritidis, aut peripneumoniæ indicia appareant, venæ fectio in brachio lateris oppofiti lateri affecto imperanda, in mulieribus poftea in pede, tandem in affecti lateris brachio bis, terque, fi febris, dolor, difficultas refpirationis urgeant, virefque conftent, primis diebus iteranda.

XV. Cave ne virium debilitas ex fuffocatione, debilitatis ex refolutione fpecie imponat. In illa enim pulfus varius, confufus, inæqualis eft, in hac vero parvus, languidus, ac tactui facile cedens, & frequens cum reliquarum actionum languore.

XVI. Sputo fanguineo, vel lymphatico apparente cum levamine fymptomatum, tutum non eft fanguinem mittere.

XVII. Multo minus tutum eft venæ fectionem ufque ad coloris mutationem repetere.

XVIII. Quæ dum fiunt fomenta ex floribus malvar. mellilot. verbaf. fol. malvar. pariet. branc. urfin. lacte-decoctis, & vefica inclufis, vel feminibus lini butyro recenti in fartagine frixis, calida fæpius dolenti parti admovenda.

XIX. Oleum etiam amygdalar. dulcium s. i. r. e. ad ℥ v. circiter exhibendum, bis, terque fi doloris acuties, pulfus durities, tuffis ficca urgeant, decurfu morbi repetendum.

XX. Oleum femin. lini recentiffimum eximiæ pariter virtutis eft.

XXI. Decoctiones theiformes fol. malvarum tuffilagin. flor. papaver. errat. fambuc. copiofæ & calidiffimæ propinandæ cum fequenti pulvere.

℞. Stib. diaphoret. mandibul. luc. pifc. dent. apr. s. p. a ʒ ii. flor. papaver. rubr. s. pul. ʒ i. M. f. s. a pul. detur ad ʒ .s. mane, & vefpere quotidie.

XXII. Hifce fuccedant gelatinæ Corn. Cerv. in aqu. Scabiof. Card. Sanct. aut fimili paratæ, jufculis folutæ fæpius in die exhibendæ; nec non ubi validius diffolvendum fit, boli ex fanguin. hircin. fpermat. cet. a ℈ i. camphor. raf. gr. iv. cum extract. Scabiof. vel Card. Sanc. q. s. pa-

rati

rati bis terque in die propinandi ; imperando ut æger decoctiones theiformes Scabiosæ, bellidis minoris calidissimas, & copiosas superbibat.

XXIII. Vesicantia quoque, præsertim ubi res sit cum ægro laxioris habitus, spirandi, & excreandi sputi tenacis difficultate secundo, quarto, quinto, septimo, & ultra die superveniente, coxis applicanda, aut tibiis.

XXIV. Quo tenacia, ac viscida sputa facilius educantur, lambitiva ex aquis malvar. violar. vel aq. decoct. hord. liquerit. aut similis ℥ vi. cum syrup. de ibisc. ℥ i. .s. apprime conveniunt. Sputo nimis tenui, atque acri existente sequens in usu sit. ℞. Amyl. tritic. pul. ʒ ii. aqu. flor. violar. ℥ vi. coq. leni igne semper miscendo usque ad consistentiam julapii. Refrigerato vase adde ol. Amygd. dulc. r. e. syrup. de pom. a ℥ i. M. cap. cochleatim.

XXV. Ubi Empyematis facti jam signa appareant, nihil magis curæ, cordique sit, quam ut sputum, aut urina promoveatur. In hunc finem decoct. heder. terrestr. ad ℥ vi. cum syrup. therebint. ℥ i. quotidie exhibeatur ; hydromel pro potu ordinario præscribatur.

XXVI. Suffitus intra cubiculum fiant ex lign. rhod. radic. cyperor. gum. animè, juniper. igni impositis.

XXVII. Hisce frustra adhibitis, quid experiundum præter paracentesim, aut cauteria inter unam, & alteram costam admovenda ?

C A P U T IV.

De Peripneumonia, Pleuritide, Empyemate &c.

I. *Quotiescumque pulmonum substantia inflammatione corripitur, Peripneumonia &c.*] De loco in Peripneumonia, & Pleuritide affecto, magna est inter Medicos controversia. Alii siquidem utriusque morbi sedem pulmonem esse arbitrantur, alii eam esse inter Pleuritidem, & Peripneumoniam differentiam, quod in illa sola Pleura, in hac pulmones inflammatione corripiantur. Priorem sententiam tenuit Hippocrates, qui lib. *de loc. in homine tex.* 24. Pleuritidis nomine non aliud intelligendum esse statuit, quam unius tantum lobi pulmonum inflammationem ; peripneumoniæ vero utriusque. Cui adstipulari visus est Cælius Aurelianus de *morb. acut.* qui Peripneumoniam *esse tumorem in toto pulmonum corpore, pleuritidem vero tantummodo in ejus parte pronuntiavit.* Hos Moderni fere omnes sequuti sunt. Ita Georgius Baglivus prax. medic. lib. 1. cap. 9. append. ad pleurit.: *Primo itaque*, inquit, *sciendum differentiam esse inter lateris dolorem, & inter pleuritidem ; hæc enim inflammatio pulmonum est.* Si Frider. Hoffmannum audimus, non aliam pariter esse putat inter pleuritidem, & peripneumoniam differentiam, quam quod *Pleuritis est inflammatio pulmonum magis superficialis, peripneumonia vero altior, ac profundior.* Quod egregie aliis verbis significavit Jo. Baptista Mazinus mechan. morbor. inquiens, *pleuritidem a peripneumonia ratione loci tantummodo differre, eo quia in legitima pleuritide in minoribus præcipue, minimisque pulmonalium canalium sectionibus sanguinis motus impeditur ; in peripneumonia vero in majoribus quoque canalibus lentescit.* Opinionem porro suam magni doctique viri confirmant hoc præcipuo argu-

gumento. Si pleuritis ex pleuræ inflammatione oriretur, perpetuo, ac conſtanter in pleuritide demortuis pleuræ inflammatio cadaveris ſectione anatomica inſtituta deprehenderetur; atqui obſervationes contrarium evincunt; ergo pleuritidem ex pleuræ inflammatione exoriri dicendum non eſt. Ita Platerus *lib.* 2. *prax.* p. 409. & *lib.* 3. p. 365. Hoechtædterus *dec.* 6. *caſ.* 4. p. 92. Lælius a Fonte *conſ.* 91. Tulpius, Carolus Piſo, Harderus, Bonetus, aliique in pleuritide interemptis inflammatos pulmones ſe deprehendiſſe teſtati ſunt; ut mittam Cl. Zechium *conſult. med. con.* 26. *in appendice*, qui præ cæteris id expreſſe ſignificavit quo loco, *Lateris*, inquit, *dolor magna ex parte ad pulmones pertingit, raro autem ad membranam coſtas ſuccingentem; cum in pluribus corporibus poſt mortem diſſectis ægrotantium, qui communiter, ac certo pleuritide periiſſe judicabantur, non membranam affectam fuiſſe, ſed pulmones obſervarim cum ſua membrana laceratos, & corroſos*. Ad hæc tamen luculenter reſpondent, qui contrariam ſententiam ſuſtinent. Atque in primis fatentur quidem pleuritidem, ac peripneumoniam ſæpe conjunctas eſſe affectiones, præſertim cum pleuræ ſuperior pars inflammatur, ac propterea negari non poſſe, quin pleura ſola quandoque afficiatur, præſertim ſi pars ejus inferior non adeo, nec ita frequenter cum pulmone connexa inflammatione corripiatur. Pleuram inflammationis capacem eſſe nemo inficiabitur, qui ſedulo perpenderit, nihil eamdem eſſe, quam membranam vaſis arterioſis, venoſis, lymphaticis præditam; ideoque hærere in iiſdem, ac ſubſiſtere poſſe ſanguinem, atque inflammationem excitare. Qui pleuritidis ſedem in pulmonibus ſtatuendam eſſe voluerunt ob id potiſſimum, quod in cadaveribus pleuritide demortuis obſervarunt eoſdem læſos fuiſſe, falſa opinione adducti plus obſervationi tribuerunt quam par eſt. Fieri enim potuit, ut iſtiuſmodi pleuritici pleuritide non ſolitaria, ſed mixta, & compoſita evaſerint; propterea negare ſolam quandoque Pleuram non inflammari ridiculum eſſe. Cur autem negetur, ſi multorum obſervationibus conſtet, in multis pleuriticorum cadaveribus pleuram quidem corruptam, pulmonem vero intactum repertum eſſe? V. Bonetus in ſepulch. Vesling. ob. 36. Bald. Bald. 45. 56. Proſper Martianus in Hippocrat. 70. unus vero inſtar omnium Diemerbroech. lib. 2. cap. 13. de thorace, qui quæſtionem fuſe pertractavit. Quæ quamvis veroſimilitudinis ſpeciem habere quamdam videantur, attamen quominus rem paulo diligentius ad trutinam, ut ajunt, revocantibus probentur, accipianturque faciunt multa, quæ referuntur in comment. Acad. Bononien. p. 153. circa eam in qua verſamur controverſiam, utrum videlicet in iis, qui pleuritici dicuntur, potiſſimum pleura, an pulmones læſi ſint. Præſtantiſſimus enim Morgagnius cum in ea eſſet opinione, ut crederet pleuritidem ad vitium potiſſimum pulmonum referendam eſſe, *de quibuſdam Profeſſoribus narravit ſibi notis, qui cum cadavera eorum inciderent, qui ex legitima pleuritide interierant, & pulmones verſus medium thoracis, uti fit ad pleuram retegendam traherent, eos obſervarunt vel exteriore interdum parte uſque adeo depravatos, atque corruptos, ut partis hujus portio aliqua inter trahendum facillime lacerata, & divulſa, adnexæ Pleuræ adhærens relinqueretur; ſicque incautis imponere aliquando poſſet ſpecie pleuræ ſummopere, & penitus labefactatæ; quæ tamen pleura abraſis diligenter pulmonum reliquiis illæſa omnino, vel tantum nonnihil rubra apparebat. Quo minus mirandum videtur eſſe aliquos, qui aſſeverent, ſe in pleuriticorum cadaveribus incidendis potiſſimam læſionem non in pulmonibus, ſed in pleura comperiſſe; nam ſi quid errarunt, videntur habuiſſe erroris cauſam; illudque etiam explicari facile poteſt, cur dolores interdum in pleura ſentiantur, cum offenſio revera ſit in pulmonibus.*

Huc accedit pulmones ſæpiſſime extrinſecus obduci materia quadam craſſa, albida, vel flaveſcente, quæ non raro pleuram incruſtat ad eum præſertim locum, in

in quo affecti pulmonis partes contingit, unde eadem depravata summopere, & penitus labefactata videtur, quæ tamen pleura, abrasa diligenter materia, illæsa omnino, sana, & intacta apparet. Nempe serum sanguinis e membrana extrinseca pulmonum exsudans inflammationis calore concrescit, & specie pleuræ corruptæ incautis imponit. Quæ sane omnia efficiunt, ut tandiu ad Hippocratis, Cælii Aureliani, Baglivi, Hoffmanni, aliorumque præstantissimorum virorum sententiam accedamus, quam verissimam esse Plateri, Hoechstædteri, Pisonis, Tulpii, Zechii, aliorumque observationes anatomicæ docuerunt, quandiu cum multis, ac frequentibus, tum certis, ac constantibus observationibus comperiatur solam pleuram inflammari, unde non solum ad suspicandum, sed ad credendum vehementer adducamur locum in pleuritide affectum non pulmonem, sed pleuram esse.

Si externæ tantummodo thoracis partes, seu intercostales musculi, pleuritis spuria.] Quamquam non in omni pleuritide pulmonem inflammari censendum est. Siquidem cadaverum sectionibus cultro anatomico institutis, qui communiter, ac certe pleuritide perjisse judicabantur, nihil in pulmonibus, vel pleura inflammati deprehensum est. Orta hinc distinctio in pleuritidem legitimam, & notham, seu spuriam. Legitimam eam dicimus, quæ ab inflammatione extimæ pulmonum membranæ pleuræ adhærentis proficiscitur, spuriam vero in qua externæ tantummodo thoracis partes inflammantur, qui lateris quoque dolor ab Hippocrate fuit appellatus Coac. 39. & 73., ut Cl. viri Duretus, & Martianus animadverterunt, qui dolor quoque eos solet infestare, qui Rheumaticis, Scorbuticis, Arthriticis affectionibus, qui celtica lue premuntur.

II. *Causa proxima est sanguis in vasis sanguiferis earumdem partium vel segniter motus &c.*] Tres inflammationis gradus a Medicis statuuntur. Cum sanguinis motus maxime retardatur, seu segnius, quam par est, & naturæ ordo postulat per vasa movetur, oritur inflammatio imperfecta, quæ phlogosis dicitur; cum sanguis in minimis vasis plane subsistit, partesque ejusdem globulosæ, aut fibrosæ a novo sanguine continuo affluente intra lateralia lymphatica pelluntur, tumoremque, ruborem, ac dolorem excitant, vera, ac perfecta inflammatio subsequitur. Id quod maxime apparet in inflammatione tunicarum succingentium, in primis adnatæ, quæ Ophthalmia nuncupatur. Nemo ignorat hanc tunicam sanguiferis vasis conspersam esse. Itaque si vasa hæc præter subtiliorem, & pellucidam sanguinis partem rubram etiam, & crassiorem admittant, quæ propterea in iisdem moretur, & stagnet, distentio in illis, tumor, rubor, dolorque in oculis succedit. Tertius inflammationis gradus est, cum sanguis in lymphatica vasa effusus una cum lympha, solidisque partibus corrumpitur, unde loci inflammati corruptio exoritur. Sed hac de re plura inferius. Pauca hæc innuisse sufficiat, ut intelligerent Adolescentes, in quo potissimum sita sit ratio, ut ajunt, formalis inflammationis, quam multi Veterum, ac Recentiorum ostendere conati sunt, pauci vero assequuti.

III. *Remotæ sunt eorumdem vasorum laxitas, & atonia &c.*] Cur sanguis in vasis pulmonum segniter moveatur, aut plane subsistat, & in lymphatica arteriosa propellatur, multa in causa esse possunt, atque ex his quidem alia in ipsis pulmonibus, alia in fluidis per eosdem excurrentibus. Vitio pulmonum sanguis stagnat, atque subsistit in minutissimis vasculis, si laxata eorumdem nativa compage, sanguis copiosius admittatur in arterias, quam revehatur per venas, atque ineptæ illæ sint ad eumdem libera circulatione trajiciendum, unde facile subsistere, atque hærere cogatur. Id quod egregie adnotavit Baglivus de fibra motrice: *Si sanguis currens per corpus cum dato motu cordis, & cum data celeritate sua incidat in partem, cujus fibræ interna, vel externa de causa laxæ sint nimis,*

mis, flaccidæque, ftatim mutari, atque turbari fuum videbis curfum in eadem; reftagnante ibidem .... quo in cafu reftagnatio fluidi fit magis culpa folidi prementis laxi, flaccidique, quam fluidi circulantis.

Laxitati contrarium vitium eft adftrictio vaforum, quę quomodo inflammationi anfam præbere poffit, oftendendum eft. Cum nempe adftrictione nimia peccent vafa, ab influente fanguine parum expanduntur, parum expanfa, quod elafticis omnibus folemne eft, parum contrahuntur, parum expanfa, ac contracta parum fanguinis recipiunt, atque ipfum tarde admodum, ac fegniter movent; hinc retardato ejufdem motu, liberum fibimetipfi curfum præpedire contingit, fenfim fenfimque hærere, fubfiftere, atque in lymphatica arteriofa effundi, unde inflammatio.

Plenitudo fanguinis.] Vitia fluidorum funt vel in quantitate, vel in qualitate. Ad vitia in quantitate fpectat nimia plenitudo, quæ arterias plus æquo diftendens, ineptas fanguini rapida circulatione traijciendo in venas conftituit, qui propterea fubfiftere, atque hærere cogitur, unde inflammatio. *Subfiftere*, inquam, *atque hærere*. Cum enim hærere, ac fubfiftere fanguis nequeat, quin folidarum partium motus crebriores, vehementiorefque excitentur, ab aucto vero folidarum partium motu fanguis fundatur, ejufque moles augeatur, ac maxima vaforum diftentio exoriatur, ut propterea eadem fanguini vehendo imparia omnino reddantur, fit, ut plenitudo inflammationi tribuat, orgafmus vero, ac raritas eamdem perficiat, ut præ cæteris adnotavit Cl. Pitcarnius de circulatione fanguinis, & alibi a nobis demonftratum eft.

Craffities, vifciditas, & lentor, ejufdem acredo nimia. Ad vitia in qualitate pertinet craffities, vifciditas, & lentor, quæ adeo frequens inflammationis caufa eft, ut nullam præter eamdem plerique agnofcant. Cum enim fanguis craffitie, vifciditate, ac lentore peccat, minima celeritate fertur per arterias, ac propterea capillarium vaforum extremitates anguftans facile fibimetipfi curfum impedit, unde ftagnatio, atque hinc fubfequens inflammatio præfto eft.

Craffitiei, vifciditati, ac lentori vitium contrarium eft acredo nimia, quæ haud infrequens inflammationis caufa eft, quatenus fcilicet acres, & erodentes particulæ in tenuiffima vafcula fefe infinuantes, craffioribus etiam viam, atque aditum parant, unde in iifdem facile morantur, ac fubfiftunt. Erodendo etiam minimorum, atque exiliffimorum vaforum tunicas effufionem progignunt, aut fibrillas nerveas ftimulando liberum fanguinis per venulas ingreffum prohibent, hinc inflammatio. Ex quibus liquet in quanta obfcuritate verfentur illi, qui inflammationes ex fanguinis diffolutione, atque acredine dari negant. Qua in fententia fuit Helmontius tract. *Pleura furens*, quem refert Cl. Etmullerus cap. de Peripneumonia, Baglivus prax. med. cap. de pleuritide, alijque, a quibus tam diffentimus, quam illi diffentiunt a veritate.

IV. *Caufæ procatharticæ funt exercitationes corporis violentæ in aere frigido &c.*] Inter innumeras fere procatharticas caufas, quæ inflammationibus pulmonum occafionem præbent, eminent exercitationes corporis violentæ. Cum enim fanguis celeri motu per vafa totius corporis feratur, maxima celeritate, vi, atque impetu in pulmones propellitur, qui propterea plus æquo diftenti impares evadunt fanguini traijciendo, unde inflammatio. Quid fi pulmonum vafa aere frigido infpirato crifpentur, convellanturque? Liberum nimirum fanguinis motum non folum præpediri contingit, fed ipfum fanguinem cogi, ac condenfari, unde major eidem ad ftagnationes via præbetur.

Venti auftrales, boreales.] Cum de dolore capitis ageremus, oftendimus a ventis auftralibus aerem rariorem, & leviorem fieri, fanguinem præterea eadem de caufa rarefcere. Quæ fi vera funt, liquet cur flantibus ventis auftralibus inflammatio-

mationes contingant. Sanguinem nempe plus justo rarefcentem fibimetipfi per vafa pulmonum curfum præpedire contingit, atque inflammationem progignere. Venti boreales præterquamquod poros cutis obftruunt, unde in fanguine recrementa quamplurima congeruntur, quæ eumdem cogunt, atque ad fluendum imparem efficiunt; particulis præterea, quibus fœti funt nitrofis ore infpirati, nerveas pulmonum fibrillas vellicant, pungunt, atque adftringunt, unde liber fanguinis excurfus per extremitates vaforum prohibetur, hinc inflammatio.

Aer pravis qualitatibus infectus.] Aer pravis qualitatibus infectus, acidis fcilicet, acribus, vel fimilibus, feu fanguinem cogendo, figendoque, feu teneras pulmonum fibrillas vellicando, pungendo, feu eorumdem tonum labefactando fæpe, ac fæpius pleuritidis, ac peripneumoniæ perniciofæ, quæque epidemice graffatur, haud infrequens caufa eft. Qua de re plerique accuratiores practici, præ cæteris vero Sydenhamus confulendus in opufcul.

V. *Signa Peripneumoniæ funt febris continua, acuta, quæ ut plurimum cum rigore incipit &c.*] Plerique Veterum, ac Recentiorum figna, quæ peripneumoniæ propria funt, pleuritidi quoque affignarunt. Quæ res multis minus probatur. Non defuere autem qui in hoc opere nervos induftriæ omnes intenderunt. Inter hos eminent Cælius Aurelianus, Fernelius, Riverius, quos accuratiores practici fere omnes fequuti funt. Signa autem alia utrique affectioni communia funt, alia tantum peripneumoniæ, vel pleuritidi conveniunt. Inter figna communia utrique principem obtinet locum febris acuta, continua, quæ febris continuo effectus eft ipfius inflammationis, feu inflammationem confequitur. Neque enim fanguis vel in extima pulmonum membrana, vel in interna eorumdem fubftantia hærere poteft, quin nerveæ fibrillæ eofdem conftituentes in crebriores, vehementiorefque contractiones cogantur, quæ fpirituum motum perturbando, cor, & arterias in fimiles contractiones excitent, unde febris. Pro varia autem inflammationis fede diverfa febris exoritur. Nam fi internam pulmonum fubftantiam occupet, ut in peripneumonia contingit, ac propterea majorum canalium fectiones obftruat, fit ut fanguis a dextro Cordis ventriculo in finiftrum pleno gurgite transferri non poffit, ex finiftro Cordis ventriculo in arteriam Aortam, ex Aorta in univerfum corpus, hinc febris cum pulfu quidem celeri, ac frequenti, fed parvo, atque humili, latente, ac formicabili dicto a Cælio Aureliano excitetur.

Maxima fpiritus difficultas.] Inflammatione internam pulmonum fubftantiam occupante, tracheales ductus, ac veficulas pulmonales obftrui, comprimi, aut ea ratione affici perfpicuum eft, qua liber aeris ingreffus, egreffufque impediatur, hinc maxima fpiritus difficultas; quod adnotavit jam Hippocrates, qui peripneumoniæ figna tradens fublimem refpirationem adeffe affirmavit, ut æger *cum erecta cervice* jacere cogatur.

Dolor pectoris gravativus, profundus, qui &c.] Pulmo obtufiffimo fenfu præditus eft: fpongiofa enim ejufdem fubftantia eft, & ex meris veficulis minimis quafi carneis, omnique fere fenfu deftitutis conflata: hinc eft peripneumonia laborantes dolorem gravativum perfentire. Connexio præterea pulmonis cum fterno, & vertebris efficit, ut profundus, quique fternum verfus fpinam premere videtur, percipiatur, aut fi forte obftructio minima fit, aut eamdem craffa, vifcida, ac difficilis materia efficiat, nullus percipiatur, nifi in violenta infpiratione, & totius corporis concuffione, quæ in tuffi contingit, unde plus æquo conftrictis veficulis pulmonalibus, earumdem filamenta varie, inordinateque concuffa molefta fenfatione afficiantur. Tuffis porro ob id potiffimum contingit, quod filamenta nervea membranas bronchiorum conftituentia in fpafmos aguntur, convelluntur que a materia obftruente, unde inordinatus, perturbatus mo-

motus musculorum respirationi inservientium, convulsio, vehemens concussio totius pectoris, tussis.

Quam sequitur sputum ex imo pectoris sæpe sanguineum, &c.] Qui peripneumoniæ, ac pleuritidis sedem in pulmonibus statuendam esse existimant, iis quidem nihil officit observatio sputi sanguinei, quod in peripneumonia, aut pleuritide laborantibus fere semper observatur. Arduum potius, atque insolens explicatu phænomenon illis videtur, qui veræ pleurtidis sedem non in pulmonibus, sed in pleura membrana costas succingente prætendunt. Non desunt tamen, qui hanc sententiam pugnacissime sustinent, qui nihil fere negotii facessere sibi illud asseverent, ac propterea non ob id potissimum, quod in omni fere pectoris inflammatione sputum sanguineum apparet, statui posse peripneumoniæ, ac pleuritidis sedem collocandam esse in pulmonibus. Primum enim sputum sanguineum in omni fere pleuritide apparere existimant, quod plerunque pleuritis cum peripneumonia conjungitur, deinde compendiarias esse vias arbitrantur, quæ sanguinem in simplici pleuritide affectis per azygam ab intercostalibus spatiis ducant in asperam arteriam. Hæc fere sententia est doctissimi Jo. Mariæ Lancisij (*in epist. ad Morgagnium de vena sine pari*) qui hiare oscula in tracheam se pluribus iteratis experimentis haud injucundo spectaculo deprehendisse testatus est. Expressionem autem sputi a loco inosculationis azygæ ex hoc potissimum repetit, quod major venter musculi triangularis sub sterno locetur; quare cum tenditur, thymum, subjectamque venam cavam, atque adeo inosculationem ejus cum azyga, ipsamque tracheam necessario premere debet, introque ita adigere, ut per hujusce musculi adauctam cum volumus vigorationem, ipsa quoque anacatharsis plurimum promoveatur: Proxime autem quoties sanguis acer, ac morbosus in tubulis, atque interstitiis fibrarum muscularium stagnans extruditur, ac per azygæ ramos citius, ac uberius refluit, qui mox ad inosculationis locum perveniens hemisphincterem irritando, ac subjectos tubulos fodicando tussim excitat, sibique meatus in tracheam aperit. Huic opinioni favere plurimum videtur altera observatio, nempe in contusione pectoris sputum sanguineum excerni. Quæ enim intercostalium, & pectoralium musculorum cum pulmonibus communicatio? Nempe in contusione arterias intercostales obstrui contingit, sanguinis cursum per easdem impediri, atque propterea eo prorsus modo, quo in simplici pleuritide affectis per azygam ab intercostalibus spatiis duci in asperam arteriam, unde sputum cruentum. Ut ut autem res est, illud citra ullius erroris suspicionem affirmari posse videtur, sputum cruentum in peripneumonia educi non posse, nisi per vim, & ex imo pectoris; ita ut sputum pleuriticum, quodque juxta allatam sententiam ex pleuræ, aut intercostalium musculorum inflammatione exoritur, a sputo peripneumonico in hoc differat, quod illud ex aspera arteria, hoc ex profundo pectoris hauriatur, & traducatur.

Genarum rubor.] Genarum rubor singulis fere affectionibus pulmonum, hæmoptysi, phthisi, & similibus communis est. In his enim affectionibus impedito per pulmones libero sanguinis excursu fit, ut ad superiores partes subsistat, hinc genarum rubor.

VI. *Signa pleuritidis veræ sunt febris continua acuta &c. cum pulsu duro.*] Quotiescumque extima pulmonum membrana inflammatur, quoniam pleuræ membranæ costas succingentis soboles est, & in plerisque pulmones in alterutro minimum latere dictæ pleuræ annati, atque concreti sunt, fit ut distentionem ejusdem efficiat præternaturalem, ac propterea, ut cæteris membranis vi elastica præditis commune est, pulsus duritiem excitet. Distentæ enim, ac contractæ cum sint, talem distentionem, contractionemque arteriarum tunicis communicant,

nicant, quæ cum dilatari nequeant, necesse est, ut pulsus durities subsequatur. Idque facile accuratiores practici omnis ævi concessere. Fernelius de pulf. cap. 6. pulsum in pleuritide non solum durum, sed serratilem prætendit. Pulsus serratilis conditiones describit Galenus lib. de præsag. ex pulsibus. Verum hanc differentiam pulsus egregie præ cæteris damnavit Cl. Saxonias, quem sequutus est Cl. Chesneau, ingenue asseverans se nunquam eamdem deprehendere potuisse, ideoque parvi pendendam, tamquam rem fictitiam, & imaginariam, contentus duritie pulsus, quæ sufficit ad pleuritidem dignoscendam.

Respiratione minus difficili, ac crebra, dolore punctorio pectus, latera &c.] Quoniam in pleuritide vera extima tantummodo pulmonum membrana inflammatur, atque liberior aeri ingressus in vesiculas pulmonales, egressusque conceditur, minus difficilis, ac crebra respiratio, quam in peripneumonia supervenit. Cum vero eadem pleuræ sæpissime adhæreat, perspicuum est non solum nervea filamenta, quibus contexta est, præter modum distendi, vellicari, varie, atque inordinate concuti, sed in consensum quoque trahere membranam costas succingentem; Cum ea sensu exquisitissimo sit prædita, dolorem pungitivum supervenire necesse est. Pro vario autem situ, quem occupat extimæ pulmonum membranæ inflammatio, dolor emergit, qui modo latera, modo anteriorem pectoris partem, modo posteriorem extorquet.

Tussi inter initia ut plurimum sicca, quæ tamen humida fit &c.] Cum inflammatio extimam pulmonum membranam occupet, manifestum est nervea ejusdem filamenta varie, inordinateque concuti, spirituum animalium motum præ stimulo perturbari, ac musculos respirationi inservientes in varias, atque inordinatas contractiones agi, unde tussis. Quoniam vero materia irritans non hæret in bronchiis, tussis inter initia plerunque sicca emergit: repetita autem bronchiorum concussione, vel humor, qui parce a glandulis extillare solet, copiosius proijcitur, vel materia extimam pulmonum membranam obstruens, atque inflammans ad bronchia delata eadem obstruit, unde tussis cum sputo materiæ lymphaticæ, interdum sanguinis comitatur.

VII. *Signa pleuritidis spuriæ sunt tumor externas partes occupans, dolor qui &c.*] Signa hujusce pleuritidis spuriæ, adeo manifesta sunt, ut nulla magis. Ecquis enim est, qui non videat, inflammatione externas thoracis partes occupante, tumorem extrinsecus apparere debere, doloremque tactu exacerbari? Tussim a vera pleuritide separari nullo modo posse supra ostendimus. Cum igitur dolor adsit thoracis, nulla autem tussis appareat, unusquisque facile intelligit eas partes offensas esse, & inflammatas, quæ nullam fere, aut insensibilem connexionem habent cum pulmonibus. Quænam autem ejuscemodi, nisi externæ? Difficilis decubitus in latere affecto eadem ratione ferri ab ægrotantibus nequit, qua tactus. Decumbente enim ægro in affecto latere pressio tumoris contingit, ac propterea dolor intenditur. An febris a pleuritide vera sejungi potest? Nulla igitur febre existente, vel exigua tantum, dolorem lateris externum esse manifestius quidem est, quam ut ullis rationibus possit comprobari.

VIII. *Quicumque febre acuta detinentur, ac difficili respiratione nullo manifesto pectoris dolore, nisi &c.*] Dantur sæpe pleuritides occultæ, quæ sine manifesto pectoris dolore ægros exercent, unde incautis plerunque alterius morbi specie imponunt. Accuratiorum itaque practicorum, ac præ cæteris Baglivi monitum est, quotiescumque æger febre acuta detineatur, ac difficultate respirationis, imperandum esse eidem, ut in dextero, vel sinistro latere decumbat, decumbens vero fortiter respiret, ac tussiat; tum vero ab illo petendum esse an

 dolo-

dolorem, aut gravedinem perſentiat. Id ubi utique affirmaverit, eum pleuritide laborare pronuntiandum eſſe. Hoc callido artificio ſe plures pleuritides detexiſſe magno ægrotantium commodo teſtatus eſt Baglivus, quem accuratiores practici in hac parte ſequuti ſunt.

IX. *Si pulſus, qui antea durus, mollis fiat, ac parvus, dolor qui acutus &c.*] Haud raro pleuritis in peripneumoniam tranſit: huncque tranſitum Pleuropneumoniam Riolanus, aliique appellarunt, morbum ſcilicet mixtum, & compoſitum ex pleuritide, & peripneumonia. Fieri autem docent pulſus, qui cum antea durus eſſet, mollis ac parvus evadit, dolor pungitivus in obtuſum, & gravativum mutatus, remanentibus tamen reliquis ſymptomatibus, interdum auctis, quæ ab inflammatione nunquam ſejuncta deprehenduntur, febre ſcilicet, difficultate reſpirationis, & ſimilibus. Quam facile plerique incauti in fraudem inducuntur, ſolutum iri morbum aſſeverantes, cum inter loquendum, ac fabulandum ſuffocentur ægri! Profecto omnis prognoſis a bona, vel mala reſpiratione maxime petenda. Si pulſus mollis fiat, dolor miteſcat, reſpirationis tamen difficultas augeatur, ſtatim ſuſpicandum eſt tranſitum fieri ab inflammatione extimæ pulmonum membranæ in inflammationem ipſiuſmet ipſorum pulmonum ſubſtantiæ, ſeu a parte minus nobili in nobiliorem, quem tranſitum malum, ac periculi plenum eſſe Hippocrates præ cæteris adnotavit.

X. *Niſi in quatuordecim diebus, aut intra vigeſimum ſecundum diem &c.*] Exitus pleuritidis, ac peripneumoniæ vel reſolutio eſt, vel ſuppuratio, vel mors. Simplex reſolutio decimum quartum diem, vigeſimum ſecundum raro attingit. Ubi igitur reſolutio minime contingat, quam fieri docet omnium ſymptomatum ex æquo remiſſio, ſtatim ſuſpicandum eſt de exitu morbi in ſuppurationem. Suppuratio fit cum ſanguis e vaſis ſanguiferis in lymphatica arterioſa effuſus, ac fermentans eam acrimoniam nanciſcitur, qua fibræ, ac tunicæ vaſorum exeduntur, ac corrumpuntur, unde pus. Quæ dum fiunt, acres, volatiles, ac ſulphureæ ſanguinis particulæ libertatem nactæ, atque in univerſam ſanguinis maſſam diffuſæ agitationem, ejuſque furorem augent, unde omnium ſymptomatum exacerbatio. Ad febrem præ cæteris attendendum eſt, quam Galenus in com. aph. Hipp. ad ſuppurationem tendente pleuritide cum rigore, & horripilatione ægrum invadere febri tertianæ æmulam teſtatus eſt: unde incauti facile decipiuntur exiſtimantes morbum in febrem periodicam, intermittentem degeneraſſe, ejuſque curationem uſu chinæchin. feliciſſimam pollicentes.

XI. *Si reſpiratio difficilis, ponderis, fluctuationis, & moleſtiæ ſenſus &c.*) Quamvis empyema, ut alibi a nobis demonſtratum eſt, (*a*) ſuppurationem ſignificet quacumque in parte contingit, uſus tamen obtinuit, ut ſola puris intra pectoris cavum collectio Empyema nuncupetur. Pus autem in cavitate colligitur, vel quod humor in cavitatem effuſus ibidem putreſcat (id quod in vulneribus penetrantibus contingit) vel quod ex parte aliqua inflammata, & ſuppurata diſrupto abſceſſu pus in cavitatem effunditur, id quod poſt male judicatam, & ſuppuratam pleuritidem ſæpiſſime accidiſſe novimus. Cum igitur pus in cavitate collectum ſit, nemo eſt, qui non videat impediri, ne pulmo dilatetur, & ne pectus conſtringatur ea ratione, qua opus eſt, ut aer libere in veſiculas pulmonales ingredi, & ex his egredi poſſit, hinc reſpiratio difficilis. Præterea pus intra cavitatem effuſum, dum corporis ſitus mutatur, dimovetur, & ex una in aliam partem traducitur, eamque premit, diſtendit, vellicat, unde ponderis, & fluctuationis, ac moleſtiæ ſenſus, & tumor ſuperveniunt.

XII. *Si dolor citra cauſam improviſo remittat, reſpiratione interim faciliori &c.*] Quandoque loco ſuppurationis gangræna, ac ſphacelus ſuccedit, tertius modus, quo

(*a*) *Vid. Cap.* 3. *lib.* 1. *com. in aphor.* 22.

quo exit inflammatio. Quod non aliunde repetendum eft, quam ex eo quod denegatur in inflammatam partem influxus liquidi arteriofi, & liquidi nervofi, quæ cum fint duo principia, quibus confervatur calor, ut ajunt, nativus, ac humidum radicale, inflammatæ partes corrumpuntur, atque ea ratione afficiuntur, qua opus eft ad mortem. Quam facile incauti in fraudem inducuntur judicantes morbum in falutem terminari, cum in fphacelum, ac mortem defінat! Dum enim inflammata pars fphacelo corripitur, fenfu omni, motuque privatur, ac perit, hinc dolor ceffat, at fine manifefta caufa; refpiratio a fpafmodica conftrictione organorum refpirationi infervientium magis, quam ab obftructione bronchiorum, ac veficularum pulmonalium ortum traducens facilior fit; at debilis, & parva; pulfus, qui durus, præfertim fi in extima pulmonum membrana inflammatio fit conftituta, mollis fit, at parvus, humilis, valde celer, ac formicans, & quod magis eft, fputum lividum, viride, nigrum apparet, quæ cum fphacelum fieri doceant, brevi quoque hominem periturum portendunt.

XIII. *Pleuritide, aut Peripneumonia laboranti alvi fluxus fuperveniens cum levamine, nec &c.*] Illud Hippocratis: *Pleuritidi, aut Peripneumoniæ alicui fluxum fupervenire malum*, falfum interdum effe vifum eft plerifque, ac præfertim Zacuto Lufitano affirmanti decubitum fieri ad alvum materiæ ftagnantis, minus impedimenti relinqui ad liberum fanguinis excurfum, unde bonum. Recte ille quidem, nifi effectus, ad quos maxime attendendum eft, aliter fuadeant. Si dolor, febris, ac cætera fymptomata mitefcant, cur malum pronuntiemus? Non paucos novi, qui benigno alvi fluxu fponte fuperveniente a morbo feliciffime funt liberati. Quid tamen quod alvo fluente folet interdum fputum fupprimi, atque eductis tenujoribus, ferofifque fanguinis partibus obftructio, atque inflammatio fic intendi, ut ægri in mortis difcrimine prope certiffimo verfentur, quemadmodum plus centies in Xenodochiis, & in mea praxi obfervavi? Quo loco fateor me juftis laudibus æquare non valere Baglivi confilium, alvi fluxum nec purgantibus medicamentis, nec continuo Clyfterum ufu effe promovendum: *nam exacerbato*, inquit, *morbo fputum fupprimetur, & fymptomata ingravefcent cum pernicie ægrotantis*.

XIV. *Simul ac Pleuritidis, aut Peripneumoniæ indicia appareant, venæ fectio &c.*] Modum omnium tutiffimum, quo exit inflammatio, effe refolutionem materiæ, quæ in pulmonibus hæret, ex fuperius allatis perfpicuum eft. Eo igitur nervos induftriæ omnes intendendos effe, ut hærens, atque impacta iifdem materies dimoveatur, & circulo reftituatur, luce clarius apparet. Venæ fectionem inter præcipua remedia, quæ a Medicis folent adhiberi principem obtinere locum plerique Veterum, ac Recentiorum Medicorum duce Hippocrate, & Galeno uno ore affirmarunt. *Plerique* inquam: Neque enim defuerunt, qui eamdem altiori voce damnarunt, & e medio quantum illis fas fuit tollere conati funt. Quo in opere Afclepiadis, Erafiftrati, aliorumque Veterum, noviffime vero Helmontii folertia enituit. Rationum momenta, quibus Helmontius præ cæteris detrahendi fanguinem morem in inflammationibus vifcerum damnare nititur, hæc fere funt. Sicut apoftema natum ab infixa digito fpina procul dubio temere curatur per venæ fectionem, nifi fpina ipfa evellatur; pari ratione pleuritis per eam fanari nequit. Quamobrem fubdit: quod facti apoftematis cruor non poteft per venam fectam evacuari, utcumque nomen revulfionis, aut derivationis in ægrorum delufionem jactetur. Præterea cum eo adductus fit ut credat inflammationis caufam effe acidum coagulans, etiam ob id potiffimum venæ fectionem damnat, quod prohibere minime potens fit, quominus fanguis, qui intus aciditatem contraxit, eadem fpolietur, & ad fluendum aptus, atque ido-

idoneus evadat. Potiora, atque tutiora putat dari remedia, quæ ſanguinem attenuare valent, diſſolvere, acorem tollere, noxioſque humores per inſignes excretionum vias extra corporis confinia educere. A quo tamen rem ſedulo pro ingenii modulo revocantes tam diſſentimus, quam ille diſſentit a veritate. Affirmare tumorem per venæ ſectionem tolli non poſſe, garrire eſt, ac ſomnia narrare. Cum enim venæ ſectione plenitudo ſanguinis tollatur, ac vaſorum diſtentio, qua eorumdem fibræ majorem in modum infirmabantur, ut in corporibus elaſticis contingit, quæ nimium diſtracta ad ſeſe reſtituendum inepta fiunt, crebrius ac validius eadem contrahi contingit, ac ſanguinem majore vi, ac celeritate propellere, hinc atteri, fundi, ſubtiliorem reddi, & ſi alicubi ſubſiſtit, dimoveri, circuloque reſtitui. Ecquis porro eſt, qui non videat venæ ſectionem derivandi, aut revellendi gratia inſtitui ſine magno labore poſſe? Nemo ſane qui accurata de vaſorum ſtructura, motuque ſanguinis cognitione inſtructus ſit, multo minus qui adierit Cl. Renatum in egregio tractatu de vena ſecanda in pleuritide, qui omnes omnium Auctorum ſententias de hac derivandi, revellendique doctrina congeſſit.

In brachio lateris oppoſiti lateri affecto.] Dum nempe venæ ſectio in latere oppoſito lateri affecto inſtituitur, revulſionis gratia inſtitui cenſendum eſt. Cujuſce rei rationem paucis habeto. Secta vena, quæ ſanguinem haurit ab arteria partis ſanæ, efficit ut multum ſanguinis effluat ex arteria partis ejuſdem ſanæ, præterea ut ſanguis ex eodem ramo arteriæ partis ſanæ effluat magna velocitate; ſed cum ſanguis velocitate, & copia magna effluit ex arteria partis ſanæ, efficit, ut tarde, & minore copia influat in arteriam, quæ ſanguinem mittit in affectam partem, & ſanguis ab eadem revellatur; ergo ſecta vena, quæ ſanguinem haurit ex arteria partis ſanæ, revulſionem fieri a parte affecta perſpicuum eſt. Rem contrahamus. Puta e. g. hærere ſanguinem in ſiniſtra thoracis parte, atque inflammationem progignere; ſi ex dextero brachio ſanguis mittatur, minor opponitur influxuro ſanguini reſiſtentia in arteria ſubclavia dextera, quam in ſiniſtra: majori igitur copia, & velocitate ad illam fluet ſanguis, quam ad iſtam; ac propterea ſiniſtri lateris arteriæ minus ſanguinis recipient, minuſque diſtendentur; minus autem diſtentæ validius, & promptius ſeſe contrahent; hinc hærentes humores facilius dimoveri contingit, ac circulo reſtitui, ſi venæ ſectio derivationis gratia poſtea inſtituatur. Incipiendum eſſe a venæ ſectione revulſionis gratia inſtituta in inflammationibus facit potiſſimum ea ratio, quod verendum eſt, ne ſi in parte affecta inſtituatur, majore copia, & velocitate ad illam affluente ſanguine, præ vaſorum diſtenſione nimia, humorumque turgentia inflammatio augeatur, aut confirmetur. Id quod præſtari in peripneumonia, aut pleuritide, ſi baſilica lateris affecti ſecetur potius, quam ſani, adeo manifeſta res eſt, ut manifeſtior ſit nulla. Venæ ſectione in affecto latere inſtituta, nonniſi, inſtituta in oppoſito morbum auferri potuiſſe non ſemel obſervavi. Cum dicit Helmontius tutiora, atque potiora dari medicamenta venæ ſectione, dici vix poteſt in quanta obſcuritate verſetur. Quænam enim ejuſcemodi? diaphoretica nimirum, & diuretica. Verum ita me Deus amet, vix ac ne vix quidem iſtiuſmodi medicamentis corpora eorum, qui inflammationibus detinentur, præſertim plethorica, & viribus conſtantia pertractanda traderem, niſi prius venæ ſectio inſtituta fuerit. Cum enim pleraque eorum ſolidas partes extimulare habeant, ac particularum tenuiorum, ac volatiliorum, quibus ſeta ſunt copia ſanguinem exagitare, ac commovere, juſtus ſubrepit timor, ne tumor atque inflammatio augeatur, aut confirmetur, ut præ cæteris a Cl. Pitcarnio animadverſum eſt.

Bis terque ſi febris &c. vireſque conſtent, primis diebus iteranda.] Quamquam in venæ ſectione adminiſtranda ad vires maxime attendendum eſt. Secus enim di-

ci

ci vix poteſt quam peſſime ægrorum incolumitati conſulatur. Cum enim vires in morbi progreſſu ad materiæ hærentis reſolutionem, vel ad expurgationem per ſputum apprime ſint neceſſariæ, nemo eſt, qui non videat ad has maxime habendam eſſe rationem. Quod diligenter tenentes accuratiores practici ſanguinem initio morbi copioſe detrahi curant (ut non deſint, qui cum Sydenhamo ad quadraginta uncias intra quatuor dies detrahant) progreſſu morbi, in quo vires plerunque infirmæ, ac debiles ſunt, cavent diligentiſſime, ne cum ægrorum damno nimis ſint liberales.

XV. *Cave ne virium debilitas ex ſuffocatione, debilitatis ex reſolutione ſpecie &c.*] Duplicem faciunt Medici virium debilitatem, alteram quidem, ut ajunt, ex reſolutione, alteram vero per ſuffocationem. Medicorum autem officium eſt utramque dignoſcere, ne in curatione morborum decipiantur. Debilitas enim per ſuffocationem a nimia humorum copia motrices fibras plus æquo diſtendente, atque ineptas muneri ſuo conſtituente exoritur; atque hæc quidem debilitas venæ ſectionem non ſolum non prohibet, ſed eamdem poſtulat. Etenim depletis vaſis, atque reſiſtentia imminuta, motrices fibras in priſtinum ſui elaterii exercitium reſtitui contingit, ac fluidis regendis, & debita velocitate pellendis pares fieri. Debilitas e contra ex reſolutione ſpirituum animalium, ac materiæ eorumdem proximæ, nempe ſanguinis defectum pro cauſa agnoſcit, quo fit ut ſolidæ partes, ac fibræ motrices vere langueſcant: quo caſu ſi venæ ſectio inſtituatur, cum inſignis fiat ſpirituum jactura, debilitatem eamdem augeri adeo manifeſta res eſt, ut manifeſtior ſit nulla. Quare ne in fraudem inducamur, ad pulſum potiſſimum reſpiciendum eſt. Nulla enim re melius virium debilitas vel ex reſolutione, vel per ſuffocationem dignoſcitur, quam ex pulſu. Si enim varius, confuſus, atque inæqualis ſit, modo ſcilicet parvus, modo magnus, modo vehemens, modo debilis &c. indicio nobis erit non adeſſe ſpirituum inopiam, ſed præ vaſorum turgentia impediri liberam, & æquabilem eorumdem ſecretionem, atque derivationem in cor, ideoque ſanguinem modo pleniori flumine, modo fere guttatim, modo valido impetu, modo languide ab eodem in univerſum corpus propelli, unde confuſus, varius, inæqualis pulſus. Si vero parvus, debilis fuerit, ecquis non videat vires non ſuffocatas, ſed ob inopiam ſpirituum, ac ſanguinis reſolutas?

XVI. *Sputo ſanguineo, vel lymphatico apparente cum levamine ſymptomatum &c.*] Etiamſi ſputum quaſcumque conditiones habuerit venæ ſectionem prohibere communiter reputetur, nihilominus tamen tunc ſolum prohibere jure cenſendum cum febris, ac dolor miteſcat, reſpirationis difficultas imminuatur, ac cætera ſymptomata ex æquo remittant, quæ omnia protenſo quaſi digito commonſtrant critici remedii rationem habere, eodemque morbum tuto, feliciterque debellatum iri. Dici autem vix poteſt quam periculoſum ſit tale ſputum venæ ſectione ſupprimere. Hinc etiam eſt accuratiores practicos initio morbi venæ ſectionem inſtituere. Sputum enim ante tertium diem, aut quartum raro apparet; ideoque minus verentur, ne ipſum ſi forte critici rationem habeat, quod ſæpe accidit magno ægrotantium damno, ſupprimatur.

XVII. *Multo minus tutum eſt venæ ſectionem uſque ad coloris mutationem &c.*] Hippocratis monitum eſt, in pleuritide, aut peripneumonia, aliiſque ſimilibus affectionibus non ſolum celebrandam eſſe venæ ſectionem, ſed repetendam uſque ad coloris mutationem. Quem plerique Recentiorum ſequuti ſunt; præ cæteris Williſius aſſeverans non una tantum, ſed repetitis vicibus detrahendum eſſe ſanguinem, donec mutatio coloris contingat, ut ſi prima vice niger appareat, repetenda ſit venæ ſectio, donec rubri fiat coloris. Nonnulli ſanguinem e vena affluentem mundis, terſiſque cyathis vitreis excipi curant. Craſſus, & den-

denſus cum ſit, citiſſime concreſcit. Ubi in ſuperficie ejuſdem alba quædam materia, quæ interdum acutiſſimi cultri aciem fugit, quam cruſtam inflammatoriam appellant, non appareat (plerunque autem in prima venæ ſectione apparet) ſanguinem detrahendum eſſe exiſtimant uſque dum appareat : quod diſcriminis plenum eſt. Præterquam enim quod ad vires, & ſputum maxime reſpiciendum eſt, cavendumque ne venæ ſectione vires infirmentur, ſputum vero ſupprimatur, accedit præterea non quamcumque coloris mutationem intelligendam eſſe, & quocumque tempore ſupervenientem, ſed quæ ſecunda, aut tertia, ut ſummum vero quarta venæ ſectione contingit, ut præ cæteris egregie animadvertit Baglivus. Quotieſcumque enim in ſanguine ex vena prima vice extracto minime appareat cruſta illa tenax, & inſtar gelatinæ concreta, in ſecunda autem appareat, ſi opus ſit, etiam tertia vice celebrari quidem poſſe venæ ſectionem, eadem vero cruſta minime apparente non ſolum non repetendam eſſe venæ ſectionem uſque dum denuo appareat, ſed ſtatim abſtinendum eſſe, quia *per repetitam tunc ſanguinis miſſionem ſanguis ſpoliatur parte volatiliori, unde major eidem ad coagulationes via præbetur*. Vid. prax. med. cap. de pleuritide.

Quid ſit cur in extracto ſanguine illorum, qui pleuritide, aut peripneumonia premuntur modo appareat cruſta illa, modo non appareat difficillimum eſt ſtatuere. Multi quidem cum Baglivo ex eo potiſſimum repetunt, quod materies cruſtam efficiens in pulmone remanet, eumque infarcit. Verum quid quod ex accidenti quodam oriri poſſit, quatenus ſcilicet vel orificium anguſtius, vel quid aliud obſiſtat, quominus ſanguis pleniore exeat gurgite, hinc fieri nequeat præcipitatio, ut ajunt, partium globuloſarum a parte reticulata, ac fibroſa ſanguinis, unde fibræ denudatæ globulis albeſcant, & in cruſtam illam albam convertantur? Ita Cl. Sydenhami obſervatione compertum eſt, ſi ſanguis e ſecta vena non recto flumine verſus horizontem proſiliat, ſed per cutim repens perpendiculariter dimanet, ut ut celeri ſe proripiat gradu, ſæpe tamen cruſtam illam in ſuperficie non habere. Quo apparet nullum generale præceptum ſtatui poſſe, quo ex emiſſi cruoris obſervatione certa ſanguinis mittendi menſura definiatur. Illud autem diligenter tenendum eſt, in detrahendo ſanguine in Pleuritide, aliiſque iſtiuſmodi affectionibus, neque nimis parcos eſſe oportere Medicos, neque nimis liberales. Neglecta enim venæ ſectione Empyema facile ſubſequi (niſi in mortem cito terminetur morbus) præſertim in ſpongioſi habitus corporibus docuit Verzaſcha obſ. 8. idque exemplo confirmavit Heurnius com. ſuper aph. 8. ſect. 5. Si nimis liberaliter detrahatur ſanguis, eadem mala, ne multo majora dicam, ſubſequuntur. (*a*) Hinc perite Ballonius lib. 1. Epid. *revera*, inquit, *graviter ab iis peccatur*, *qui in Pleuritide naturam multo detracto ſanguine exinaniunt*.

XVIII. *Quæ dum fiunt fomenta ex flor. malvar. &c.*] Innumera fere ſunt, quæ ab Auctoribus paſſim commendantur dolenti parti applicanda. Verum, ita me Deus amet, vix ullis utendum traderem, ſi fomenta excipias ex emollientibus parata calida admovenda, quorum ope dici vix poteſt, quam apte dolor ægrum dire exercens mitigetur, fibris plus æquo conſtrictis debita laxitas, hærenti ſanguini neceſſarius fluor concilietur.

XIX. *Oleum etiam amygdalar. dulc. &c.*] Inter pharmaceutica remedia miris laudibus extollunt nonnulli emetica, atque purgantia medicamenta, in ea præſertim Pleuritide, in qua dolor vergit ad diaphragma, & coſtas ſpurias, indicio manifeſtiſſimo crudos indigeſtoſque humores in præcordiis, & meſenterio adeſſe, qui in pulmones delati morbum ciere valent, fovere continuo, & confirma-

(*a*) *Vid. Riverius obſ. 79. cent. 1.*

firmare. Quo apparet eofdem omni ftudio, cunctifque viribus foras per emetica, & purgantia medicamenta eliminandos effe, ut viri præftantiffimi Ballonius Epid. fol. 79. & Martianus in coac. Hippocr. 73. luculenter oftenderunt. Sic vomitu concitato Pleuritidum curationes feliciffime inftitutas fuiffe Riolani, Hartmanni, Salæ, aliorumque obfervationibus compertum eft. Verum præterquamquod non inflammationis caufa purgationem inftitui in eo cafu perfpicuum eft, fed materiæ peccantis primis viis congeftæ, ecquis præterea fe purgantibus, atque emeticis validioribus fe multum proficere poffe confidat? Haud ignoro Gallis (qui quem non moveant? fic blaterantes perfæpe audivi vulgares Medicos) nihil magis acceptum, probatumque, quam *hemetique* in Pleuritide. Quem non moveant? Nempe illum, qui cum multis, ac frequentibus, tum certis, ac conftantibus obfervationibus compertum habuerit in noftra hac Italiæ parte, quidquid Galliæ, alibique præftent emetica medicamenta, peffime plerunque cedere. Quamquam notum eft D. Hecquetum Pitcarnii difcipulum, qui novum fyftema Medicum conftruxit folidis corporis partibus vim omnem tribuens ad functiones ejufdem peragendas, ab irritantibus, ac ftimulantibus cujufcumque generis, inter quæ emetica, ac purgantia eminent, abhorruiffe. Quid ergo ni liceat conjectare multos a veteri, communique methodo receffiffe, atque morem emetica præfcribendi in pleuritide e medio, quantum illis fas fuit, fuftuliffe? Saltem id effet optandum. Ecquis enim eft, qui non videat, quam dubiæ, quam incertæ fint virtutis? Purgavit quandoque Hippocrates ipfe in inflammationibus, ut notat Cl. Martianus *de vict. rat. in mor. acut. n. 36. & lib. 3. de morb. n. 9.* Purgavit autem, ubi cacochymia viguit, & materia inflammationem efficiens turgens fuit. Raro autem id contingit, fi eidem fides habenda 1. *aph.* 24. ubi ait: *concocta medicari oportet, & moveri non cruda, neque per initia, nifi materia turgeat, raro autem turget.* Quare fatius duxerim in vifcerum inflammationibus, alvum oleo amygdalarum dulcium leniter fubducere, cujus pulcherrima laus eft dolorem fedare, debitam fibris laxitatem, humoribus fluorem conciliare, quo hærens, atque impacta pulmonibus materies facilius dimoveatur, atque difcutiatur; faltem nocere non poffe.

XX. *Oleum femin. lin. recentiffimum &c.*] Oleo feminum lini non folum emolliendi, laxandique, fed aliquantulum refolvendi facultatem ineffe præclare oftendit Cl. Baglivus app. ad pleurit. inquiens: *Oleofa fubftantia pulmonum fibras inflammatione contractas, crifpatafque, & ob id fluidorum circulum impedientes laxat, lenit, & in priftinum reftituit, parte vero leniter fulphurea, ac volatili blanda congrumatum, concretumque in pulmonibus fanguinem folvit, & in priftinum motum reftituit.* Sed diligenter curandum eft, ut recentiffimum illud fit. Secus enim non folum emolliendi, laxandique, refolvendi fi libet facultatem amittit, fed irritando evadit opportuniffimum: id quod de oleo quoque amygdalarum dulc. vel fimilibus dictum velim, quæ vel temporis diuturnitate, vel calore rancida fiunt, ac lævitate illa fua fpoliata afpera ea ratione evadunt, qua opus eft ad mordendum infigniter, atque acriter vellicandum.

XXI. *Decoctiones theiformes fol. malvar. &c. copiofæ, & calidiffimæ.*] Ubi per venæ fectionem majus fanguini fpatium concedatur, minufque fit eidem ad fluendum impedimentum, ea in ufum vocari debent, quæ eumdem ulterius attenuare valent, diffolvere, tenuem, ac fluxilem reddere, atque ea ratione alterare, qua opus eft ad hærentis materiæ refolutionem, tumorifque difcuffionem. In horum cenfu veniunt primo decoctiones ex plantis emollientibus paratæ, quæque fpecifica quafi virtute pectoris affectionibus opitulari reputantur copiofæ, & calidiffimæ epotæ. *Copiofæ*, inquam, & *calidiffimæ*: a quo potiffi-

 mum

mum maxima earum virtus dependet. Uti enim copiofæ funt, molecularum fanguinis firmum nexum, texturamque, propter quam lentefcit, ac ftagnat, diffolvunt, eafdem diffociant, difgregant, atque ad fluendum aptiores reddunt, uti calidiffimæ ad refolvendum exiftunt opportuniffimæ. Quo loco minus mirari fubit Cl. Baglivum alterantia copiofa, & calidiffima epota inter potiora arcana adverfus pleuritidem aut peripneumoniam repofuiffe.

Stib. diaphoret. mandibul. Luc. pif. &c.] Hifce addenda illa, quæ fpeciofo antipleuriticorum titulo paffim infigniri folent, quorum materies ex triplici Regno defumitur, Animali, Vegetabili, & Minerali. Ex Animalibus funt partes offeæ, ut Dens Apri, Mandibulæ Luc. pifcis, Corn. Cervi, & ex eodem elicitus fal volatilis, uti etiam fal volatilis fanguinis humani, urinæ, viperarum, fanguis hircinus, fperma ceti, lapides multi in nonnullorum Animalium ventriculis, aut aliis vifceribus concreti, ut lapis Hyftricis, Bezoar, aliaque plurima, quorum accurata extat defcriptio apud Kempfer. Amænit. exotic. fafc. 2. fect. 3. p. 391. ad 406. Ex vegetabilibus funt plantæ omnes fale volatili, fubtilique oleo fœtæ, uti Scabiofa, Bellis, Scorzonera, Carduus Sanctus &c. Camphora. Ex mineralibus tandem, & quidem arte chymica paratis ftibium diaphoreticum, aliaque id genus, quorum ufu fanguinis curfum concitari, fimulque craffiores ejus partes refolvi, nec non arctam nimis, ac denfam compagem attenuari, & univerfam fanguinis maffam rarefcere communiter perhibetur. Quæ quamvis de plerifque illarum rerum vere dicantur, ne de Stibio diaphoretico, Mandibulis Luc. pifcis, ac fimilibus dici queant facit potiffimum ea ratio, quod fixiorum diaphoreticorum claffi accenfenda eadem funt, feu illa, quæ fenfim acorem, quo fucci præfertim primarum viarum imbibuntur, a quo fanguinis denfitas, & arctior compages oriebatur, corrigendo ad diaphorefim difponunt. Atque hæc quidem inter initia vifa funt convenire, ne furor, atque agitatio augeatur, fervorque nimius, atque orgafmus fufcitetur. Ex his fere conficitur pulvis antipleuriticus, quo ejufcemodi morbos Vir in praxi exercitatiffimus, dexterrimufque, Nofocomii S. Mariæ della Vita Bononiæ Medicus ordinarius Laurentus aggredi folebat eventu prorfus mirabili, qui nuperrime ad fummam Archiatri Pontificii dignitatem juffu Benedicti XIV. qui fingulari cum dexteritate, prudentia, fanctifque confiliis Rempublicam Chriftianam feliciter adminiftrat, nihil tale cogitans evectus eft, tantoque munere fumma cum laude perfungitur.

XXII. *Hifce fuccedant gelati. Corn. Cer. &c. boli ex fanguine hircino, fpermat. cet. . . . . camphora.*] Decurfu morbi, & ubi vehementius diffolvendum fit, fi volatiliora adhibeantur, quæque refolvendi infigni virtute donantur, quorum in cenfu veniunt gelatinæ Corn. Cerv. paratæ in aquis plantarum, quæ volatilium, ac tenuium particularum divites funt, fanguis hircinus, fperma ceti earumdem plantarum extractis unita, dici vix poteft, quam apte ægrorum incolumitati confulatur! Nefcio autem an camphoram cæteris omnibus anteponam. Cum enim camphora fulphur fit fubtiliffimum, volatiliffimum (ut cap. 3. de phrenitid. lib. 1. oftendimus) quod receffus omnes noftri corporis abditiffimos penetrat, in medullarem ufque Cerebri fubftantiam fe infinuat, torpentes fpiritus excitat, cœco impetu hac illac ruentes in ordinem redigit, languentes vires cordis in priftinum ftatum reftituit, manifeftum eft fluidorum arctam nimis, ac firmam compagem diffolvi, attenuari, excretiones omnes promoveri, hærentes alicubi humores dimoveri, circulo reftitui, atque hinc prodeuntes vifcerum inflammationes utcumque auctas, & in gangrænam fphacelumque tendentes certo, feliciterque debellari. Novit præclara hæc emolumenta Baglivus, atque Medentibus falubre monitum reliquit, tunc cum viget in pleuritide dif-

fol-

ſolvendi indicatio, ad camphoram tamquam ad ſacram anchoram confugiendum eſſe.

XXIII. *Veſicantia quoque, præſertim ubi res ſit cum ægro laxioris habitus &c.*] Utrum veſicantia in pleuritide, ac peripneumonia conveniant inter Medicos nequaquam convenit. Sunt enim qui ſine ullo fere diſcrimine in morbis acutis eadem proponunt, duce Freindio *com. de febrib. 9.* (289.) Alii e contra non niſi raro, & in morbis fere deſperatis iiſdem duce Bellino utuntur (*tract. de M. S. tit. de ſtimulis p. 167.*) Pro hac quæſtione perſolvenda animadvertendum eſt veſicantia; in quorum compoſitione cantharides principem locum obtinent, acres, ac fere urentes particulas in ſanguinem introducere, ſolidas partes mirum in modum extimulare, non ſolum cutim, cui applicantur, divellendo, lacerandoque, ſed etiam nervos, & membranas omnes, ut pulſus concitatiores, veſicæ dolores, vigiliæ, mictus ſanguinei, urinæ ardores, & aliquando ſuppreſſiones, aliaque ſymptomata, quæ a veſicantibus obſervari ſolent, manifeſtum reddunt. Itaque illud citra ullius erroris ſuſpicionem affirmari poſſe videtur, veſicantia prodeſſe plurimum in pulmonum inflammatione a craſſo, viſcido, lentoque ſanguine, ac fibrarum laxitate oriunda. Particulæ enim cantharidum acres, mordaceſque compagem ſanguinis majorem in modum diſſolvunt, atque in validiores, vehementioreſque contractiones ſollicitant vaſa ſanguifera, quæ propterea validius, & fortius ſeſe contrahendo obſtructionem, atque hinc ortam inflammationem tollunt. Ex adverſo ſi inflammatio a nimia ſanguinis acredine, quæ vellicando, convellendoque extremitates vaſorum ſanguiferorum liberum ejuſdem excurſum prohibet, exoriatur, periculum eſt, ne addito acerrimo ſale cantharidum, convulſio vaſorum major fiat, atque inflammatio augeatur, aut confirmetur. Prudentis igitur eſſe duxerim, priuſquam veſicantia admoveantur, ad ægrotantis temperiem, & ſymptomata morbum concomitantia diligenter attendere. Si æger laxioris fuerit habitus, ſeu temperamenti, ut ajunt, pituitoſi, præhumidi, idem porro ſpirandi, & tenacis, ac viſcidi ſputi difficultate detineatur, ecquis ad credendum vehementer non adducatur, morbum a craſſitie, viſciditate, ac lentore ſanguinis, humorumque pendere? Cum vero ita res habeat, quodnam remedii genus veſicantibus aut efficacius, aut pro ægrorum opportunitate valentius? Addit vim animis illa cogitatio, per ulcera, quæ a veſicantibus excitantur, pravos, vitioſoſque humores naturam non raro extra corporis confinia educere: unde egregie Hippocrates in prognoſt. *In pulmoniis quicumque tumores fiunt ad crura optimi ſunt &c.* Hoc certe remedii genere vel alvi fluxum tolli, atque ſputum promoveri non ſemel deprehendi, ut adnotavit Baglivus, cum ex adverſo in aduſtis corporibus, & ſputo nimis tenui, atque acri exiſtente funeſtos plerunque eventus obſervarim.

XXIV. *Quo tenacia, ac viſcida ſputa facilius educantur, lambitiva ex aquis Malvar. Violar. &c.*] Lambitiva, ſeu anacathartica remedia præſcribere in pleuritide, aut preipneumonia, in qua nullum apparet ſputum, quod initio morbi plerunque contingit, ridiculum plane eſt. Cur enim lambitiva præſcribantur ad educendam materiem, quæ vel non hæret in bronchijs, vel ſi hæret, ad excretionem eſt inepta? Varia autem eſſe debent, pro varia ipſius ſputi conditione, ita ut ſi tenax, ac viſcidum fuerit, ea locum habeant, quæ nonnihil ſtimulando operantur; ſi vero nimis tenue, & acre ſit, ea quæ nonnihil incraſſando. Illa deſumuntur ex ſyrupis aqua dilutis, qui ratione partium ſalinarum ſacchari, quas continent, leniter ſtimulant; hæc ex farinoſis, pinguibus, ac mucilaginoſis corporibus, inter quæ elegans illud ex farina amyli, & oleo amyd. dulcium paratum, aliaque id genus.

XXV. *Ubi Empyematis facti jam ſigna appareant &c.*] Duo ſunt, quantum

 arbi-

arbitror, ad quæ totum dirigi curationis Empyematis consilium debet. Primum ut pus in cavitatem effusum foras eliminetur, deinde ut pulmonum substantia laxata nimis ad pristinum tonum restituatur. Viæ per quas sputum excerni valet plures sunt, omnium commodissimæ viæ urinæ, & sputi. Quo loco animadvertendum est pus neque per sputum excerni posse, nisi absorbeatur ab extima pulmonum membrana, & in ductus tracheales, ac vesiculas pulmonales introducatur, & mediante tussi per os expellatur, neque per urinas nisi a vasis, quos Cl. Raymundus Vieussenius (*in novo vasorum corporis humani systemate*) Laurentius Bellinus, & Herman. Boerhaav. (*tracta. de viribus medicament. prolef.* 5. *& de methodo dicendi medicinam &c.*) absorbentes vocant, excipiatur, atque una cum sero urinario per Renes in vesicam deferatur. Quæ res multis minus probatur, commendaturque, qui ductus hosce, seu vascula absorbentia minime dari sustinent, vel si dantur, inepta esse ad pus, quod in thoracis cavitatem effusum est recipiendum, transmittendumque. Ac primum quidem experimento opinionem suam confirmare nituntur. Si enim aer in pulmones mortui Animalis inijciatur, aerem nullo pacto extra pulmones ipsos excerni deprehensum est, indicio satis manifesto nullos adesse ductus, ac meatus, per quos ea, quæ in pulmonibus continentur, quamvis tenuissima sint, excerni queant per extimam ipsorum membranam. Verum si nullum adest commercium ab interna pulmonum substantia extra eamdem, ridiculum plane videtur asserere aliquid extra pulmones situm in ipsam ipsorum pulmonum substantiam insinuari posse, altiusque penetrare. Quamquam si dentur, arduum, atque insolens explicatu videtur, qui fiat, ut puris ipsius tenacitas, ac crassities impedimento non sit, quominus absorbentes ductus obstruantur, occludanturque. Ad hæc tamen luculenter respondent qui in contraria sunt opinione. Ac primum quidem ex experimento allato nihil certi colligi posse putant, quo statui possit nullos adesse ductus, ac meatus, per quos ea, quæ in pulmonibus contenta sunt, extra eosdem educantur. Experimenta enim quæ fiunt in corporibus mortuis æquivoca sunt. Quot enim sunt in corporibus viventibus, quæ in cadaveribus nulla ratione deprehendi unquam potuerunt? Quidni liceat conjectare ex nimia distentione bronchiorum, atque vesicularum pulmonalium, quæ ex violenta aeris per follem immissione in pulmonum substantiam exoritur, ductuum si quæ sint orificia præcludi, atque ejusdem excretionem inhiberi? Quamquam si nulli sint ductus, ac meatus, per quos aer extra pulmonem excerni queat, non inde illud colligi posse videtur, nullos esse, per quos aliquid, quod in cavitatem thoracis effusum sit, in eumdem se insinuare queat, atque ipsius substantiam penetrare. Illud enim accuratiorum Anatomicorum observationibus compertum est, istiusmodi ductus terminari in venas, quæ sunt cavitates ab extremis ad truncum, a trunco ad extrema. Id quod in cute præ cæteris manifestum est, in qua reperiri vasa hæc absorbentia, suadent morbi, qui contagione contrahuntur, & inunctio mercurialis, in quibus & miasma malignum, & hydrargyrum penetrata extrema cute in vasa exinde venosa transmittitur, ab his in arteriam Aortam, & in universum corpus diffunditur. Vasa eadem in cavitatibus corporis reperiri præter vasa lactea, quæ in intestinis chylum absorbent experimento Cl. Nuky demonstratur. Si enim Abdomen cujusvis Animalis erecti ope siphonis per processum peritonæi aqua diuretica, v. g. tinctura thee repleatur, & distendatur, intra viginti quatuor horas aquam omnem dissipari observatum est, indicio manifestissimo aquam ab hiantibus absorberi, & sanguini misceri. Quid plura? Si quis intra cubile degat, in quo sit vapor therebinthinæ, urinas reddi odore violaceo præditas experimento Cl. Hombergii compertum est, indicio satis manifesto aerem ipsum in pulmonibus sanguini misceri, ut Cl. Meryus Academicus Parisiensis testa-

teftatus eft , qui illuftrem Bartholini, & Borelli de refpirationis ufu doctrinam pro fua venditans (quamvis eamdem plurimum illuftravit) innumera alia in eamdem fententiam experimenta tulit (ut rationes mittam quamplurimas ad demonftrandam aeris neceffitatem in Animalibus defumptas ex folliculis , quos in ovo incubato invenit Bellinus ; ex Gaffendi experimento de pifcibus fubtus glaciem degentibus , quos , nifi eadem difrumpatur , fuffocari teftatur ; ex Malpighii obfervatione in vermibus , quos innumeris tracheis ad infpirandum aerem donari deprehendit) quæ fi vera funt , quicumque ad Mariotti , Etmulleri, Pitcarnii , Drachii, Suammerdamii, Boerhaavii , quorum alii alia in perdifficili, ac perardua quæftione opinati funt, omnes vero uno ore inficiati funt , vel incertum effe judicaverunt aerem in pulmonibus fanguini mifceri , opinionem accedat, garrire, & fomnia narrare videatur. Quamquam ne Meryus quidem quæftiones fugit , & difficultates, cum docet eidem vim ineffe ad circulationem fanguinis cum per vafa pulmonum , tum univerfi corporis promovendam , nec pondus ipfius, & elaterem in muneris partem vocet , ut multi cum Drachio , Suammerdamio arbitrati funt , multo minus cæteras omnes qualitates, quæ propriæ funt aeris , moderatam fcilicet caliditatem, frigiditatem, humiditatem, ficcitatem , aliafque ejufcemodi , quas adeo neceffarias effe crediderim ad prædicta munera obeunda, ut nihil magis . Sed quorfum phyfiologicæ quæftioni diutius immoremur? Redeamus unde difceffimus. Nonne quotidiana experientia compertum eft , pus in cavitatem thoracis effufum per fputum , urinas , aliafque inexpectatas vias eductum fuiffe ? Celebre eft , quod narrat Tulpius non folum pus Empyematicum , fed forte intrufam turundam in cavitatem thoracis , dum vulnus pectoris curabatur , a pulmonibus abforptam fuiffe , & per fputum eductam. Quod fi verum eft , an nobis officiat memorata illa tenacitas , ac craffities puris , viderint alii.

In hunc finem decoct. heder. terreftr. .... fyrup. therebint &c.] Quamplurima funt , quæ ad fputum , atque urinam ciendam paffim a practicis commendantur. Ea autem folum hic locum habere videntur, quæ balfamica vi, eaque blandiffima , & non admodum calefaciente pollent. Inter hæc eminet hedera terreftris , quæ mirum quantum ad materiam purulentam in pectore collectam evacuandam , & ulcus potentiffime detergendum valeat ! Nimirum hujufce fulphureæ partes cum falinis non adeo arcte commixtæ funt, ut fanguinem valde commoveant , atque exagitent, quemadmodum alia diuretica facere folent , quæ calidorum nomen funt adepta , ut radices petrofelin. ap. fœniculi , ac balfama multa , uti balfamum Peruvianum , Copaibæ , della Mecca , quæ exagitandi , atque excalefaciendi facultate funt prædita , unde eorum ufu febris , & macies augetur. Syrupus porro therebintinæ cum parum ejufdem fubftantia fit faturatus , non admodum calefacit, & cum ad fputum , tum maxime urinas ciendas exiftit aptiffimus . Si de hydromelle fermo fit , illud effe remedii genus , quod magnam vim habere ad urinas ciendas, ac fputum, ipfe Hippocrates teftatus eft .

XXVI. V. com. in aph. 25. cap. 3.

XXVII. *Hifce fruftra adhibitis &c. paracentefim &c.*] Paracentefim, ideft thoracis apertionem ope inftrumenti idonei in latere affecto inter coftam 4., & 5., vel 5. & 6. ab inferioribus numero ducto pus lente, & per vices educendo folemne eft Chirurgis inftituere. Verum tunc folum cum certiffima fint puris indicia in pectoris cavitate collecti , vires confiftant , nec infignem labem contraxerint pulmones, eft adminiftranda. Secus enim non folum Empyemati curando par erit operatio , fed mortem accelerabit . Paracentefim in juvene quodam poft fuppuratam pleuritidem empyematico facto feliciffime inftitutam vidi Bononiæ a folertiffimo Chirurgo , ac Medico P. Paulo Molinello in Xenodochio Vitæ, ac infi-

infigni puris educta copia repetito ufu decoct. heder. terreftr. cum fyrup. therebint., nec non optima victus ratione ex jufculis hordeac. avenaceis &c. in priftinum valetudinis ftatum eumdem reftitutum.

Cauteria inter unam, & alteram coftam.] Rariffimum eft nulla fectione, incifione, punctione effufos in cavitatem pectoris humores educi, fed folis fonticulis, & cauteriis. Teftem hujufce rei tamen habemus Willifium, apud quem extant mirabiles binæ hiftoriæ ægrotantium, poft ruptam pulmonis vomicam pus merum, & fœtidum copiofe expuentium, qui fontanella in latere aperta ad eam partem, ubi pus afcendere videbatur, brevi fanitati reftituti fuerunt. Cauterio admoto inter quintam, & fextam vertebram thoracis multum pus eductum fuiffe notavit laudatus Willifius pharmaceut. rat. par. 2. fect. 1. cap. 2. de pulmonis vomica.

CAPUT V.

De pectoris Hydrope.

I. SErofus humor per univerfum corpus diffufus anafarca, in capite collectus hydrocephalum, in imo ventre afcitem, in teftibus hydrocelem, in thorace demum hydropem pectoris conftituit.

II. Caufæ generales funt 1. foluta nimis fanguinis compages. 2. laxatus nimis folidarum partium tonus. 3. vaforum fundentium orificia nimis ampla, & patentia. 4. abforbentium nimis angufta, atque obftructa.

III. Caufæ remotæ funt diuturnæ vifcerum chylificationi infervientium læfiones, mefenterii, hepatis, pancreatis, cæterarumque glandularum imi ventris obftructiones, febres intermittentes tertianæ, quartanæque longæ, ac diuturni morbi, hæmorrhagiæ largæ quæcumque, fuppreffæ naturales evacuationes menfium, hæmorrhoidum, urinæ poft largas aquæ potationes, vitia organica in thorace latentia, uti aneuryfmata, polypi cordis, & aortæ, tubercula, vomicæ, nec non afthma, hæmoptyfis, aliæque pulmonum affectiones.

IV. Signa funt extremarum partium præfertim inferiorum tumor impreffi digiti veftigium aliquandiu retinens, qui fenfim fenfimque ad fuperiores partes in dies fingulos marcefcentes, pallentefque afcendit, urina parca, rubra, lixivialis, fitis inextinguibilis, fpirandi difficultas in decubitu præfertim nocturno tanta, ut e lecto furgere cogatur, minus frequens, & molefta morbi progreffu, quam comitari folet tuffícula ficca, dolor gravans in pectore, aquæ fluctuantis, & fuffocationis fenfus a corporis agitatione, vel inclinatione, cordis palpitatio, lipothymia frequens, febris lenta cum pulfu inæquali, perturbato, intermittente.

V. Hydrops, quacumque ex caufa nafcatur, curatu difficillimus morbus eft.

VI. Lethalis certe, qui a vitio aliquo organico in thorace latente exoritur.

VII. Hydropi pectoris fputum cruentum fupervenire malum.

VIII.

VIII. In anaſarca, & aſcite, quo ſeroſos humores educam, contentus ſum pulvere ex tartar. ſolubil. ʒ i. radic. mechoac. s. p. rhabarb. elect. pul. a ℈ i. ſemin. aniſor. pul. ʒ .s. M. detur ex juſculo tenerioris pulli repetendo quolibet quarto, aut quinto die per menſem circiter.

IX. Horum dierum intervallo pulvis exhibeatur ex tartar. vitriol. arcan. duplic. ſal. armon. a ℈ i. ex decoct. in jure pulli fol. agrimon. abſynt. radic. gram. alth. ℥ vi. cum ſyrup. de alth. Fernel. ℥ i.

X. Hiſce fruſtra adhibitis boli ex millep. vel lumbr. terreſtr. pp. a gr. xv. ad xxx. cum extract. baccar. juniper. viſi ſunt convenire. Superbibat æger decoct. in jure pulli fol. chærefol. virg. aur. rad. eryng. Ononid. aſparag. apy, fæniculi ℥ vi. add. ſyrup. quinque radic. aper. ℥ i.

XI. Validiora hiſce vix locum habent.

XII. Hiſce ſuccedat vinum Kalybeatum in hunc fere modum.

♃. Fol. abſynt. Marrub. alb. flor. centaur. min. a M .s. baccar. junip. cortic. ex lign. tamariſ. median. frax. a ℥ ii. rhabarb. ℥ i. limat. mart. nodul. incluſ. ℥ i. .s. Vin. alb. gener. Lib. xii. Relinq. in infuſ. per horas xxxx. colat. detur ad cocl. iv.

XIII. Quibus ſuppreſſæ ſunt naturales menſium evacuationes, venæ ſectio adminiſtrari poteſt.

XIV. His etiam conferre mirum in modum viſæ ſunt ſequentes pillulæ.

♃. Limat. Mart. ſuper lapid. porphyrit. s. lævig. ʒ ii.
Croc. opt. pul. ℈ ii.
Gum. Sagap. ʒ iii.
Alo. ſuccotrin. ʒ ii. .s. M. cum ſyrup. de cichor. cum rhab. q. s. f. pill. n. xxxx. Cap. iv. quotidie; ſuperbibendo decoct. fol. agrim. artemiſ. ſummit. abſyntii, ac motum corporis inſtituendo.

XV. Ad acidulas opportuno tempore deveniendum.

XVI. In hydrode pectoris vix lenientia ex flor. Caſ., pulpa tamarind. Man. & ſimilibus locum habent.

XVII. Immo tutius eſt uti Clyſter. ex urin. pur. ℥ vi. therebint. vitel. ov. ſolut. ℥ .s. nitr. pur. ʒ .s. M. pro uſu dicto.

XVIII. Ad urinas ciendas ſolum boli ex millep. vel lubric. pp. a gr. xv. ad xxx. ſal. volat. ſuccin. gr. vi. ad x. cum balſam. Copai. q. s. viſi ſunt in hac hydropis ſpecie convenire.

XIX. Diuturnus quoque uſus decoct. hed. terreſtr. ℥ vi. addendo ſyrup. therebin. ℥ i., vel hujuſce loco præmittendo bol. ex therebint. Cypr. gum. ammon. a ℈ i., mira præſtat.

XX. Hiſce addenda leviſſima martialia: cujuſmodi ſunt tinctur. mart. ſuc. pom. extr. a gut. xx. ad xxx. ex juſculo veronica alterato per xxx. circiter dies, quibus tandem ſuccedat elix. propriet. Paracel., vel tinctur. abſynt. ad gut. xxx.

XXI. Sed præ cæteris optima victus ratio inſtituatur, quæ cum in omni hydrope, tum in hoc maxime eſt convenientiſſima. Quare a nimio

potu abſtineat æger, famem, ſitim patienter ferat, carnibus parce utatur, iiſque facilis coctionis, utatur radicibus raparum ſub ciner. calid. coctis, earumque decoctis, & pulmentis in prandio, vel cæna, moderate exerceatur, ab animi curis diligenter caveat.

CAPUT V.

De pectoris Hydrope.

I. S*Eroſus humor per univerſum corpus diffuſus anaſarca &c.*] Hydrops, ſi nomen ſpectes, nihil aliud ſignificat, quam genus morbi, quo aqua præter naturam ſub cute naſcitur, qua corpus turgeſcit, ab ὕδωρ, aqua, & ὤψ facies. Aquoſus humor ſi per univerſum corpus diffundatur, ita ut ſpongiarum inſtar, aut papyri univerſa caro permadida appareat, ideoque in ea totum corpus intumeſcat, ac mortuo ſimile evadat, hydropem univerſum, qui anaſarca vocatur, ſi vero aliquam partem tumefaciat, peculiarem, qui a partis nomine appellationem ſumit, conſtituit. Si enim in capite colligatur hydrocephalus; Si in thorace hydrops pectoris; ſi inter membranam, peritonæum, & inteſtina coacervatur, qui locus aquoſo humore utris modo impletus videatur, aſcites, quem & utricularem dicunt, Barbari corrupta voce Aſelitim; ſi in teſtibus, hydroceles appellatur.

II. *Cauſæ generales ſunt.* 1. *ſoluta nimis ſanguinis compages.* 2. *laxatus nimis &c.*] Non eſt cur veterum Medicorum ſententiæ circa hydropis cauſam examinandæ diu immoremur, ceu quæ falſis omnino, ac commentitiis innixa principiis per ſe corruit. Cum nempe ſanguificationem eſſe hepatis opificium exiſtimarent, ab ejuſdem imbecillitate, atque intemperie frigida, qua crudus, pituitoſus, aqueus ſanguis gigneretur, quique ad partes delatus albo pallidoque colore inficeret, atque in tumorem attolleret, hydropis cauſam repetebant. Quod poſt inventam ſanguinis circulationem quam ridiculum ſit, atque a ratione alienum lippis ac tonſoribus notum eſt plus, quam ipſorum digiti, atque ungues. Quid probabiliori ratione affirmari queat, & ab obſervationibus anatomicis, atque experimentis ducta, paucis habeto. Cl. Richardus Louverus tract. *de cor. cap.* 2. cum venam cavam vivi canis prope cor forti vinculo ligaſſet, ac mortuum non multo poſt canem ſecuiſſet, magnam ſeroſi humoris copiam in ejus abdomine collectam obſervaſſe teſtatus eſt. Cum jugulares alterius canis venas ligaſſet, eumque intra dies duos quaſi angina ſuffocatum, ac mortuum ſecuiſſet, muſculos omnes, glandulaſque capitis ſero diſtentas deprehendit, cum vivo adhuc cane partes omnes ſupra ligaturam mirum in modum intumuiſſent, ac non ſolum ex oculis ipſius copioſæ lacrymæ, ſed plurima etiam ſaliva ex ore, perinde ac ſi Mercurium ſumpſiſſet, profluxerit. Quæ quidem omnia adeo evidenter oſtendunt ſeroſos humores per vaſorum tunicas exſudare, ut nullus ambigendi locus relinquatur (*a*). Quid ſi ſoluta nimium ſit ſanguinis compages, laxatuſque ſolidarum partium tonus? Si primum contingat, ecquis eſt vel rudioris ingenii, qui non videat ſeroſam partem a reliquarum nexu ſecedentem facile e glandularum, membranarumque poris elabi, atque inde vel in cavitates effundi, vel intra partium laxam ſtructuram ſubſiſtere? Sin alterum, didu-ctis nimium minimorum lymphaticorum poris, ſeroſo humori exitum dari manifeſtius quidem eſt, quam ut ullis rationibus poſſit comprobari. En hydropem.

Vaſo-

(*a*) *Vid. Cap.* 2. *com. in aph.* 2.

Vaſorum fundentium orificia nimis ampla , & patentia , & abſorbentium nimis anguſta.] Duobus expoſitis modis, quibus ſeroſi humores in cavitates effundun- tur , vel intra partium laxam ſtructuram ſubſiſtunt , duo alii addendi ſunt , ex quibus haud infrequenter , licet vix , ac ne vix quidem animadverſi hydropes ſolent exoriri ; vaſorum ſcilicet fundentium orificia nimis ampla , & patentia , abſorbentium vero nimis anguſta , atque obſtructa . Quæ fuit Raymundi Vieuſ- ſenii (*in novo vaſorum corporis humani ſyſtemate*) opinio , nec non Laurentii Bellini , & Hermanni Boerhaavii (*tract. de viribus medicament. Proleg.* 5. & *de method. diſcendi medicinam anat. p.* 4. *cap.* 4. *in angiolog.*) Putant ſiquidem viri præſtantiſſimi eſſe in corpore Animalium vaſa quædam ſeroſos , ac lympha- ticos humores ad ſuperficiem viſcerum, ac membranarum irrorandam, ſiccitatem- que præcavendam in cavitates effundentia , & quædam, quæ effuſos eoſdem hu- mores in cavitates reabſorbent , & ſanguini miſcent , quæ propterea abſorben- tium titulo inſignita fuerunt . Ejuſmodi vaſa in cavitatibus corporis reperiri præ- terquamquod ſuadere videntur vaſa lactea , quæ inteſtinis chylum abſorbent , apertiſſime demonſtrat experimentum Cl. Nukii alibi allatum (*a*) . Si enim Abdomen cujuſvis Animalis erecti ope ſiphonis per proceſſum Peritonæi aqua diuretica, puta tinctura thee repleatur , ita ut diſtendi cogatur , intra viginti quatuor horas aquam omnem penitus diſſipari contingit , atque Abdomen ab omni diſtentione prorſus liberari , indicio adeo manifeſto aquam ab orificiis hian- tium vaſculorum abſorberi , & circulo reſtitui , ut nihil ſit manifeſtius . Si igi- tur per ampla nimis vaſorum fundentium orificia plus ſeroſi humoris effundatur in cavitatem pectoris , quam per abſorbentium evehi in ſanguinem poſſit , vel ſecundum naturæ leges iiſdem effuſis , nihil per abſorbentium anguſtiam , obſtru- ctionemve in ſanguinem infundatur , collectionem aquæ fieri tantam , ut hydro- pi producendo opportuniſſima exiſtat, adeo manifeſtum, atque omnibus obvium eſſe exiſtimo, ut curioſiore explicatione minime indigere jure putem .

III. *Cauſæ remotæ ſunt diuturnæ viſcerum chylificationi inſervientium læſiones .*] Labefactato, perverſoque digeſtionis ciborum opere, fieri minus vix poteſt , quin craſſæ , viſcidæ , crudæque particulæ in ſanguinem introducantur , quibus balſa- micæ , oleoſæ , tenues, ac volatiles obruantur quaſi , unde turbetur congrua , atque opportuna miſcella humorum ; ſeroſæque partes a reliquarum nexu ſece- dentes , vel in vaſis lymphaticis ſubſiſtant , aut ocyus quam par eſt moveantur , vel quaſi tranſcolatæ e vaſorum tunicis exſudent , & in cavitates effundantur , unde hydrops. Cum Hippocrates lib. de internis affectionibus inter frequentes hydropis cauſas principem obtinere locum humorum, ac totius corporis colliqua- tionem affirmavit , quidni liceat conjectare non aliud , quam ſanguinem nimis tenuem ſeroſumque ea , quam diximus ratione , intellexiſſe ?

Meſenterii, hepatis, pancreatis &c. obſtructiones .] Et ſalivam , & ſuccum pan- creaticum , & biliofum , & qui ab inteſtinorum , & Meſenterii glandulis extil- lat, ad chyli elaborationem, perfectionemque concurrere certo certius eſt . (Qua de re plura ubi de affectione hypochondriaca.) Cum igitur hepatis , pancreatis , cæterarumque glandularum imi ventris obſtructiones contingant , prædictorum ſuccorum ad chyli elaborationem , perfectionemque concurrentium ſecretionem vel penitus aboleri , vel plurimum imminui debere manifeſtiſſima res eſt ; hinc ſanguis incongruarum particularum admixtione coinquinatur , ejuſque naturalis miſcella evertitur , aqueus ſeroſuſque ea ratione evadit , qua opus eſt ad lym- phaticorum humorum effuſionem in cavitates , atque hydropem .

Febres intermittentes tertianæ , quartanæque longæ &c.] Mirum febres tertia- nas , quartanaſque , quæ interdum cum a Medicis , tum ab ægrotantibus flocci , ni-

(*a*) *V. cap.* 4. *com. in aph.* 25.

nihilique æſtimantur, ſi altas in viſceribus, earumdem ſede, & foco radices egerint, hydropi producendo opportuniſſimas evadere, ut Galenus *lib.* 3. *de loc. affect. cap.* 3. & Jo. Langius *in epiſt.* 48., 39. teſtati ſunt. Nempe non ſolum in ſanguine congeruntur viſcidæ, craſſæ, ac difficiles inerteſque partes, balſamicis jam, oleoſis, volatilibus diſſipatis, vel ſales acres in eodem exaltantur, quibus fibroſa ejus pars comminuitur, exteriturque, unde turbatur optima partium ſanguinis mixtio, ſeroſæque partes a reliquarum nexu ſecedunt, ſed ſpirituum animalium jactura facta, cum partes ad chyli elaborationem, perfectionemque concurrentes, tum univerſæ non ſatis vigoratæ flacceſcunt, laxæque ea ratione evadunt, qua ſeroſis humoribus in cavitates exitus detur, unde hydrops.

Hæmorrhagiæ largæ quæcumque.] Si quæ volatilibus, ſubtilibuſque particulis e maſſa ſanguinea extra corporis confinia educendis, ac ſpiritibus diſſipandis ſunt opportuna, hæmorrhagias quaſcumque ſive ex naribus, ſive ventriculo, ſive pulmone, ſive utero, ſive inteſtinis oportuniſſimas exiſtere cenſendum eſt. Fit hinc, ut ſolidarum partium, ac primum quidem ad chyli elaborationem perfectionemque concurrentium tonus vel penitus labefactetur, vel plurimum ſaltem langueſcat, ideoque chylus primum, tum ſanguis aqueus, ſeroſuſque generetur, cordis vero, ac vaſorum omnium robore, vi, atque elatere ceſſante, congrua tollatur ſanguinis mixtio, ſeroſæque partes a reliquarum nexu ſecedant, atque per laxatas tunicas tranſudent, & in cavitates effundantur.

Suppreſſæ naturales evacuationes menſium, hæmorrhoidum &c.] Nullus fere morbus frequentius occurrit, quam hydrops a ſuppreſſione naturalium evacuationum, menſium præſertim, & hæmorrhoidum. Cum nempe ſanguis in viſceribus imi ventris per Meſaraicas venas valde compreſſas, debiles, tortuoſas, per venam portæ arteriæ munus gerentem, per hæmorrhoidales, aut uterinas venas in fæminis peculiari ſane artificio conſtitutas ferri debeat, tarde admodum, ac ſegniter ferri neceſſe eſt. Quid ſi ſanguis jam in hæmorrhoidalibus, aut uterinis vaſis ſubſiſtens, eaque diſtendens, reſiſtentibus eorum tunicis, minime excerni valeat? Diſtentiones nimirum vaſorum omnium imi ventris præternaturales fieri contingit, obſtructiones exoriri, quæ bilis in hepate, ſucci pancreatici in pancreate, cæterorumque liquorum a Meſenterii, & inteſtinorum glandulis extillantium ſecretionem inhibendo inſigne chylificationis opus labefactant; tum vero aucta ſanguinis quantitate, craſſitie, viſciditate, & lentore, per vaſa univerſi corporis ægre moveri neceſſe eſt, eadem majorem in modum diſtendere, fibrarum tunicas conſtituentium tonum evertere, hinc partium ſanguinis perfectam mixtionem tolli, ſeroſas partes a reliquarum nexu ſecedere, unde hydrops. Quibus liquido conſtare arbitror quam caute immodicæ evacuationes, præfertim hæmorrhoidum ſiſti debeant, ne dum morbum debellare volumus, pejorem excitemus. Quod præ cæteris adnotavit Hippocrates 6. aph. inquiens: *Diuturnas curanti hæmorhoides, niſi una quæpiam ſervetur aperta, periculum aquæ inter cutem, vel tabis impendet.*

Urinæ poſt largas aquæ potationes.] Nemo ignorat pro diverſa conditione ſanguinis, etiam urinæ diverſam fieri ſecretionem. Si ſero abundet, vel ob imminutas alias ſecretiones, vel ob largiorem potum, urinæ fluxum copioſiorem eſſe manifeſta res eſt. Ita hyeme, & ventis borealibus, quibus inſenſibilis tranſpiratio cohibetur, urina copioſior eſt. In thermopotationibus vero urinæ fluxus tantus eſt, ut nonnulli vias excogitaverint diverſas a renibus, ureteribuſque, quibus liquida aſſumpta ſub urinæ forma citiſſimo, breviſſimoque itinere ad veſicam deferrentur, ignorare ſe fatentes, quomodo momento fere temporis per vias ſanguinis ſecerni, & ad veſicam deferri poſſent. Quamquam vero illorum opinionem præclare rejicit Cl. Morgagn. obſervatione certiſſima edoctus renibus calculo, vel ſimili alia cauſa obſtru-

obftructis nihil omnino urinæ, vel minimum reddi, quæ tamen, fi eæ viæ adeffent, fluere per eas deberet. Sed hac de re ubi de calculo renum plura. Illud interim citra ullius erroris fufpicionem affirmari poffe videtur, fi poft largas aquæ potationes urinæ fluxus cohibeatur, naturalem mifcellam fanguinis labefactari, ferofofque humores per vaforum tunicas quafi tranfcolatos exfudare, & in cavitates effundi.

Vitia organica in thorace latentia, uti aneuryfmata, polypi cordis &c.] Præcipua fanguificationis organa effe cor, & pulmones hodie maxime extra omnem dubitationis aleam eft pofitum. Nempe ubi chyli particulæ fanguini in fubclavia confunduntur, ftatim in ea fefe explicant, in auricula, & dextro cordis ventriculo accuratius mifcentur, ab hoc in arteriam pulmonalem expulfæ a vi, atque impetu irruentis aeris in veficulas pulmonales, pondere ejufdem, elafticitate in minimis furculis majorem in modum premuntur, in contactu, & figura mutantur, & fortaffe ab eodem vafa fanguifera fubeunte (quo loco quæftio occurrit longe graviffima, ut innuimus cap. 4. com. in aph. 25.) difgregantur, diffociantur, & in motum validiorem aguntur, unde in venas latiores ex minimis capillamentis influentes rariores fiunt, atque in auriculam, & finiftrum cordis ventriculum ingreffæ fic atteruntur, comminuunturque, ut illam induant naturam, ad quam tendit naturæ finis, ut globulis fanguineis componendis, fero feparando, & fibrofæ parti refarciendæ aptiffimæ evadant, quæ funt proprietates fanguinis in fuis partibus optime mixti, & naturaliter conftituti.

Hinc liquido conftare arbitror, cur poft offenfiones cordis, & pulmonum hydrops fubfequatur. Ceffat enim, aut plurimum faltem languefcit actio illa, qua partes omnes mifcentur invicem, attenuantur, & neceffariam fluiditatem adipifcuntur, qua ceffante ferofæ partes a reliquarum nexu facile fecedunt, & per membranarum poros in cavitates effunduntur, unde hydrops. Quid quod vel corde, vel pulmonibus male affectis, & infigniter læfis, liquidorum omnium liber excurfus per eorumdem canales perturbatur, atque hinc morbofæ feri fecretiones, atque effufiones in pectoris cavitatem exoriuntur, quæ hydropem valent procreare? Qua de re vid. obfervat. collect. in Carol. Pifonis *lib. de morbis ex fero*, item Baglivum *in praxi*, M. N. C. *obf.* 117. *cent.* 3. *dec. obf.* 3. 161., item *obf.* 65. Pezoldum *obf.* 77. Boneti fepulcretum. Quo apparet perperam Veteres ad credendum vehementer adductos effe, hydropes pectoris ab Afthmate prodeuntes non aliunde, quam ex excedenti feri copia univerfum corpus inundantis ob vitiatam hæmatofim, & turbatam congruam fanguinis mixturam repetendas effe, ita quidem, ut præcedens difficultas refpirationis ab eadem copia feri pulmonales veficulas gravantis oriretur: fiquidem ejufcemodi hydropes a difficili anhelitu prodeuntes non a feri copia pulmonales veficulas gravantis, fed ab ipfa difficultatis refpiratione ortum traducunt, qua fit ut liquidorum omnium liber excurfus per cor, pulmones, & univerfum fere corpus labefactetur, unde vitiofæ fecretiones, excretionefque feri contingunt. Immo cum innumera fint, quæ ad naturalem refpirationem concurrunt, aut cum ejus organis funt connexa, nervi, ac fpiritus animales per eofdem a Cerebro in partes fluentes, mufculi, quorum numerus percenferi numerando fatis nequit, pharynx, larynx, pulmonales veficulæ, cor, ideoque innumeræ fint Afthmatis caufæ, fit, ut hydrops a difficultate refpirationis ortum traducens innumeras caufas & ipfe remotas agnofcat.

IV. *Signa funt extremarum partium præfertim inferiorum tumor &c.*] In eodem homine pro vario partium fitu, & diftantia a corde, nec non pro varia earum ftructura diverfum effe quoque fanguinis per eas partes fluentis motum perfpicuum eft. In hepate lentum, ac difficilem effe fanguinis motum ob peculiarem venæ portæ arteriæ vicem gerentis ftructuram, in liene ob cellulofam, in

omento, & utero ob frequentes vaforum plexus, a pedibus vero reditum effe difficilem adeo manifeftum exiftimo, ut curiofiore explicatione minime indigere jure putem : hinc eft in imbecillioribus, & poft graves morbos præfertim vero in hydropicis inferiorum partium tumores contingere ; nam propter magnam a corde diftantiam, ac remiffiorem arteriarum impetum fanguis facilius ad quietem compofitus ferofis congeftionibus viam recludit, quæ pedum tumorem, & crurum efficiunt, morbique decurfu auctiorem reddunt. Animadverfione autem dignum eft phænomenon illud, quod quo auctior fit tumor pedum, crurum, aliarumque partium, eo magis cæteræ extenuantur, ac contabefcunt. Quod non aliunde, quam ex fanguinis crafi nutritioni impari reddita, atque ea affecta ratione, qua totus in ferofum, atque aqueum humorem refolvatur, fi quid fentio, repetendum traderem.

Urina parca, rubra, lixivialis &c.] Cum in omni fere hydrope peccet partium fanguinis imperfecta mifcella, qua facile aquofa a reliquarum nexu fecedit, & vel in lymphaticis vafis fubfiftit, vel in cavitates effunditur, mirum non eft fi urina parca fit, rubra, lixivialis, nec quantitati potus refpondens. Cum enim folidæ partes in urina contentæ a parte fluida quantitate longe fuperentur; (etenim Cl. Bellini experimentis compertum eft ex triginta duabus unciis urinæ fani hominis in apto vafe miti calore evaporatæ, relictas effe in fundo vafis drachmas fex craffæ cujufdam, & melli fimillimæ materiæ, cui materiæ fi aqua communis, vel ipfum urinæ phlegma iterum addatur, liquor obtinetur priftino fimilis, indicio manifeftiffimo nihil effe aliud præter aquam, in qua materia illa foluta eft) quotiefcumque ferofa fanguinis pars a reliquarum nexu fecedens vel in lymphaticis vafis fubfiftat, vel in cavitates effundatur, manifeftum eft minimum ejufdem ad Renes deferri, unde urina parca. Cum vero in urina fales diverfi generis, particulæ pingues, & fulphureæ, mucofæ item, & demum terreftres contineantur, quæ aqua optime mixta urinam coloratam reddunt, eoque magis, quo minor eft aquæ copia, liquido conftare arbitror, cur ob memoratam antea caufam urina rubra, lixivialis appareat.

Sitis inextinguibilis.] Sitis, quæ liquidorum appetitus eft, vel ex caufa manifefta augetur, puta cantu, locutione, rerum acrium, falfarumque abufu, & hæc quiete, confuetifque potionibus temperatur : vel a defectu blandi humoris fauces, gulam, & quandoque ventriculum humectantis, unde arefcentes, ac vellicatæ molefta contractione afficiuntur, quemadmodum in longis evacuationibus, immodicis exercitiis, & febribus contingit, quibus fit ut fanguis vel lymphæ neceffaria copia deftituatur, vel nimis citato motu ad glandulas appellente, fecerni eadem nequeat, & hæc reftaurantium, ac refrigerantium ufu temperatur, ac mitefcit : vel demum a falfo, acri humore ad prædictas partes vellicandum potius, quam humectandum, atque emolliendum idoneo, idque in hydropicis obfervatur, quorum lympha a reliquarum nexu foluta, atque in lymphaticis vafis fubfiftens, vel ex iifdem in cavitates effufa fenfim fenfimque, componentibus ejus partibus a fe mutuo fecedentibus, corrumpitur, eamque acrimoniam nancifcitur, quæ nullis temperari poteft remediis, nifi morbus tollatur penitus, atque æger in priftinum valetudinis ftatum reftituatur : unde optime Horatius *lib. 2. od. 2.*

Crefcit indulgens fibi dirus hydrops
Nec fitim pellit, nifi caufa morbi
Fugerit venis, & aquofus albo
Corpore languor.

Spirandi difficultas &c.] Ab eodem fero fanguinis cumulato intra pectoris cavum, idcirco reftricta ejufdem pectoris cavitate, motuque diaphragmatis impedito,

dito, refpiratio intercipitur, & confequenter Dyfpnæa fubfequitur, ad quam avertendam cogitur æger e lecto defilire, & erecto corporis fitu libertatem refpirationis fibi vendicare. Noctu autem, & poft primum fomnum hoc fymptoma frequentius contingit, tum quod aeris nocturni pectus ambientis pondus majus eft, quam die; tum quod ingruente fomno fanguinis circulatio per pulmones difficilius promovetur, intra quos præterea contentus aer a lecti calore, nec non a fanguinis fervore magis rarefactus pulmonales veficulas diftendendo, & fanguinea vafcula circumprimendo multo difficiliorem fanguinis in pulmonibus circuitum reddit, unde fecretionem feri, ac lymphæ acerrimæ per membranas pulmonum fieri contingit, quæ nerveas fibrillas vellicando, & molefta contractione afficiendo prohibet, ne fatis amplietur thoracis cavitas, explicatifque pulmonibus fufficiens aeris quantitas recipiatur ad fanguinis motum per pulmones promovendum, hinc refpirationis difficultas noctu invadens, ut hoc affectu laborantes nonnifi elevato decubitu, ac quafi erecta cervice fomnum capere audeant, ficuti Heredia *difp. 6. de morb. diff. cap.* 4. in quodam fe vidiffe teftatur, qui noctu fuffocationis invafiones fic pertimefcebat, ut mallet vigiliis perpetuis confumi, quam ad dormiendum fe recolligere.

Minus frequens, & molefta morbi progreffu, quam comitari folet tufficula &c.] Accidere difficultatem refpirationis inter initia morbi facit potiffimum ea ratio, quod membranæ pulmonum debito tono gaudent, idcirco a fero ac lympha acri, quæ feparatur, facile in fpafmos aguntur, convellunturque; morbi autem decurfu laxato majorem in modum membranarum tono, irritationi percipiendæ impares evadunt, hinc nulla fere moleftia.

Ab eodem fero, ac lympha nervofas partes refpirationi infervientes irritante, ac convellente ea ratione, qua aer fimul ac infpiratus eft vehementer extruditur, oritur tufficula ficca ægros continuo exercens.

Dolor gravans in pectore, aquæ fluctuantis, & fuffocationis fenfus &c.] Serum quod in pectoris cavitatem effufum eft, pulmonales veficulas, & bronchia, vel diaphragma gravare perfpicuum eft, hinc dolor ille in pectore, nec non aquæ fluctuantis, & fuffocationis fenfus dum corpus agitatur, vel inclinatur. Quod fignum hydropis cavitatum adeo proprium eft, ut hoc folo apparente de ejufdem exiftentia liceat certo certius pronuntiare. Quod præ cæteris adnotavit Cl. Lufitanus *lib.* 1. *prax. admir. obf.* 3. & Hippocrates *lib.* 2. *de morb.*

Cordis palpitatio, lipothymia &c.] Quidquid cor infigniter ftimulare valet, ejufque motum depravare, convulfioni ejufdem producendæ aptiffimum effe, interdum adeo vehementi, ut manu pectori admota repellatur, aut interdum etiam folo vifu, aut aure ipfa propius admota ad pectus percipi poffit, adeo manifeftum eft, ut nihil fit manifeftius. Ea fere convulfio palpitationis cordis nomine venit. Hinc nil mirum, fi lympha in pectoris cavum, atque in ipfum pericardium acri, falfaque effufa nerveas cordis fibrillas vellicante, ac molefta contractione afficiente cordis palpitatio fuperveniat. Quid fi convulfio tanta fit, ut fanguinis motus intercipiatur, vel aqua in pericardio nimis copiofe cumulata, vel in pectoris cavum effufa bafis cordis prematur, prohibeaturque ad aliquod temporis fpatium fanguinis influxus per arterias coronarias in mufculares cordis fibras? Lipothymiam, atque pulfus intermiffionem exoriri manifeftius quidem eft, quam ut ullis rationibus poffit comprobari.

V. *Hydrops, quacumque ex caufa nafcatur, curatu difficillimus &c.*] Hydrops pro caufarum diverfitate, a quibus ortum traducit, plus minus periculofus practicis videtur; non adeo difficilis, qui a febre e. g., fuppreffione menfium, aut aliqua fenfibili externa caufa proficifcitur; cum tamen agatur de morbo compofito ex vitio fluidarum, & folidarum partium; fluidarum quidem, quia in pro-

priis

priis vafis non continentur, folidarum vero, quia laxatus nimis earumdem tonus, vel perverfa ftructura, fundentium fcilicet vaforum orificia nimis ampla, & patentia, abforbentium vero nimis angufta, difficillimum autem fit cum fluidarum, tum folidarum partium texturam eo redigere, ut illæ effufæ jam extra corporis confinia educantur, neve aliæ deinceps, atque aliæ ex propriis vafis elabantur, iftæ vel in priftinum fui elateris ftatum reftituantur, vel orificiis ad numerum patentibus donentur, morbum abhinc prodeuntem difficillime funditus evelli poffe adeo manifefta res eft, ut manifeftior fit nulla.

VI. *Lethalis certe, qui a vitio aliquo organico &c.*] Inter organica vitia ad thoracem pertinentia, quæ hydropem pectoris excitare valent, principem obtinent locum aneuryfmata, præfertim aortæ, & polypi cordis. Aneuryfmata quidem fieri dicuntur cum arteriæ tunicis vel a primordiis vitæ minus firmis exiftentibus, vel ab erofivo aliquo principio debilitatis, accedente valido fanguinis impulfu diftrahuntur nimium, & dilatantur. Quod nullibi frequentius contingit, quam in Aortæ curvatura, qui locus cum parum diftet a corde, ac totius fanguinis a finiftro ejufdem ventriculo in Aortam repulfi impetum fuftineat, ejufque curfum fubito, ac violenter flectat, dictæ diftractioni ferendæ magis, quam cæteræ partes idoneus exiftit. Quid aliud polypi funt, quam fibrofæ quædam, & fatis tenues concretiones in vaforum, & cavitatum præfertim, quæ præter naturam ampliatæ, & fuperficies habent inæquales lateribus genitæ a deficiente fanguinis volatilizatione, qua fit, ut fibratæ ejus particulæ, minufque ad motum expeditæ facile ad dictas partes, in quibus minor eft motus, fubfiftant, aliæ vero facile iifdem adhæreant, & his aliæ, donec concretio, quam propter aliquam cum narium polypo fimilitudinem polypum nominarunt, exoriatur? Ecquis vero aut præternaturalem dilatationem, diftractionemque vaforum ad cor pertinentium, aut polypos eo redigere fe jure poffe confidat, ut fanguinis præterlabentis liber excurfus minime prohibeatur, hæmatofeos opus, nec non fecretiones, excretionefque minime perturbentur, unde hydropis caufa removeatur, & cum eadem hydrops? Reliquum eft igitur, ut hydrops ab alterutra ex dictis caufa oriundus multo fero in pectore cumulato ad lethum ufque comitetur.

VII. *Hydropi pectoris fputum cruentum fupervenire, malum.*] Obfervatione dignum eft non raro tuffim, quæ hydropem pectoris comitatur, quæque ficca inter initia plerunque eft, in humidam mutari, five id contigerit, quod materia irritans fiat ad excretionem apta, cum prius non effet, five quod repetita bronchiorum concuffione humor, qui a glandulis pulmonum parce extillare folet, copiofius projiciatur. Hanc fequitur fputum cruentum, quod non aliunde quam a lympha copiofe in pectore cumulata, ac temporis diuturnitate eam acrimoniam nacta, qua pulmonum fubftantiam exedere valeat, repetendum effe luce clarius apparet. Hinc eft fputo cruento apparente, peffime pronuntiandum effe de ægrorum falute.

VIII. *In Anafarca, & Afcite, quo ferofos humores educam, contentus fum pul. ex tart. folub. &c.*] Indicationes in hoc morbo curativas effe fuperfluum nimis ferum, quo corpus gravatur, opprimiturque, extra corporis confinia educere, tum fanguini, cæterifque liquidis debitam crafim reftituere, tandem vifcera, folidafque partes laxas, & infirmas roborare perfpicuum eft. Ad primam indicationem abfolvendam nonnulli catharticis medicamentis, iifque validioribus, quæque ferofos humores educere reputantur, utuntur. Medicamenta hæc hydragoga paffim nuncupantur. Celebris eft radix Bryoniæ, fructus & cortex media-na ebuli, Rhamnus cathartica, Spina Cervina, ejufque fyrupus, gratiola, æfula, gummi gut., elaterium, five Cucumeris afinini fuccus ad Solem infpiffatus,

fatus ; aliaque plurima , quorum accurata defcriptio extat in Boerhaa. lib. cui titul. *de virib. medicam. cap.* 7. *de hydrag.* Quæ quidem omnia acrimonia fua ductus inteftinorum extimulando , venas majores fero exhaurire , hifque exhauftis venas capillares , & vafa abforbentia effufum humorem reabforbere , continuato vero inteftinorum ftimulo , ferum omne fuperfluum extra corpus educere creduntur . Quæ quamvis perbelle dicantur, & plura apud Auctores proftent exempla hydropicorum , qui poft hydragoga medicamenta evacuatis copiofe aquis convaluerunt , frequentius tamen ab hydragogis medicamentis laxato magis folidarum partium tono , & compage fanguinis foluta , ægros in eumdem morbum relapfos denuo evafiffe experientia compertum eft. Quid quod vehementiorum purgantium ufu vel fani in hydropem labuntur? Id quod non femel vidiffe teftatus eft Frid. Hoffmannus , atque obfervationibus in Eph. N. C. *Dec.* 3. *An.* 4. *obf.* 11. confirmatum habemus. Quamquam vero fi de levibus hydragogis fermo fit , cum in omni hydropis fpecie , tum in ea maxime quæ Afcites , & Anafarca appellatur , tantum abeft, ut faltem per intervalla locum non habeant; ut nifi adhibeantur , reliqua nullam fere præftare operam valeant . Licet enim, ut monet Celfus, *emiffus humor non fanat , medicinæ tamen locum facit , quam intus inclufus impedit* . Quid porro tartaro folubili mitius? Nihil eft aliud tartarus folubilis, ut omnibus notum eft , quam fal tartari aciditate cremoris tartari faturatus , ex quibus fal falfus refultat ad primas vias abftergendum , ac leniter ftimulandum aptiffimus.

Radic. Mechoac. f. p. rhabarb. elect. &c.] Si de radice Mechoac. fermo fit, ad hydropicos purgandos , & illos, quorum ventriculus, atque inteftina copiofo muco funt infecta, efficaciffimum æque, ac mitiffimum eft, ut propterea quofcumque benigne purget , & fine moleftia , nec injucunde , cum omnis fere faporis expers fit. Vel infantibus ipfis, & pueris ad ℨ i. innoxie exhiberi poffe teftatus eft Cl. Caf. Hoffmannus. Viris vero eamdem ab ℥ s. ad ℥ i. proponere minime veritus eft Pifo. Grates habendæ Nicolao Monardes , quod tantum medicamentum Græcis , & Arabibus incognitum primus promulgaverit .

Rhabarbaro vero nullum efficacius , aut pro ægrorum opportunitate valentius inveniri facile judicaverim . Præterquam enim quod pulcherrima hujufce laus eft egregie , & fine moleftia alvum purgare , accedit præterea & folidas partes labefactatas corroborare , & lympham omnem præfertim primis viis , ac vifceribus chylificationi dicatis infidentem atterere , obftructiones referare , fecretiones omnes , excretionefque promovere , verbo dixerim efficere , ut vires, ne fubito corruant , quemadmodum in magnis purgationibus contingit , majorem in modum confortentur.

Semin. anifor.] Ultraquamquod cum purgantibus confociatum femen anifi eorum vim temperat , & tormina , quæ ab illis excitantur, præcavet , unde non inconcinne illud Helmontius inteftinorum folamen appellavit , accedit præterea pulmonum morbis adeo prompte fubvenire, ut anima eorumdem a nonnullis dicatur. Ex anifi oleo expreffo paratur balfamum fulphuris anifatum eximiæ virtutis in iifdem affectionibus. Hinc purgans ex his compofitum eas vires habet , quas neque fatis explicare dicendo , neque percenfere numerando ullo modo poffim. Nullum adhuc hydropicum vidi , licet cum fufpicione effufionis aquæ in cavitatem pectoris , organico tamen vitio minime laborantem , qui ope hujufce remedii per epicrafim dati melius non habuerit , neminem vero , qui in Anafarcam externa aliqua de caufa inciderit , qui in priftinum valetudinis ftatum reftitutus non fit.

IX. *Horum dierum intervallo pulvis exhibeatur ex tartar. vitriol. arcan. duplic. &c.*] Diebus a purgatione vacuis diureticis uti falubre eft practicorum confilium ,

lium, præeunte obſervatione, nullam hydropis ſpeciem poſſe perfectiſſime curari niſi per urinarum copiam, ita quidem, ut quo minus urinæ redditur, eo quoque minus ſperandum de ægrorum ſalute.

Inter diuretica porro medicamenta principem obtinent locum ſales, qui ſanguinis partes incidendo ſeri copiam augent, ſerum ipſum ſibi uniunt, atque a reliquis partibus ſeparant, renalibus tandem porulis aptant, unde urinarum copioſus proventus. Quoniam ſales ſunt diverſi generis, diverſa quoque eſſe diuretica neceſſe eſt. Inter hæc eminent, quæ ex ſalibus mediis eliciuntur. Ejuſmodi ſunt tartarus ſolubilis, cujus etiam ſupra meminimus, terra foliata tartari, ideſt ſal fixus tartari aceto ſaturatus, & in alium quemdam ſalem ſalſum mutatus, tartarus vitriolatus, qui & ipſe ſal ſalſus eſt ex ſale tartari, & ſpiritus vitrioli portione emergens, arcanum duplicatum, ſal ſcilicet ex capite mortuo aquæ fortis ex nitro, & vitriolo paratæ extractus, ut mittam ſalem marin. armoni., & plurima alia, quæ cum ad incidendum, abſtergendum, & leniter vellicandum, tum ad urinas ciendas exiſtunt opportuniſſima.

X. *Hiſce fruſtra adhibitis boli ex milleped. vel lumbricor. terreſtr. &c.*] Salibus ſalſis quamplurima ſunt diuretica fortiora, ac vehementiora, quæque in uſum vocanda ſunt, ubi dicti ſales ſalſi nihil profuerint, maxime arridente accuratiorum practicorum conſilio, a levioribus ſemper aperientibus eſſe incipiendum, & paulatim ad validiora deveniendum. In horum cenſu veniunt præ cæteris millepedes, & lumbrici terreſtres, qui ratione cujuſdam ſubtilioris ſalis, quem nonnulli ad nitroſum revocant, alii eodem penetrantiorem prætendunt, & vi ſolvendi, fundendique magis pollentem, urinis potenter ciendis idonei reputantur. Ratione cujuſdam ſubtilioris, activioriſque ſalis urinam potenter movere creduntur plantæ multæ, inter quas Eryngium, Ononis, aſparagus, juniperus, virga aurea, apium, fęniculum, & hujuſmodi alia: hinc tantopere commendatæ ad aquas per urinas educendas.

XI. *Validiora hiſce vix locum habent.*] Præter ſales hactenus recenſitos diuretica facultate pollentes, ſunt quidam alii in nonnullis mixtis, qui acres dicuntur, quique ſanguinis principia fundendo, ac vehementer ſtimulando operantur. Sales ejuſmodi in antiſcorbuticis plantis, uti ſunt trifolium fibrinum, naſturtium aquaticum, coclearia, perſicaria, & aliis hiſce affinibus, uti in cœpis, alliis, raphano, & ſimilibus percipiuntur. Ex his ſpiritus per fermentationem eliciuntur, quibus nonnulli utuntur ad urinas ciendas, ubi cætera minus commode reſponderint, monente Celſo, ut experiamur alia, atque alia ad hoc, ut optato fine potiri valeamus. Addunt alii ſpiritus acidos nitri, vitrioli, tartari, & ex his alios compoſitos, uti celebrem illum carminativum Sylvii, qui de tribus etiam vocatur, ut alia mittam quamplurima, quorum accurata extat deſcriptio apud ſuos Auctores. Verum enimvero illud quam maxime verendum eſt, ne ſi fortioribus ejuſmodi diureticis uti velimus, ſanguinis maſſam magis, magiſque fundamus, humoreſque ad exſudandum per infirmos cavitatum parietes nimis proclives vehementius, quam par eſt, impellamus, unde non ſolum incaſſum eadem adhibeantur, ſed ſumme nocua evadant, uti urina lixiviali jam facta ſæpius accidiſſe experientia demonſtrat.

XII. *Hiſce ſuccedat vinum Kalybeatum &c.*] Duo præſtant Kalybeata in noſtro corpore, parte videlicet terrea adſtringente fibras naturali tono deſtitutas, & laxas corroborant, ſulphure vero tenui, ac ſubtili, quo fęta ſunt, humores attenuant, aptioreſque reddunt ad fluendum, viſcida abſtergunt, ſecretiones omnes, excretioneſque reſtituunt. Hinc Kalybeatorum adverſus hydropem eximius uſus; quibus ſi addantur illa, quæ chyloſim juvant, quæque viſcerum obſtructiones a muco viſcido tenaci oriundas reſerant, ſuperſtites, ſi qui ſint, ſero-

ſeroſos humores extra corpus educere valent, inter quæ abſynthiaca omnia, rhabarbarina, amara, paratur vinum, quo nullum efficacius, aut pro ægrorum opportunitate valentius remedii genus adhuc expertum eſſe bona fide teſtor. Eximias vires Marrubii albi præ cæteris plantis in ejuſmodi morbis adnotarunt Foreſtus, Hartmannus, ac præ cæteris Borellus, & Zacutus Luſitanus. Innumeris comprobari experimentis inquit Cl. Borellus *obſ. med. p.* 289. *marrub. albi ſummitates vino albo infuſas, & triduo epotas mire ad menſtrua provocanda, ſtomachum roborandum, cachexias, & fœdos virginum colores arcendos valere.* Conſerva florum marrubii cum melle parata ad ℥ i. quotidie per quadraginta dies exhibita nobilem quemdam ſcyrrho hepatis jam diu laborantem integræ ſanitati reſtitutum fuiſſe, aliis Kalybeatis medicamentis fruſtra tentatis, memorat Zacutus Luſitanus *lib.* 2. *prax. adm. ob.* 48. De Kalybeatis plura alibi dicemus.

XIII. *Quibus ſuppreſſæ ſunt naturales Menſium evacuationes, venæ ſectio &c.*] Phlebotomia in hydrope ab omnibus fere Medicis damnatur. Licet enim per eam exhauſtæ venæ majores anſam præbeant venis capillaribus, vaſiſque abſorbentibus ſerum, quod vel intra propria vaſa ſubſiſtit, vel intra fibras, aut in cavitates effuſum eſt, admittendi; cum tamen ſeroſum ipſum ſanguinem efficiat, vaſorumque imbecillitatem, & atoniam, quæ ut cauſa, vel ut effectus cum his morbis conjungitur, ob ſpirituum jacturam, augeat, cauſa eſt quare nova ulterius ſeri effuſio contingat. Quod tamen ſic accipias velim, ut ad credendum vehementer minime adducaris, nullum eſſe caſum, in quo etiam peccante Cacochymia ſeroſa, venæ ſectio citra ullius diſcriminis ſuſpicionem adhiberi poſſit: nam ubi cum cacochymia ſeroſa plenitudo vaſorum conjungitur, uti in cholorofi ex ſuppreſſione menſium oriunda non raro contingit, tantum abeſt ut venæ ſectio noceat, ut etiam ſummopere proſit. Quod fere præſtantiſſimi Alexandri Tralliani monitum eſt *lib.* 9. *de aqua inter cutem*, ubi ait: *Cui enim hydropi Anaſarca nomen eſt, ea venæ ſectionem interdum requirit, ut quæ ex ſanguinis frigidi copia* (quæ certe nihil aliud eſſe videtur, quam cacochymia cum plenitudine conjuncta) *naſcatur. Videmus enim quod etiam ignis externus cum lignis viridibus propemodum extinguitur, refocillatur rurſus, ſi illa, quæ ipſum ſuffocabant, auferantur.*

XIV. *His etiam conferre viſæ ſunt pillulæ ex limatur. mart. &c.*] Cum ex dictis *com. in aph.* 12. conſtet ferrum duplici ſubſtantia fœtum eſſe, terrea videlicet, & corroborante, & ſulphurea, ac volatili, perſpicuum eſt illud eſſe remedii genus, ut ſi quid in pertinaci Menſium ſuppreſſione ſperari poſſit, ab hoc uno remedio ſperari jure merito poſſit. Terrea enim parte acerbi omnes, atque acidi ſapores corriguntur, ſimulque tonus viſcerum reſtituitur, ſulphurea vero, ac ſpirituoſa mucilagineæ ſordes primis viis, hiſque proximis viſceribus inhærentes, unde menſes ſiſti contingit, diſſolvuntur, atque abſterguntur, atque hac ratione eorum fluxus reſtituitur.

Croc. opt. pul.] Quid Croco ad digerendum, ad reſolvendum, ſanguinis molem attenuandam, ventriculum, atque huic proxima viſcera roboranda, eorumque obſtructiones, uteri præſertim, referandas efficacius? Singulare eſt, quod narrat Amatus Luſitanus, mulierem quamdam ab aſſumpto medicamento, cui crocus admixtus fuit, duas puellas colore luteo tinctas peperiſſe, coloremque aquæ tepidæ lotione evanuiſſe. Quod confirmatum fuit experimento Jo. Ferdin. Hertode *in ſua crocologia*, qui cum canem gravidam aliquando multo Croco nutriviſſet, eamque accedente partus tempore ſecuiſſet, non ſolum catellos, ſed ſecundinas ipſas flaveſcentes reperiſſe teſtatus eſt. Quod ſane illorum opinionem firmat, qui exiſtimant crocum uteri affectibus ſpeciatim opitulari.

Gum. Sagap.] Nihil eſt Sagapenum, quam ſuccus ex planta quadam, quam

Ferulam esse nonnulli cum Dioscoride conjiciunt, medius inter gummi, & resinam, qui si candelæ admoveatur, flammam concipit, sulphurearum particularum indicio manifestissimo, quæ cum salinis ea ratione conjunctæ sunt, qua opus est ad discutiendum, attenuandum, abstergendum, viscerum imi ventris obstructiones, uteri præsertim, reserandum, atque abhinc prodeuntem suppressionem mensium, atque hydropem profligandum. In uterum speciatim agere suspicantur nonnulli, quod fetum enecare dicitur; quorum propterea salubre consilium est ab eodem gravidis existentibus mulieribus abstinendum esse. Tantam Sagapeno obstructiones reserandi vim tribuit Rolfinkius, ut exterius etiam admotum incantamenti ad instar obstructiones tollere haud dubie affirmaverit.

Alo. succotrin.] Tres communiter assignantur Aloes species. Prima caballina est, quæ ob odorem, & saporem teterrimum solis veterinariis ad brutorum usum relinquitur. Altera hepatica, quæ præstantior caballina, inferior tamen succotrina ex insula Succotra plantæ ejusdem nominis, ex qua succus exprimitur, feracissima, unde ejus nomen, ad nos allata, quæ omnium præstantissima. Eaque cæteris posthabitis ad usum internum adhibetur, utcumque nonnulli apud *Zacutum Lusitanum*, & *Rolfinkium*, hepaticam succotrinæ anteponendam esse asseverent. Partium valde volatilium, tum salinarum, tum sulphurearum copia donari Aloem succotrinam Cl. Boulducii Reg. Scient. Acad. Par. socii experimentis compertum est. Ab his fere pendet facultas pituitam tenacem, ac viscidam ventriculi parietibus adhærentem incidendi, resolvendique, simulque crassas, viscidasque sordes, quæ in ventriculo, intestinis, inque proximis visceribus stabulantur, detergendi, atque abhinc ortas obstructiones, & Mensium suppressionem tollendi. Testor enimvero me in virginibus cholorosi laborantibus, aliisque gravissimis morbis, & pertinacissimis ex usu istarum pillularum mirabiles effectus deprehendisse. Nonnullis post duodecim, aliis post septem, interdum etiam post tres dies, non sine illorum admiratione, qui innumeris fere medicamentis earum corpora pertractaverant, Menses rediisse, atque in pristinum valetudinis statum restitutas easdem fuisse. Jam etiam me tacente facile omnes intelligunt, ubi res fit cum cachecticis, atque iis, qui in anasarcam lapsi sunt, quibus suppressæ sunt naturales Mensium, Hæmorrhoidum evacuationes, quibusque humidiorum excrementorum copiosus proventus est, minus vereri fas esse, ut corpora eorum plus æquo siccentur, & in atrophiam inducantur, viscera inflammentur, in periculosas hæmorrhagias labantur, quo metu perterriti plerique a Martialibus, atque excalefacientibus medicamentis, præsertim vero ab Aloeticis abstinuerunt, ut revera verendum esset, si ægri calidi, ut ajunt, & sicci temperamenti, si extenuati, quorum viscera præfervida, sanguis æstuans, quique ad hæmorrhagias proclives sunt, iisdem pertractarentur, ut luculenter præ cæteris testatus est Fernelius *lib.* 3. *meth. med. cap.* 9. Ex quibus colligi potest remedia eo casu menses moventia aliunde, quam ab hoc fonte petenda esse.

XV. *Ad acidulas opportuno tempore deveniendum.*] Varia passim vago Medicorum rumore circumferri solent de damno aquarum mineralium insigni visceribus inflicto, deque noxa in hydrope. Occasionem dedit præ cæteris Agricola, qui, ut notat Frid. Hoffmannus in lib. *de natur. eorum, quæ effluunt e terra lib.* 2. *cap.* 2. hæc omnia crasse explicavit. Quibus plerique adeo sunt perterriti, ut in plerisque morbis, præsertim vero hydrope, cane pejus, & angue a Mineralibus aquis abstinuerint. Ne diutius quam par est huic quæstioni immoremur, paucis habeto. Aquæ acidulæ in ea hydropis specie, quæ ab insigni aliqua læsione viscerum dependet, abscessu puta, ulcere, vel simili, vel a lymphaticorum vasculorum disruptione, erosione, unde serosi humores in cavitatem Abdomi-

dominis, vel Thoracis effusi jam sunt, minime conveniunt: siquidem illarum usu viscera magis magisque labefactari contingit, lymphatica vero vasa magis magisque disrumpi, atque abhinc prodeuntem hydropem augeri, aut confirmari. Quod si hydrops a laxitate tantummodo solidarum partium exoriatur, ab infarctu, atque obstructione viscerum imi ventris, indeque libero sanguinis cursu impedito, quemadmodum illis contingit, quibus suppressae sunt naturales evacuationes mensium praesertim in mulieribus, tantum abest, ut nullum levamen, certum noxae periculum expectandum sit, ut nihil excogitari possit, quod ad ejusmodi morbos debellandos aut efficacius sit, aut pro aegrorum opportunitate valentius. Ecquis est qui non videat, parte acidularum spirituosa mucilagineas sordes primis viis, inque proximis visceribus inhaerentes dissolvi, Martis vero vena solidas partes in pristinum elaterii statum restitui, dyscrasiam viscerum tolli, coctiones omnes, secretionesque humorum promoveri, ac propterea hydropis fundamenta ab imo convelli? Quod verentur nonnulli ab aquarum copia, ac pondere solidas partes plus aequo laxari, poros membranarum nimium diduci, serosisque humoribus in cavitates exitum dari, corpus superfluo seroso latice onustum reddi, merae nugae sunt; nisi de praepostero earumdem usu eos intellexisse dicamus. Quaenam enim tandem sint quantumvis innocentissima, quae praepostere adhibita aliqua ex parte non noceant? Quem autem vadem demus nullum non solum detrimentum capi posse ex aquarum acidularum usu in hydrope, si debito cum regimine assumantur, sed corpora exsiccari penitus, eorumque humiditatem omnem absumi? Quae res sic a plerisque accepta est, ut intelligerent corpora sicca, & biliosa extenuata, humidis excrementis vacua, quorum viscera praefervida sunt, atque aestuans sanguis est, haud acidulis esse pertractanda, ne eadem magis magisque exsiccarentur, in atrophiam inciderent, ac sanguis magis accenderetur. Errorem tamen egregie sustulit Cl. Henricus ab Heer luculenter ostendens, id intelligendum esse de superfluo aquoso latice, qui in corporibus cachexia laborantibus, vel hydrope abundat; haec enim corpora, absumto, quo praeter naturam madefiebant, humore, exsiccantur, & macra redduntur, ut Cl. Cyrillus consil. 3. *cons.* 8. egregie animadvertit.

XVI. *In hydrope thoracis vix lenientia ex flor. Cas. pulp. tamarind. &c.*] Si in ulla hydropis specie a purgantibus abstinendum est, certe in thoracis hydrope abstinendum. Cum enim in hac hydropis specie ad animi deliquia, ad virium exsolutiones, & alia hujusmodi mala proclivitas adsit, purgantia medicamenta nerveas fibrillas insigniter vellicando, ac mordendo eadem facile excitare valent, atque aegros de medio tollere. Quid si organicum vitium eidem ansam dederit? Si aneurysma, periculum est, ne disrumpantur arteriae tunicae, sanguisque effluus aegrum suffocet, ut Nobili cuidam viro accidisse novimus, qui hydrope thoracis laborans, assumpto ad educendas aquas purgante pharmaco, inter egerendum frigido sudore superveniente, mortuus est. Aperto cadavere aneurysma satis insigne Aortae disruptum esse, effusumque sanguinem in cavitate pectoris deprehensum fuit. In eodem fere discrimine versari hydrope laborantes, si polypus cordis, aut aortae, si tubercula, aut vomicae occultae occasionem praebuerint, manifestius quidem est, quam ut ullis rationibus possit comprobari. (*a*) Quare satius est emollientia tantum, ac lenientia adhibere, inter quae Cas. Man. & alia ejusmodi, quorum pulcherrima laus est pectus lenire, atque expectorationem promovere.

XVII. *Imo tutius est uti Clyster. ex urina puer........ therebint. &c.*] Clysteres ex therebintina, nitro, & similibus parati, praeterquamquod alvum sol-

 lici-

(*a*) *V. Maccoppe de Aortae polypo.*

licitando ad capitis, & pectoris symptomata avertenda idonei existunt, urinas etiam copiose ciere valent; quod non sine admiratione accipi solet ab iis, qui causam quare fieri id possit se ignorare prorsus fatentur; quæ enim consensio intestinorum cum renibus, quid fæcibus cum urina commune? Qui tamen minus mirabuntur, si diligenter perpenderint in Colo adesse vasa lactea, per quæ facile possunt particulæ in sanguinem invehi, quæ ad urinas promovendas sint opportunæ. Neque desunt exempla quorumdam, qui solis Clysteribus nutrientibus diu superstites vixere. Huc accedit posse clysteres ex attactu Coli cum Renibus fotus instar ad serum urinarium copiose separandum eorum substantiam sollicitare, ea prorsus ratione, qua laxantes, atque emollientes nephriticos dolores sedare experimur.

XVIII. *Ad urinas ciendas solum boli ex millep. vel lumbric. pp. &c.*] Uti purgantium, sic diureticorum summus habendus est delectus, atque ea quidem, quæ parti ab aquis obsessæ magis conveniunt, cæteris præferenda. Uti igitur salina, fortiusque incidentia, & acida in Ascite, & Anasarca conveniunt, ita in hydrope pectoris vix, ac ne vix quidem locum habent. Cum enim debilis sit eorum textura, facile ab ejusmodi medicamentis, præsertim iis, quæ acida sunt, labefactatur: acida enim pulmonibus sunt infestissima. Solum igitur balsamica, & nitrosa cum pulmones egregie corroborent, in hydrope pectoris eximiam operam præstant. In horum censu veniunt millepedes, & lumbrici. Sale enim quodam nitroso abundant, qui pulmonibus amicissimus est.

Sal quoque volatile succini blanda, qua pollet, mitique aciditate, non solum pulmonum, sed renum fibras corroborando, & amica titillatione afficiendo seri urinarii secretionem promovet, hinc eximius ejusdem usus in hydrope pectoris. Diuretica donari facultate balsama, uti sunt Copaib., Peruvian., therebint. supra a nobis demonstratum est. (*V. cap. 3. com. in aph. 14.*) Simili fere virtute sunt præditæ pleræque plantæ, præ cæteris hedera terrestris, quam cum pulmonum amicitia claram fecerit, in hac hydropis specie convenientissimam esse certo certius habendum.

XX. *Hisce addenda levissima Martialia .... tinctur. mart. suc. pomor. ex. &c.*] Ne corroborantibus quidem remediis uti debemus in hydrope pectoris sine delectu. Cum enim membranulæ, quibus pulmonum sinus coagmentantur, nec arctiore, nec laxiore gaudere debeant structura, ne aeris particulas, quæ hinc inde permeare solent, impediant, nec nimis firmo, nec nimis debili præditæ esse debeant tono, ut debita fibrarum muscularium ope, quibus circumligantur, constringi, & dilatari possint, quæ adstringendi vi pollent, pulmoni esse infestissima perspicuum est. Quare ad ea confugiendum est, quæ debitum illis tonum conciliant, nec nimis adstringunt, cujusmodi est tinctura mart. suc. pomor. aut simili alio miti menstruo parata, & huic affinia.

XXI. *Sed præ cæteris optima victus ratio instituatur &c.*] Egregie notat Celsus, (*a*) Hydropem facilius in servis, quam in liberis tolli: *quia cum desideret famem, sitim, mille alia tædia, longamque patientiam, promptius his succurritur, qui facile coguntur, quam quibus inutilis libertas est. Sed ne hi quidem, qui sub alio sunt, si ex toto sibi temperare non possunt, ad salutem perducuntur.* Abstinere præsertim a potu tanti interest, ut in hoc potissimum consistat totius curationis momentum. Illud enim observationibus compertum est, neminem sanari, nisi illum, qui a potu prorsus abstinuit, curavitque urinas copiosius ejicere, cessante tunc omni siti, & cum siti morbo. *Et tum demum secundæ valetudinis spes est, cum plus humoris per urinam excernitur, quam assumitur.* Ita laudatus Celsus.

Radi-

(*a*) *Lib. 3. cap. 21.*

Radicibus raparum &c.] Plures infunt facultates medicæ radicibus raparum. Earum decoctum plurimum valere ad quartanas contumaciores, aliofque effectus debellandos Cl. practicorum, Cratonis præfertim, & Scherbii, ut refert Cafp. Hoffmannus *in inftit. med. lib.* v. *cap.* 21. teftimonio evincitur. Quid quod nullum in pectoris affectibus, & tuffi pertinaciffima efficacius, aut pro ægrorum opportunitate valentius earum decocto, fi præfertim illud ad magni Cratonis confilium 81. adornetur? Fateor enimvero me fimpliciffimo hoc remedii genere in conftitutione quadam Epidemica tuffium mira præftitiffe. Quam fapienter ait Plinius! *nos plerafque herbas pedibus conculcare, quarum fi nobis virtus fpectata effet, eas in cœlum laudibus efferremus.*

Moderate exerceatur.] Exercitatione quoque corporis fit, ut multo facilius, quam ullis aliis remediis hydrops folvatur. Aucta enim ob motum mufculorum fanguinis circulatione, effufos humores partim per cutim excuti contingit, partim in venas pelli, & per alias excretionum vias tandem emitti. Unde Hippocrates lib. de diæta *fect.* 38. *laborem ficcare, & corpus robuftum facere* jure merito pronuntiavit: ut mittam quod Galenus com. in Hipp. *lib. de diæta* in eamdem fententiam tulit: *Exercitatio omnium vitioforum, qui in corporis profundo funt humorum purgationem fupplet.* Et fect. 3. com. 50. *Exercitia collectas fingulis diebus fuperfluitates expurgant*: unde exercitio corpora leviora fiunt, ut notat Sanctorius in Medic. ftatica. Quod confirmat Verulamius *lib.* 4. *de augment. fcientiarum c.* 1. his verbis: *Vix aliquam in morbum inclinationem inveniri, quæ non exercitatione quadam propria corrigi poffit.*

C A P U T VI.

De Afthmate humido, & convulfivo.

I. Quotiefcumque prohibetur, ne fatis ampliata thoracis cavitate, explicatifque pulmonibus fufficiens aeris quantitas ad fanguinis motum per eofdem promovendum excipiatur, difficilis refpiratio exoritur, interdum cum febre, plerunque fine, homines invadens.

II. Tres funt difficilis refpirationis fpecies maxime illuftres, dyfpnæa, afthma, orthopnæa. Omnes gradu folum differunt inter fe.

III. Innumera fere funt, quæ difficilem refpirationem efficere valent; frequentiffime 1. ichores craffi, vifcidique, vel tenues ac fluidi e foluta fanguinis maffa, diductifque nimium, atque apertis meatibus in pulmones depofiti, 2. mufculorum, fibrarumque refpirationi miniftrantium fpafmodica contractio a fpirituum animalium inconcinno, atque inordinato motu concepta irritatione ortum traducens: unde afthmatis divifio in humidum, & convulfivum.

IV. Difficilis refpiratio cum fonitu, & tuffi, qua materia vifcida, ac lenta, vel tenuis, ac ferofa cum levamine excernitur, noctu gravior, quam die, quæ fenfim augetur, fenfimque imminuitur, nunquam vero omnino intermittit, afthma humidum folet comitari.

V. Si quis derepente in difficultatem refpirationis incidat, nullo fonitu, ftertoreque, nulla materiæ excretione, vel tenuis tantum, & ferofæ

abfque

abſque levamine, comitante, cum ſenſu conſtrictionis cujuſdam zonæ ad inſtar ad ſternum, coſtas ſpurias, & vertebras lumborum, urinis crudis, & aqueis, dum invadit paroxyſmus, qui citra manifeſtam cauſam ſolvitur, aſthmate convulſivo laborare certo certius habendum.

VI. Contumaciſſimus morbus eſt Aſthma humidum, ſæpius recurrens, quique in ſenibus præſertim vix unquam curationem admittit.

VII. Convulſivum, ſi diuturnum fuerit, in humidum tranſit.

VIII. Utrumque in phthiſim, hydropem ſæpe deſinit.

IX. In paroxyſmo aſthmatis humidi oleum amygd. dulcium, mucilagin. ſemin. malvar. alth. pſyl., ſyrupi de ibiſco, papaver. rhæad. aqua malvarum, violarum diluti cocleatim propinandi.

X. Hydromel, decoctum folior. thee copioſe, & calide epotum mira præſtant.

XI. Si æger in ſuffocationis diſcrimine verſari videatur, etiamſi virium debilitas adſit, & pulſus obſcuritas, aut hydrops, ad venæ ſectionem deveniendum.

XII. Emetica cautiſſime præſcribenda Aſthmaticis, cum ſæpe a pectoris debilitate, anguſtia, ſputo ſanguinis prohibeantur. Ubi autem nihil prohibeat, ſint eadem blanda ex aqua tepida mellita, & penna oleo illita in fauces immiſſa, aut ſimilibus.

XIII. Hiſce ſuccedant boli ex gum. ammoni. ſpermat. ceti albiſſimi, lumbric. terreſtr. præp. ʒ ii. cum balſam. ſulphur. therebint. q. s. f. *6*. n. xx. cap. iv. quotidie ſuperbibendo decoctionem theiformem radic. enul. campan. fol. veron. heder. terreſtr. ℥ vi. adde ſyrup. nicotianæ rite parati ℥ i. Illorum loco dentur ſequentes. ℞. Therebint. venet. lot. ʒ i. s. extract. enul. campan. heder. terreſt. a ʒ .s. ſal. volat. ſuccin. ℈ i. m. f. bol. n. xii. cap. iv. quotidie.

XIV. Ubi ſtomachi mucilago præſertim ſit reſolvenda, radix Ari. s. pul. cum extract. flor. Chamom. q. s. necnon decoct. folior. thee cum elixir. propriet. gut. xx. ad xxx. mirum in modum conferre viſa ſunt.

XV. In paroxyſmo aſthmatis convulſivi, ſi vehemens ſit difficultas reſpirationis, & plenitudo adſtiterit, venæ ſectio inſtituenda, Clyſteres emollientes injiciendi, manus, pedes in balneo aquæ tepentis demittendi per ſemihoram, aut amplius.

XVI. Tinctura ſuccini rite parata, aut liquor Cor. Cer. ſuccinat. a gut. xx. ad xxx. ex aq. flor. til. lilior. conval. mane exhibenda. Veſpertinis vero horis emulſiones ex ſemin. papav. alb. ʒ ii., quatuor frigid. ℥ i. s. in aq. lactuc. portulac. cum ſyrupo violarum eximiam operam præſtant.

XVII. Guttis aliquot laudani liquidi graviores inſultus ſedatos fuiſſe novimus.

XVIII. Oleum amygdal. dulc. ad ℥ i. quotidie exhibitum quam bene cedit in aſthmate convulſivo!

XIX. Milleped. in vino albo infuſio ad aſthmata tum humida, tum ſicca curanda efficaciſſimum, ſi quod aliud eſt medicamen.

XX.

XX. Extra paroxyſmum opportuno tempore ſerum lactis caprini deſtillatum cum foliis lactuc. portulac. flor. violar. papaver. errat. radic. liquerit. aven. hord. jujubis quotidie ad ℥ viii. vel x. propinandum per xxx. circiter dies. Ardente ſirio aquæ Nocerianæ, Willenſes, tandem lac aſininum exhibendum.

XXI. Optima victus ratio inſtituatur. Ab acidis æger abſtineat, viſcidis, glutinoſiſque. Moderate exerceatur in aere præſertim ruſticano, aratrum dum terra figitur, ſequens.

CAPUT VI.

De Aſthmate humido, & convulſivo.

I. *Quotieſcumque prohibetur, ne ſatis ampliata thoracis cavitate &c.*] Nemo ignorat reſpirationem duobus motibus conſtare fere contrariis, inſpiratione ſcilicet, & expiratione. Inſpiratione fieri, quando aer per glottidem intra pulmones adigitur, expirationem vero, dum ab iiſdem emittitur, manifeſta res eſt. Hi duo motus quomodo perficiantur, arduum, atque inſolens explicatu phænomenon eſt. Si tamen conſideremus aeri ineſſe gravitatem, id quod docet aſcenſus Mercurii in Barometro, nec non elaterem, id quod ſclopeta pneumatica, & veſica luſoria, quæ compreſſa ſtatim reſtituitur, manifeſtum reddunt, ac corpora in eo innumera circumquaque æqualiter premere, preſſioneque hac aliquo in loco deficiente, aut diminuta, illum qui circumſtans eſt in eum locum ingredi conari, quod cætera fluida faciunt, quæ eo tendere conantur, ubi minorem inveniunt reſiſtentiam, non multum negotii faceſſet phænomeni explicatio. Ecquis porro inficias ire auſit, aerem circumquaque premere animantium corpora, omneſque illorum partes, non ſecus ac illis accidit, qui ſub aquam merguntur, qui compreſſionem quamdam, & conſtrictionem ſentiunt? quam ſane & ipſi nos in aere verſantes ſentiremus, niſi vel diuturnitas ſenſum ſuſtuliſſet, vel ad illam conſtrictionem nati ipſam ferremus commodiſſime. Pulmones ad latera premi a coſtis exterioribus preſſionem ſuſtinentibus, ad fundum a ſepto tranſverſo, ad laryngem ab aere immediate, tam certum eſt, quam quod certiſſimum. Preſſione igitur aliqua ex his partibus deficiente, aut imminuta conari aerem eo tendere, ubi minorem offendit reſiſtentiam, luce clarius apparet. Idque potiſſimum accidit in inſpiratione. Dum enim elevantur coſtæ, ac deprimitur ſeptum tranſverſum, thoracis cavitatem tum quoad longitudinem, tum latitudinem ampliari contingit, pulmonum vero latera, & fundum aeris preſſionem amplius non pati, hinc aerem, qui ad glottidem eſt, cum viribus alterius ſibi contranitentis prævaleat, tota quidem ea vi, qua eidem prævalet, in bronchia, & pulmonales veſiculas irruentem mollem pulmonum ſubſtantiam inflare, atque attollere. In hoc motu, qui inſpirationem conſtituit, pulmones nihil agere, & dilatari, quia implentur, adeo manifeſtum eſt, ut nihil ſupra. Contrarium ſuccedit in expiratione. Depreſſis enim coſtis, & ſurſum adacto diaphragmate, ceſſantibus cauſis pulmonem, & thoracem dilatantibus, adjuvante vi aeris inferiores veſiculas occupantis, utpote magis compreſſi, & elaſtici, quemadmodum animadvertit Cl. Mazinus *par. prim. mech. morb.* præſertim vero in fibris pulmonum compagi intertextis, ſeu reticulo muſculari eoſdem comprimente, aer a pulmonibus emittitur. Quo apparet pulmones in expiratione nonnihil agere. In inſpiratione extrema

trema vaſorum capillamenta pulmonales veſiculas ambientia explicari contingit ; hinc ſanguinem per eaſdem facilius fluere ; in expiratione vero eadem concidere, comprimi, ſanguinem ex iiſdem exprimi, atque hac ratione ſanguinis curſum per pulmones promoveri. Quod erat adoleſcentibus demonſtrandum, ut intelligerent tunc cum ampliari non poteſt thoracis cavitas, explicarique pulmones, ac ſufficiens aeris quantitas ingredi ad ſanguinis motum per eoſdem promovendum, depravari, ac difficilem reddi reſpirationem.

Interdum cum febre, plerumque ſine &c.] Carentia febris ex Galeno communis eſſe debet omnibus difficilibus reſpirationibus, ita ut ſi cum febre ſint, aliam ægritudinem denuntient. Quæ ſententia multis minus commendatur. Poteſt enim, ut egregie animadvertit Cl. Bellinus, febris cum harum ſingulis conjungi, prout ſingulæ a diverſis morbis procedent febrim ſecum ferentibus, vel ipſa difficilis reſpiratio neceſſario ſecum feret productionem febris, niſi forte per difficiles reſpirationes intelligendæ ſint non quæcumque difficiles reſpirationes, & ab alio quolibet morbo vel pendentes, vel ipſum producentes, ſed quæ velut ex ſe ſunt, & febre carent; quæ lis potius de nomine eſt, quam de re.

II. *Tres ſunt difficilis reſpirationis ſpecies &c.*] Pluribus modis depravatur reſpiratio, unde ortæ variæ difficilis reſpirationis differentiæ. Omnium reſpirationum difficilium facillima dicitur dyſpnæa, reſpiratio ſcilicet frequens ſine anhelitu, ſine ſtertore, ac ſibilo cum modica moleſtia. Hanc ſequitur aſthma, reſpiratio ſcilicet difficilior majore cum anhelitu, moleſtia, ſtertore, ſibilo. Tandem Orthopnæa, ſeu difficillima reſpiratio, ut propterea ægri non ſolum anheli ſint, ſed nonniſi erecta cervice reſpirare valeant. Quartam, ac ſummam alii addunt ſpeciem, Apnæam ſcilicet, quæ tamen potius reſpirationis intermiſſio eſt, quam difficultas.

III. *Innumera fere ſunt, quæ difficilem reſpirationem efficere valent; frequentiſſime ichores craſſi &c.*] Quoniam innumera fere ſunt, quæ ad naturalem reſpirationem faciunt, aut cum ejus organis ſunt connexa, innumera quoque eſſe, quæ eamdem difficilem reddunt, neceſſe eſt. Nempe ad reſpirationem præ cæteris concurrunt muſculi pectoris, intercoſtales interni, & externi, diaphragma, larynx, aſpera arteria, ejuſque diviſiones innumeræ bronchia conſtituentes, veſiculæ pulmonales, ſanguifera vaſa, aer qui in inſpiratione in pulmones admittitur, in expiratione vero emittitur, ſanguis per pulmonum vaſcula excurrens. Cum organis reſpirationis connexa ſunt Pericardium, Cor, Aorta, vena cava, viſcera imi ventris, quæ omnia ſi aliquo modo vitientur, ut munere ſuo rite fungi non poſſint, reſpirationem difficilem reddere manifeſtius quidem eſt, quam ut ullis rationibus poſſit comprobari. Si enim de muſculis pectoris ſermo ſit, intercoſtalibus internis, externiſque, de diaphragmate, ecquis eſt qui non videat, aut paralyſi, aut convulſione, diſtractione, aut alio modo præternaturaliter affectis, & thoraci dilatando, conſtringendoque impares reddi, liberumque aeris ingreſſum ingreſſumque prohiberi? Larynx, ſeu ſuprema aſperæ arteriæ pars, ſi ulcere, aut tumore detineatur, aſpera ipſa arteria ſi comprimatur, vel conſtringatur, aut ſimili vitio afficiatur, idem præſtabunt; bronchia, & pulmonales veſiculæ infarctæ, obſtructæ, aut extrinſecus preſſæ, id quod in tuberculis crudis, vomicis, calculiſque in pulmonibus latentibus contingit (quorum exempla extant apud Cl. Dodonæum *obſ.* 23. Platerum *lib.* 1. *obſ.* 180. Rentman *lib. de calcul.* Thomam Bartholin. *hiſtor. c.* 1. Kerkringium *obſ.* 27. Jo. Rhod. *cent.* 11. *obſ.* 3. Piſon. lib. *de morb. a ſeroſa colluvie ſect.* 3. *c.* 4. *obſ.* 46. & Miſc. N. C. *an.* 4. *ob.* 11. item dec. 2. *an.* 2. *obſ.* 303.) Pulmonum item vaſcula craſſis humoribus, vel concreto ſanguine obſtructa, aut conſtricta magis, quam eidem libere traijciendo paria ſint, anheloſæ reſpirationi inducendæ aptiſſima exi-

exiſtunt. Quid ſi aer aut nimis rarus, vel denſus, vel incongruis particulis infectus ſit, id quod potiſſimum ex fumis metallicis, ſaturninis, ſulphureis, venenatis, arſenicalibus, carbonum foſſilium exhalantibus, perque eumdem diffuſis contingit, qui aut obſtruendo veſiculas pulmonales, aut plus æquo diſtendendo, aut nerveas earumdem fibrillas conſtringendo, ſibimet, & ſanguini per pulmones fluenti liberum excurſum præpediat? Nonne ſanguis nimia copia peccans, aut raritate, aut craſſitie, viſciditate, & lentore per pulmonalia vaſa trajectus plus æquo reſtitare valet, eorumque tunicas diſtendens partim neceſſarios pulmonum conſuetos motus præpedire, partim eorumdem veſiculas anguſtiores reddere, ac minus liberam ingreſſuro, atque egreſſuro aeri ſemitam efficere? Jam vero ſi pericardii cavitas ab aqua nimia, aut ſero cor inundante occupetur, aut pericardium ipſum tumore afficiatur, vel aucta cordis ſubſtantiæ magnitudo peccet, aut ejuſdem ventriculorum dilatatio, aut polypoſæ concretiones, (de quibus vid. D. Greiſelius M. N. C. *an.* 1670. *obſ.* 74. nec non Dec. 2. *an.* 10. *obſ.* 174. Malpighius *diſſert. de polypo*, Bergerus *de polypo cordis*, & Bonetus anat. pract. *lib.* 1. s. 2. *& lib.* 2. s. 2. 2.) arteria item Aorta ſimilibus vitiis infeſtetur, vena cava varicibus, ita quidem ut liber, & æquabilis aeris in veſiculas pulmonales ingreſſus, egreſſuſque prohibeatur, difficultatem reſpirationis exoriri debere adeo manifeſta res eſt, ut manifeſtior ſit nulla. (De his quoque vid. Alex. Kn. Maccoppe *de Aortæ polypo* epiſtola medica, præ cæteris vero Hippolytus Franciſcus Albertinus com. A. B. in animadverſionibus *ſuper quibuſdam difficilis reſpirationis vitiis a læſa cordis, & præcordiorum ſtructura pendentibus*) quibus addenda mala pulmonum conformatio, quam hæreditarium aſthma producere liquet ex M. N. C. *Dec.* 2. *an.* 6. *p.* 252. & Foreſto *lib.* 16. *obſ.* 9. Neque raro evenit, ventriculo, hepate, liene, cæteriſque imi ventris viſceribus male affectis difficultatem reſpirationis ſubſequi: quod plerunque contingit in magnis obſtructionibus, tumoribuſque, quibus diaphragmatis depreſſio prohibetur, & liber aeris in pulmones ingreſſus, hinc difficultas reſpirationis; ut mittam hepar ope ligamentorum latorum, lienem ope membranarum cum diaphragmate, cætera viſcera ope nervorum cum organis reſpirationis inſignem habere communicationem, unde hiſce aliquo modo affectis, vel leni convulſione, diſtractioneque, illa quoque in conſenſum trahi contingit, & reſpirationem depravari. De ſingulis autem hiſce modis, quibus depravari poteſt reſpiratio, ac curatione ſpeciatim agere ultraquamquod aleæ pleniſſimum opus ſit, cum pleraque illorum vitiorum lateant ita, ut nihil de iiſdem liceat affirmare, quod erroribus obnoxium non ſit plane innumeris, ut cum laudato Albertino initio orationis animadvertimus, alia in aliis morborum tractationibus comprehendantur, nullum præterea dicendi finem faciam. Ad eam igitur tantum difficilem reſpirationem, de qua ſeorſim agitur a Medicis, quæque uſus obtinuit, ut Aſthmatis humidi, ſeu humoralis, vel convulſivi nomine inſigniretur, ſermonem contrahimus. Atque ad priorem quod ſpectat, ecquis eſt, qui non videat turbata congrua ſanguinis mixtura, ſolutaque ejus compage, quod plerunque fit a ſalibus vitioſis in ipſa congeſtis, quibus fibroſa pars comminuitur, exteriturque, vel deficiente debito ſolidarum partium elatere, diductiſque plus æquo pulmonum meatibus, ichores craſſos, viſcidoſque, vel contra tenues facile in eoſdem deponi, gravare ipſos, atque obſtruere, unde difficultas reſpirationis? Quæ fuit fere Veterum Medicorum de Aſthmate ſententia. Ad alteram vero quod attinet, quotieſcumque muſculorum, fibrarumque tunicam interiorem bronchiorum, & veſicularum componentium ſpaſmodica adſit contractio, dum ſcilicet exagitati ſpiritus per nervos, quibus veſiculoſæ membranulæ circumretiuntur, fluentes, in pulmonum

ramis, aut in ipſo Cerebro concepta primum irritatione, earumdem fibras varie, inordinatæque concutiunt, circumſcriptamque pectoris cavitatem coarctant, liberum aeri ingreſſum, egreſſumque prohiberi, atque hinc difficultatem reſpirationis exoriri manifeſtius quidem eſt, quam ut ullis rationibus poſſit comprobari. Ejuſcemodi vitia in hypochondriacis, atque hyſtericis affectionibus frequenter obſervamus, in quibus nulla humorum vel intra, vel extra vaſa ſtagnantium copia, ſed ipſa ſola ſpirituum ataxia, ſeu inordinatus motus in pneumonicis nervis noxam ferre videtur; quæ res effecit, ut Cl. Helmontius primus omnium convulſivum, ſiccum, caducum Aſthma appellaverit.

IV. *Difficilis reſpiratio cum ſonitu, & tuſſi, qua materia viſcida, ac lenta &c.*] Si de ſingulis difficilibus reſpirationibus ſermo hic futurus eſſet, qui certa eorum ſigna tradere poſſemus? An peccet aquæ in pericardio copia, an ejuſdem tumor, an aucta cordis ſubſtantiæ magnitudo, an ejuſdem ventriculorum aneuryſmata, polypi, an aortæ præternaturales dilatationes, venæ cavæ varices, & ſimilia adſint, quæ liberum ſanguinis per pulmones curſum, aeriſque ingreſſum in pulmones, & veſiculas, egreſſumque præpediendo anheloſam reſpirationem inducant? Si incerta, æquivoca, nulliſque ſatis firmis fundamentis innixa morborum diagnoſis eſt, certe eſt difficilis reſpirationis a læſa cordis, & præcordiorum ſtructura pendentis, ut ſupra laudatus Albertinus oſtendit, qui diligentiſſime, atque uberrime argumentum hoc ad trutinam, ut ajunt, revocavit, ſuiſque obſervationibus illuſtravit. Verum cum agatur de Aſthmate a materia pulmones gravante, atque obſtruente, vel a ſpaſmodica partium ad reſpirationem facientium contractione, non adeo obſcura eſt ejuſdem diagnoſis, ut de genuina ejuſdem cauſa affirmari aliquid non poſſit. Ut ab aſthmate humido exordiamur, ecquis eſt qui non videat, materia craſſa, & viſcida, vel tenui, & feroſa in bronchiis hærente, eademque infarciente, atque gravante, fieri minus poſſe, quin nerveæ eorumdem fibrillæ in convulſivum motum adigantur, qui cæteris partibus expirationi inſervientibus communicatus, eaſdem in violentam, ſubitam, & iteratam contractionem inducat, per quam aer prius inſpiratus mox vehementerque extrudatur, tranſienſque per arctatam laryngem ſonitum quemdam faciat, materia autem, quæ in bronchiis impacta eſt, dimoveatur, & aere in ipſam impulſo foras, violenterque expellatur? Jam vero educta materia, pulmones a graviore ſarcina liberari contingit, atque ægrum commodius reſpirare, donec alia denuo e ſanguinis maſſa diductiſque meatibus in pulmones deponatur, quæ eoſdem gravans, atque obſtruens eadem ſymptomata denuo excitet.

Noctu gravior, quam die.] Animadverſione dignum eſt difficultatem reſpirationis noctu adeo moleſtam fieri, ut vix ſpiritum ducere poſſit æger, erectuſque in lecto ſedere cogatur: id quod potiſſimum efficit nocturni aeris pondus, friguſque majus redditum exterius thoracem comprimens magis, & inſenſibili tranſpirationi impedimentum nectens, interni vero aeris ſpira a ſanguinis effervefcentia (quæ præſertim a lecti, & ſtragulorum calore concitatur) magis expanſa ſanguinis circulationem in exiliſſimis, & reticulatis pulmonum vaſculis notabiliter remorans.

V. *Si quis derepente in difficultatem reſpirationis incidat, nullo ſonitu, ſtertoreque &c.*] Nihil enarratorum ſymptomatum accidit in aſthmate convulſivo. Primo enim ſubito invadit paroxyſmus, quod cæteris omnibus convulſivis morbis ſolemne eſt, præſertim vero epilepſiæ, ſeu morbo caduco, qua re permotus Helmontius aſthma caducum pulmum appellavit. Ubi enim ſpiritus animales irritationem vel in pneumonicis vaſis, vel in cerebro conceperint, ſtatim cæco impetu hac illac ruentes nerveas fibrillas, parteſque ad reſpirationem con-

concurrentes varie, inordinateque concutiunt, unde improvifa difficultas refpirationis invadit. Nulla autem materia in bronchiis, & veficulis pulmonalibus hærente, quinam fonitus, ac ftertor, quænam ejufdem per tuffim excretio? Si forte aliqua materiæ excretio obfervatur, ea ex repetita bronchiorum concuffione repetenda eft, per quam humor, qui fecundum naturalis œconomiæ leges parce a glandulis extillare folet, copiofius proijcitur, atque hinc eft tenuem illam, ac ferofam effe, nullumque levamen ægris afferre.

Cum fenfu conftrictionis cujufdam Zonæ ad inftar ad fternum &c.] Diaphragma, ut notum eft, cum fterno, coftis fpuriis, & vertebris lumborum in fui circumferentia connectitur: hinc fi fpafmodica conftrictione afficiatur, quemadmodum affici in afthmate convulfivo certo certius eft, nil mirum fi fenfus conftrictionis cujufdam Zonæ ad inftar ad prædictas partes percipiatur.

Urinis crudis, & aqueis dum invadit paroxyfmus, qui citra manifeftam caufam folvitur &c. Cum in omnibus convulfivis morbis, tum in hoc etiam contingit, ut vaforum omnium, & confequenter etiam urinæ fecretioni dicatorum orificia angufta plus æquo, ideoque tenujoribus tantum, ferofifque particulis admittendis, craffioribus, terreftribufque relictis, apta reddantur, hinc urinæ crudæ, atque aqueæ. Quod phænomenon convulfivorum morborum fic proprium eft, ut hoc folo apparente vix in fraudem induci poffimus, ut præ cæteris Cl. Sydenhamus teftatus eft. Sed hac de re plura ubi de affectione hypochondriaca. Uti concepta irritatione fpiritus animales derepente paroxyfmum excitant, ita ubi ad quietem fint compofiti, eumdem folvunt. Quid enim aliud præftandum?

VI. *Contumaciffimus morbus eft Afthma humidum, fæpius recurrens &c.*] Turbatam congruam fanguinis mixturam, folutamque ejus compagem corrigere, fimulque laxas, atque flaccefcentes pulmonum fibras in priftinum fui elaterii ftatum reftituere difficillimum effe nemo eft, qui non videat. Quæ duo cum maxime peccent in afthmate humido, curatu difficillimum morbum conftituere manifefta adeo res eft, ut curiofiore explicatione nullatenus indigere poffe putem. Ichores nempe, qui e foluta, ac colliquata fanguinis compage, fimulque apertis nimium, ac diductis pulmonum meatibus in pulmones deponuntur, eorum fibras laxant magis atque enervant; labefactatus pulmonum tonus congruam fanguinis mixturam magis magifque turbat, hinc aucta in dies fingulos morbi caufa, contumaciffimum, ac remediis cedere nefcium, licet recurrens fit, morbum fieri neceffe eft. Cum enim actione refpirationis fanguis majorem in modum attenuetur, mifceatur optime in fuis partibus, & neceffariam fluiditatem adipifcatur, fit, ut læfa refpiratione ceffante aeris preffione, ac veficularum, fibrarumque pulmonum compagi intertextarum actione, optima fanguinis attenuatio, & mixtura ceffet, aut plurimum languefcat, copiofiorefque ichores in pulmones deponantur. En curationis difficultatem.

VII. *Convulfivum, fi diuturnum fuerit, in humidum tranfit.*] Quemadmodum repetita bronchiorum concuffione humor, qui parce a glandulis extillare folet, copiofius proijcitur in afthmate convulfivo, & materiæ ferofæ excretio habetur: ita fi præ morbi diuturnitate fibræ pulmonum compagi intertextæ laxentur, cum eadem de caufa optima fanguinis attritio, ac perfecta mixtio ceffet, aut plurimum imminuatur, ichores in eofdem deponi contingit, & in fpirandi difficultatem cum materiæ vifcidæ, ac lentæ, vel tenuis, & ferofæ excretione tranfitum fieri.

VIII. *Utrumque in phthifim, in hydropem fæpe definit.*] Si forte contingat, ut humor craffus, ac vifcidus, vel tenuis, ac ferofus in pulmonibus contentus longa mora in anguftis finibus, caloreque partis intenfo tenujoribus, atque aqueis avolantibus particulis in duram quamdam, ac tophaceam materiam con-

M 2 crefcat,

crefcat, tubercula, vomicæ occultæ generantur, quæ inflammatæ, ac fuppuratæ abfceffus, ulcera pulmonum, ac phthifim prognignunt. Quod fi fola peccet fpafmodica partium refpirationi infervientium contractio, fieri minus poteft, quin fanguinis, fluidorumque per pulmones præterfluentium curfus prohibeatur, vitiofæ, ac præternaturales fecretiones feri, lymphæ vel in vafis, vel extra contingant, ac congeftiones ejufdem, quæ phthifim excitent. Quid facilius eft, quam ut turbata congrua fanguinis mixtura, ac labefactato folidarum partium tono, ferofæ partes a reliquarum nexu fecedant, atque vel in lymphaticis vafis fubfiftant, vel per membranarum poros elabantur, & in cavitates effundantur? Dum hæc fiunt hydropem fubfequi adeo manifefta res eft, ut manifeftior fit nulla.

IX. *In paroxyfmo afthmatis humidi oleum amygdal. dulc. mucilagin. fem. malvar. &c.*] Ubi anhelofa refpiratio ægrum dire exerceat cum ftertore, fibilo, & difficili materiæ excretione, eo nervos induftriæ omnes intendendos effe, ut materia per fputum eijciatur, pulmonefque a graviore farcina liberentur, manifeftum eft. Hinc ea omnia, quæ demulcent, nonnihil attenuant, ac refolvunt, conveniunt in paroxyfmo. Ad demulcentia porro fpectant linctus, & eclegmata ex oleo amygdal. dulcium, & mucilaginibus femin. Malvar. Alth. & fimilium.

Looch in officinis proftant, quæ in eumdem fcopum adhiberi poffunt. Rariffimus tamen eft eorumdem ufus. Nifi enim recenter illa fiant, rancida evadunt, & ftimulando tuffim, ac difficultatem refpirationis adaugent.

X. *Hydromel, decoctum folior. thee &c.*] Nihil vero hydromelle, aut decocto folior. thee ad blande attenuandum, & fimul vifciditates refolvendas aptius, aut pro ægrorum opportunitate valentius. Fit hydromel aquofum, fi mel fit aquæ fubdecuplum, & coquatur ad confumptionem quartæ partis. Hujufce porro eximias virtutes novit Hippocrates, affirmans fputum mediocriter educere, tuffim fedare, & diureticum effe. Quo loco filentio prætereundum non eft, Mel divinum nectar appellaffe Plinium, eoque uti folitos fuiffe antiquos ad fanitatem tuendam. Hinc Pythagoras referente Laertio frugaliter vivens folo fæpe pane, & melle contentus ad nonagefimum annum vitam feliciffime protraxit, eofque diu incolumes vivere poffe affirmabat, qui mel crebro comediffent. Unde refert Athenæus, quod Pythagoricorum cibus panis erat cum melle. Et Plinius *lib.* 22. *cap.* 24. Pollionem Romanum equitem memorat annum centefimum excedentem, qui interrogatus ab Augufto Imperatore, quo modo vigorem illum animi, corporifque fervaffet, refpondit foris oleo, intus melle, quod a Democrito fe edoctum fatebatur.

Sed jam de foliis thee dicendum. Si igitur folia thee ore percipiantur, blanda adftrictione donantur, fi naribus admoveantur, odorem fubtilem, & pergratum exhalant; quare ex mediocris falis volatilis oleofi portione cum terra adftringente conftare a plerifque reputantur. Blanda adftrictione fibrarum tonum, & ofcillationem reftituendo, partibus vero fpirituofis, ac volatilibus lympham, humorefque craffos, vifcidos, & lentos attenuando, & folvendo afthmate, ac catarrho laborantibus opitulari. Alii vero contrarium fuftinent negantes omnino herbam thee fale volatili oleofo effe fetam, damnantefque illos, qui ab eodem fale virtutem thee repetunt. Si enim herba thee deftillationi committatur, non fpiritum volatilem alchalina virtute præditum, fed fubacidulum, adftringentem, empireumaticum præbet. Decoctum ejufdem ad folutionem vitrioli in verum atramentum degenerat, perinde, ac fi gallarum infufio affumpta fuiffet, folius terræ adftringentis indicio manifeftiffimo. Virtutem potiffimum, quam habet ejus extractum alvum conftipandi, ejufque fluxum cohibendi, annotavit D. Mandelsloh in itinerario Indico *cap.* 9. Atque hi quidem in ea funt opinione, ut credant infufum herbæ thee, qua

ratione

ratione copia adſtringentium particularum nerveos tubulos anguſtat, ineptoſque reddit ad uberiorem ſpirituum animalium quantitatem evehendam, eadem efficere, ut iidem majori velocitate ferantur; aucto vero ſpirituum motu functiones noſtri corporis longe alacrius, ac promptius peragi, excretioneſque omnes, ſecretioneſque promoveri. Hæc fere Hoffmannus *op. Med. diſ.* 12. *ſect.* 8. Cujus quidem ſententia nihil aliud ingenioſius dictum. Quamvis autem ipſe haud inficias ire auſim, non omni prorſus virtute deſtitutam eſſe plantam hancce, ſi quid tamen utilitatis ab ejuſce infuſo accipitur in aſthmate, id maximam partem deberi aquæ calidæ largo potu ſumptæ facile judicaverim. Mirum enim quantum calida ad diſſolvendum conferant, ac pectori amica ſint, ut Baglivus teſtatus eſt.

XI. *Si æger in ſuffocationis diſcrimine verſari videatur &c. ad venæ ſectionem deveniendum.*] Nullum magis præſentaneum remedium in difficultate reſpirationis ſumma, quam phlebotomia. Minorata enim fluidorum maſſa, & vaſis, quæ nimium diſtenta erant, relaxatis, validiuſque, & fortius ſeſe contrahentibus, ſtagnantes humores fluidiores fieri contingit, parti affectæ tenaciter adhærentes dimoveri. Ita Celſus *l.* 4. *c.* 4. in difficultate reſpirationis, niſi aliquid prohibeat, venæ ſectionem tamquam ſummum remedium præcipit. Prohibens venæ ſectionis eſt pulſus obſcuritas, viriumque imbecillitas, quæ tamen ægrum a phlebotomiæ neceſſitate minime detorquere debent, cum vires opprimantur, ſuffocenturque, pulſus vero conſtringatur, atque intercipiatur: quo in caſu tantum abeſt, ut venæ ſectionem prohibeant, ut potius eamdem indicent quam maxime. Ad cujus rei ſtatum intelligendum neceſſarium eſt diſtinguere virium debilitatem, quæ, ut ajunt, a reſolutione pendet, quæque fit per ſuffocationem. Pendet enim illa (*a*) a ſpirituum, & cruoris inopia, atque fibrarum motricium languore; hæc vero potius a nimia copia, fibrarumque diſtractione, quæ propterea illis regendis, ac debita velocitate pellendis pares non ſunt. Modo ſi in hac debilitate ſecetur vena, cum imminuta reſiſtentia, depletiſque vaſis fibræ motrices ad priſtinum ſui elaterii gradum reſtituantur, vires augentur, ac confirmantur: idque evenire certo certius cenſendum eſt in aſthmate, in quo vires, ob impeditum liberum ſanguinis excurſum per pulmones, indeque univerſum corpus, ſunt ſuffocatæ. Neque vero officit nobis, quod reponunt nonnulli, per longam phlebotomiam tonum ſolidarum partium labefactari, congruam ſanguinis mixturam perturbari, atque ad hydropem viam ſterni. Quotieſcumque enim valida Orthopnæa recrudeſcit, nonne in immaturam ſuffocationem labi poteſt æger, niſi venæ ſectio celebretur? Hippocrates robur addit *lib. de vict. rat. in acut.*, qui etiam hydropicis reſpirandi difficultate detentis, ac ſi tempus æſtivum vigeat, ſanguinem e brachio detrahere minime eſt veritus.

XII. *Emetica cautiſſime præſcribenda aſthmaticis, cum ſæpe a pectoris debilitate &c.*] Concitato vomitu non ſolum ſtomachus, qui plerunque aſthmatis humidi fomes eſt, craſſas, viſcidas, mucoſaſque particulas una cum chylo in ſanguinem invehendo, ſed pulmones ipſi, quibus tenaciter adhærent humores ſuccutiuntur, & a graviore ſarcina liberantur. Hinc emetica aſthmate, & catarrho laborantibus paſſim ſolent a Medicis adhiberi. Cavendum eſt autem quamdiligenter, ne a pectoris debilitate, atque anguſtia, quæ plerunque aſthmaticis familiaris eſt, ne a ſputo ſanguinis, ad quod proclives ſunt, & a difficultate ad vomendum prohibeantur. Quamquam hiſce non obſtantibus non quæcumque emetica præſcribenda ſunt, ea videlicet, quæ exquiſitas ventriculi membranas vehementer irritant, & in violentos ſpaſmos agunt; quorum in cenſu veniunt, quæ ex vitriolo, helleboro, colocynthide, tabaco, ſeu nicotiana parantur, ſed ea

(*a*) *V. cap.* 4. *com. in aph.* 15.

ea folum, quæ leniter ftimulando operantur, & naufeam potius movent, cujufmodi funt aqua mellita copiofe exhibita, cujus propterea operatio penna oleo illita, vel digitis in fauces immiffis juvanda eft. Quod familiare olim fuit athletis, ut melius ferrent copiofum alimentum, & novo ingerendo idonei effent, nec non Veteribus Romanis, ut liquet ex Celfo *lib.* 1. *cap.* 3. & Sveton. *in Vitell. cap.* 13. item *in Neron. cap.* 20. De modo autem, quo vomitum provocabant vid. Cl. Schultzius *in differtat. de athletis veterum, eorumque diæta, & habitu f.* 61. 62. 63.

XIII. *Hifce fuccedant bol. ex gum. ammoni. fpermat. cet. &c.*] Ea quæ lentas, vifcidafque mucagines incidunt, atque attenuant, humorefque fuperfluos, & noxios per infignes fecretionum vias extra corporis confinia educere valent, quæ tandem pulmonum fibras laxatas, ac flaccefcentes corroborare, præter hactenus recenfita remedia, apprime funt neceffaria. Gummi ammoniacum fuccus quidam eft ex planta quadam umbilifera ftillans, concretufque medius inter gummi, & refinam ex Alexandria Ægypti ad nos delatus, qui ut dictum eft de Sagapeno carbonibus injectus in flammam exardet, fulphurearum particularum indicio manifeftiffimo, quæ porro cum falinis ea ratione conjunctæ funt, qua opus eft ad craffos, vifcidofque humores incidendos, lentos, ac tenaces diffolvendos, collectos difcutiendos, atque abhinc prodeuntes vifcerum, ac pulmonum obftructiones, & tubercula diffipanda. Eadem fere virtute donantur fperma ceti, lumbrici terreftres, millepedes, ut fupra oftendimus, pleraque balfama, uti therebintina, fuccinum, in quibus omnibus diuretica virtus maxime elucet, unde urinæ ex iftorum affumptione violaceo odore imbuuntur. Plantas, quæ balfamica vi, & non admodum calefaciente pollent, inter quæ veronica eminet, hedera terreftris, radix enulæ campanæ, & ex his parata medicamenta, eadem virtute donari cenfendum eft, quæ propterea adverfus afthma a craffis, vifcidis, lentifque humoribus pulmones gravantibus, obftruentibufque folent adhiberi magno cum fructu.

Multi proftant in officinis fyrupi, qui decoctionibus ex recenfitis plantis addi folent ad eorum operationem juvandam. Hujufmodi funt fyrupi de pharphara, de elenio, erifimo, capillorum veneris, aliique, quibus tamen præftantior creditur fyrupus nicotianæ. Etenim partibus fulphureis, ac volatilibus conftare reputatur ad vifcidos, lentofque humores incidendos, atque ad anacatharfim promovendam aptiffimis. Hinc nicotianæ fumo quamplurimos ab afthmate præfervatos fuiffe legimus. Illud tamen curandum eft, ut rite fit præparatus: fecus enim naufeam, ac vomitum ciet.

XIV. *Ubi ftomachi mucilago præfertim fit refolvenda, radix Ari s. p. &c.*] Radix Ari tanta pollet acrimonia, ut fi caule filente guftetur, vellicationem per diem integrum in lingua relinquat. Particulis valde tenuibus, ac volatilibus conftare creditur ad pulmonum bronchia a tenacibus, lentifque fuccis liberanda, tum præfertim ad mucum vifcidum, & fpiffum ventriculi, & inteftinorum parietibus adhærentem potenter incidendum, attenuandum, ac refolvendum aptiffimis. Ea de caufa eximius eft illius ufus in Afthmate humorali, ubi præfertim ftomachi mucilago, quæ fomes ejufdem non raro effe folet, fit refolvenda.

Cum Aloe, Croco, & Myrrha conftet elixir proprietis, iifdem muneribus opportuniffimum exiftere adeo manifeftum eft, ut curiofiore explicatione nullatenus indigere jure putem. *V. cap.* 5. *com. in aph.* 13.

XV. *In paroxyfmo afthmatis convulfivi &c. venæ fectio inftituenda &c.*] Cum in omni convulfione, tum in ea maxime, quæ vel a plenitudine humorum pendet, vel cum plenitudine conjuncta eft, præftantiffimum fi quod aliud remedium eft venæ fectio: multo magis fi organa refpirationis occupet, fanguinis

cur-

circulationem in exiliffimis, & reticulatis pulmonum vafculis notabiliter remorans, & confequenter ægrum in fuffocationis difcrimen adducens. Imminuta enim fanguinis copia affectas partes nimis tenfas laxari contingit, fpiritus animales minore copia, motuque in eafdem irruere, atque hac ratione placidam exoptandam tranquillitatem conciliari. Caute tamen procedendum eft, & tunc folum, cum vehemens fit paroxyfmus, ad venæ fectionem confugiendum. Nam cum fæpe recrudefcere foleat morbus, per longam phlebotomiam folidarum partium tonus labefactatur, & congrua fanguinis mixtura perturbatur, ut fupra innuimus, ideoque periculum eft, ne in hydropem æger labatur. Huc accedit remedio affuefcere morbum, ideoque ejus vim ubi advenerit plurimum imminui, ut fcite docuit Verulamius *lib. de fermon. fidel.* ubi ait: *Si nimium affuefcat medicationi, detrahet de viribus, & efficacia ejus, quando morbus advenerit.*

Clyfteres emollientes injiciendi, manus, pedes in balneo aquæ tepentis &c.] Non eft hic filentio prætereundum, quod toties inculcavimus, eam effe inter nervofas partes noftri corporis connexionem, ut una affecta, aliæ quoque licet longe diffitæ afficiantur. Ita in convulfionibus emollientia medicamenta extremis partibus applicita, Clyfteres emollientes injecti in inteftina, quæ infirma non funt, alias longe diffitas fummopere levant. Nempe per mirabilem illam inter nervofas partes connexionem laxatis extremarum partium, atque inteftinorum fibris, illas quoque quæ ad refpirationem faciunt laxari neceffum eft, ac convulfionem earumdem ceffare, aut plurimum imminui.

XVI. *Tinctura fuccini rite parata.*] Quædam funt balfama, uti fuccinum, myrrha, & alia h. m., ex quibus tincturæ parantur, quæ a præftantiffimis practicis duce Helmontio chymico egregio ad irregulares, atque inordinatos fpirituum animalium motus compefcendos commendantur. Difficultas autem eft maxima, ut reperiatur congruum menftruum, quodque folvendi prædicta balfama vim habeat. Cum enim conftent non folum refinofo, fed etiam gummofo principio, quod folutioni valde refiftit, ope communis menftrui, nempe fpiritus vini licet defæcatiffimi, & tartarizati, eliciuntur tincturæ, quæ leviffimæ funt, quæque illorum fubftantia vix, ac ne vix quidem funt faturatæ. Alium igitur modum excogitarunt chymici experti, & docti. Succinum videlicet, aut fimile corpus atterunt, & mifcent cum fale alchalico fixo, & in loco nonnihil humido reponunt, donec attracta aeris humiditate, vel humiditate in ipfo latente liquefcat. Liquefactum fuccinum exficcant, & denuo in loco humido reponunt, donec illud tandem fequatur, ut totum in humido loco repofitum molle fiat ad inftar paftæ cujufdam, quæ digitis comprimi, tractarique poffit. Succinum ita paratum fi mifceatur cum fpiritu vini, tinctura elicietur ejufdem fubftantia plurimum faturata, quæ prædictis muneribus opportuniffima exiftit.

Liquor Cor. Cer. fuccinat. a gut. xx. *ad* xxx. *ex aq. flor. til. &c.*] Si fal volatile fuccini, quod mitem atque blandam habet aciditatem, cum fpiritu Cor. Cer. uniatur, emergit mixtum quoddam medicamen liquoris Cornu Cervi fuccinati titulo infignitum, mitiffimum æque, atque ad convulfivos morbos compefcendos aptiffimum. Exhiberi folent ejufcemodi tincturæ ex aquis, quæ pares a natura vires fortitæ funt, ut earum operatio juvetur. Tales funt aquæ ex flor. Tiliæ, Lilior. conval. &c. qui flores teftante Cl. Hoffmanno naribus admoti caput primum grave efficiunt, tum fomnum conciliant. Sulphureis enim conftant particulis tenuiffimis, quæque in maffam fanguinis invectæ in medullares ufque cerebri fibras fe infinuant, fpirituum motus inordinatos in ordinem redigunt, atque abhinc prodeuntes fpafmos compefcunt, ut capite de phrenitide demonftratum eft com. in aph. 18.

Ve-

Vespertinis vero horis emulsiones ex semin. papav. alb. &c.] Facultatem hanc multo majorem inesse censendum medicamentis ex papavere desumptis, cujus succus concretus Opium dicitur, qui soporifera vi pollet. Minima vis hæc inest papav. albi seminibus, quæ propterea inter initia adhibentur, cum saluberrimum consilium sit accuratiorum practicorum, a levioribus semper esse incipiendum, tum si hæc frustra adhibeantur, ad validiora confugiendum.

XVII. *Guttis aliquot laudan. liquid. graviores insultus &c.*] Quod consilium quam diligenter tenendum, si quid sentio, traderem in narcoticorum usu, ne spiritus obruamus, suffocemusque. Ad asthmaticos insultus, & graviores palpitationes levandas, ut saltem ægrotantium vita paulo diutius protrahatur, hypnoticis medicamentis uti consueverunt viri Cl. Willisius *phar. rat. sect. 3. cap. 3.* Sydenhamus, Charleton. tract. *de Scorbuto*, aliique eosdem sequuti.

XVIII. *Ol. Amygdal. dul. ad ℥ i. quotidie &c.*] Oleum Amygdalarum dulcium ægris præscribitur veluti leniens medicamentum, quod intestinorum fibras laxando, humoresque in illis contentos præcipitando alvum cieat; & eo casu opus est unciis, ut minimum quatuor pro una vice tantum; vel per epicrasim exhibetur pro alterante, tunc vero uncia una sufficere visa est. Hac ratione adhibitum potentissimum laxans, atque emolliens evadit, quod mirum quantum ad contumaces morbos a convulsivis constrictionibus, ac nervosarum partium irritatione oriundos debellandos valeat!

XIX. *Millepedum in vino albo infusio &c.*] Infusio millepedum hac fere ratione paratur. Millepedes vivi leviter contusi, & nodulo ligati vino infundantur, eoque utatur æger vice potus ordinarii. Decem vel plures pro qualibet libra vini sufficiunt. Nihil vero probatum magis, acceptumque Hoffmanno, Stahlianis fere omnibus Medicis adversus asthmata cum humida, tum sicca millepedum infusione. Non solum enim diureticam virtutem a sale quodam penetrante, quem nonnulli ad nitrosum revocant, sortiti sunt, sed facultas quoque antispasmodica ipsis tribuitur, ita ut ubi opus sit serum acre nerveas fibrillas vellicans, atque in violentas contractiones agens extra corporis confinia per insignes urinæ vias, quæ in morbis pectoris omnium sunt convenientissimæ, educere, effrænesque solidarum partium motus compescere, nullum efficacius, aut pro ægrorum opportunitate valentius inveniri possit medicamen prædicta millepedum infusione.

XX. *Extra paroxysmum opportuno tempore serum lactis caprin. destillatum &c.*] Ea quæ humectant, diluunt, acrimoniam fluidorum demulcent, fibras constrictas relaxant, quæ mites, læves, politasque particulas in sanguinem invehunt, atque acrium, ac vellicantium particularum impediunt activitatem, uti sunt serum lactis destillatum cum plantis nitrosis, anodynis, demulcentibus, aquæ thermales, lac, cum ad omnes convulsivos morbos, tum etiam ad asthmata sicca debellanda efficacissima esse, manifestius quidem est, quam ut ullis rationibus possit comprobari. Neque desunt exempla eorum, qui hac ratione perfectissime convaluerunt.

XXI. *Optima victus ratio instituatur &c.*] Manifestum est chylum in ventriculo elaboratum, in intestinis depuratum fieri tandem sanguineæ circulationis participem, atque per extrema vasorum capillamenta vesiculas pulmonales ambientia fluentem mirum in modum atteri, fundi, misceri optime sanguini, atque eam fluiditatem acquirere, qua opus est ad veram globulorum sanguineorum naturam induendam. Quoniam vero pulmones in asthmate laborantibus munere suo rite fungi non possunt, nemo est qui non videat, nulla servata victus ratione, cibisque acidis, crassis, viscidisque ingestis, chylum confici, qui a pulmonibus male affectis difficillime solvi potest, & in sanguinem mutari, unde con-

congruam totius maſſæ ſanguinis mixtionem perturbari contingit, ac morbi cauſam augeri, vel confirmari.

Moderate exerceatur in aere &c.] Motus corporis moderatos ſummopere commendavit Celſus in ſpirandi difficultate lib. iv. cap. iv. *Proſunt*, inquit, *quæcumque urinam movent, ſed nihil magis, quam ambulatio lenta pene uſque ad laſſitudinem &c.* qua nempe inſenſibilis perſpiratio promoveatur, ac ſanguinis excrementa pulmones gravantia, qua data porta extra corporis confinia educantur. Conſilium porro nonnullorum, atque ipſius Baglivi ſalubre eſt, jubere ut ægri campos obambulent, dum præſertim bubuli terram aratro figunt; halitus enim nitroſo-ſalinos, ac ſulphureos ex tellure prodeuntes labefactatum pulmonum tonum roborare, ideoque & liquidorum per eoſdem excurrentium motum promovere, ſanguinem depurare, atque morbi fundamenta ab imo convellere pro certo habendum.

INDEX RERUM, ET VERBORUM.

A

Vete-

D

Cur

E

Ve-

Gar-

G

H

Hel-

M

Mil-

N

O

R

S

San-

Cur

T

V

Venæ

F I N I S.

Errata	sic	Corrige	
	Pagina		*Linea*
quæ.	18	qua.	8
alios.	28	per alios.	16
ſputum.	68	pus.	3
Inſpiratione.	87	Inſpirationem.	11
pulmum.	96	pulmonum.	49

APHORISMI
DE COGNOSCENDIS
ET
CURANDIS MORBIS

Uberrimis commentariis, atque animadverſionibus illuſtrati,

Quibus quæſtiones ſingulæ, quæ cum in theoriam, tum in praxim medicam cadunt, hodie maxime illuſtres, ſedulo pertractantur, diſcutiunturque.

SCRIPTORE

JO. FRANCISCO SCARDONA
Rhodigino, Philoſoph. & Med. Doct.

LIBER TERTIUS
De morbis imi ventris.

TOMUS TERTIUS.

PATAVII, Typis Seminarii. MDCCXLVI.
Apud Joannem Manfrè.
SUPERIORUM PERMISSU, & PRIVILEGIO.

INDEX CAPITUM,

Quæ in hoc Volumine continentur.

NOI

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione del *P. Fra Paolo Antonio Ambrogi Inquisitore Generale del Sant' Offizio di Padova*, nel Libro intitolato: *Aphorismi de Cognoscendis, & Curandis Morbis &c. Auctore Francisco Scardona de Rhodigio*; non v' esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi, e buoni costumi, concediamo Licenza a *Gio: Manfrè Stampatore di Venezia*, che possa essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. il primo Giugno 1746.

(*Gio: Alvise Mocenigo II. Rif.*
(*Giovanni Querini Proc. Rif.*
(

Registrato in libro a Carte 28. al n. 217.

Michiel Angelo Marino Segr.

Registrato al Magistrato Eccellentissimo contro la Bestemmia.

Francesco Gadaldini Segr.

DE

APHORISMI
DE COGNOSCENDIS, ET CURANDIS MORBIS
LIBER TERTIUS
CAPUT I.
De Nausea, & Vomitu.

I. NAusea est irritus vomendi conatus, vomitus vero violenta per superiora expulsio contentorum in ventriculo, inque proximis visceribus, ab inverso motu peristaltico æsophagi, ventriculi, & sæpe duodeni, nec non diaphragmatis, & Musculorum Abdominis convulsiva contractione plus minus violenta dependens.

II. Causa hujusce convulsivæ contractionis, vel in ventriculo hæret, vel in partibus cum ventriculo insignem communicationem habentibus: orta hinc celebris illa in idiopathicum, & sympathicum vomitum divisio.

III. Illius causæ remotæ sunt materia crassa, viscida, mucosa ventriculi parietibus tenaciter adhærens. 2. nimis tenuis, acris, ac biliosa. 3. sanguis e vasis ventriculi erumpens in ejusdem cavum. 4. tumor inflammatorius, scyrrhus, callus ventriculi, ingestorum nimia copia, emetica acria, & laxantia, cathartica fortia, venena quamplurima corrosiva, fungi, aliaque id genus.

IV. Sympathici sunt inflammationes intestinorum, dolores colici, iliaci, herniæ, ac prolapsus intestinorum, vermes, nephritica affectio, læ-

ſiones capitis, diaphragmatis, hepatis, lienis, uteri, aliorumque viſcerum.

V. Cauſæ externæ ſunt ira ſumma, motus in rheda, navi, aſpectus rei ingratæ, aut imaginatio fortis, maxime in pueris, & mulieribus, rerum, quæ noxiæ fuerunt.

VI. Signa præſentis vomitus ſunt moleſtia circa præcordia, huic ſuperveniens vertigo, & ſalivæ copioſus fluxus, tremor labii inferioris, & tandem vehemens ventriculi conatus, quo omnia contenta rejiciuntur.

VII. Signa vomitus pituitoſi ſunt excretio materiæ craſsæ, viſcidæ, tenacis, ſenſus ventriculi gravativus, inappetentia inſignis, os muco plenum, aliaque id genus plane diverſa a ſignis bilioſi vomitus; cujuſmodi ſunt excretio tenujum, acrium, varii coloris humorum, ardoris, punctioniſque ſenſus, ſitis, & ſimilia.

VIII. Sanguinei ſunt ventriculi gravitas, punctorius, & tenſivus hypochondrii ſiniſtri dolor, ſanguinis atri, fuſcique coloris, congrumatique perquam raro fluidi, rutilique ejectio.

IX. Conſuetus vomitus certis temporibus recurrens, quo inſipidum phlegma, aut ſubamarus, vel acidus ſuccus ejicitur, ſalutaris.

X. Vomitus cachecticis, & febribus intermittentibus diebus judicialibus ſponte ſuperveniens, ſalutaris.

XI. Vomitus ſanguinis in iis mulieribus, quibus ſuppreſſæ ſunt menſtruæ purgationes, omnis periculi fere expers eſt. E contra in gravidis ob metum abortus.

XII. Solum vomitus, qui modum non ſervat, qui diuturnus eſt, & per quem boni, laudabileſque ſucci excernuntur, cohibendus.

XIII. Pituitoſo vomitu laborantibus ſal abſynthii a ℈ i. ad ʒ s. ex cocl. ſuc. limonum bis, terve in die præſcribatur.

XIV. Quo fruſtra adhibito, ſi æger facilis ſit ad vomendum, robuſtus, nihilque emeſim prohibeat, radix Ipecuacannæ a ℈ i. ad ʒ s. p. ex decoct. Card. Bened. mane jejuno ſtomacho exhibenda, imperando, ut durante vomitu juſcula tenuja tepida hauriat æger.

XV. Si quid vomitum prohibeat, ad aquam Tetutianam propinandam in hunc fere modum confugiendum. ℞. Aq. Tetutian. Lib. iii. In primo cyat. ſolvantur mel. roſat. ℥ iii. pro una, & ſic pro aliis per tres, aut quatuor dies.

XVI. Facta purgatione quolibet die bolus ex Diaſcord. Fracaſt. ʒ .s. exhibeatur.

XVII. Quæ dum fiunt extrinſecus panis toſtus aceto optimo imbutus adſperſo pulvere florum Chamomillæ, & tantillo croci regioni ventriculi applicandus.

XVIII. Tandem ſequens elixirium in uſum vocandum. ℞. Extract. abſynt. centaur. min. agrimon. gentian. flor. chamomil. ſal. tartar. a ℥ i. flavedin. cortic. aurantior. amar. ab omni albumine ſepar. ℥ iv. Vin. malvat. Lib. iv. M. f. maceratio in loco tepido per tres dies, dein facta expreſſione filtretur,

tur, & detur ad ℥ iii. quotidie hora altera ante prandium.

XIX. Si vires præ molesta materiæ ingratæ rejectione dejectæ sint, vinum vetus odoriferum pro potu ordinario cum tantillo Myrrhæ concedi potest.

XX. Cave tamen, ne vinum acescat in stomacho; tunc enim a vino abstinendum prorsus, vel leve tantum concedendum.

XXI. Decoctum Caffè cum elixir. proprietatis Paracelf. a gut. xx. ad xxx. loco elixirii supra descripti adhiberi tuto potest.

XXII. In biliofo vomitu solo ol. Amygd. dulc. s. i. r. e. contentus sum, nec non aqua copiose ingesta, vel jusculis tenuibus, sero lactis.

XXIII. Clysteres quoque emollientes in pauca quidem quantitate, sed frequenter injici curandum.

XXIV. Educta materie peccante, conservam rosar. vel cydonior. mane ante prandium præscribo, syrupos etiam cydon. limon. berber. ex aquis plantagin. tormentil. exhibeo.

XXV. Cibi grati, & jucundi sint.

XXVI. Vomitus sanguinei curatio eadem fere, ac hæmoptyseos.

XXVII. Si vomitus contumax fiat ad hypochondriacum vergens, curatio affectionis hypochondriacæ instituenda.

COMMENTARIA, ATQUE ANIMADVERSIONES IN APHORISMOS DE COGNOSCENDIS, & CURANDIS MORBIS

LIBER III.

CAPUT I.

De Nausea, & Vomitu.

I. N*Ausea est irritus vomendi conatus, vomitus vero violenta per superiora expulsio &c.*] Nemo ignorat pluribus constare tunicis ventriculum, quarum maxime insignis illa videtur, quæ mediana, & carnosa dicitur. Hanc fibris muscularibus constitui miro quasi, & inextricabili ordine convolutis manifesta res est. Aliæ quidem, quæ longitudinales ventriculi longitudinem abbreviant, aliæ, quæ circulares orificia claudunt, aliæ ventriculi amplitudinem amplectentes contrahunt, omnes vermiculari quodam, seu peristaltico motu a superioribus partibus ad inferiores progrediente donantur, quo fit, ut ea, quæ in ventriculo continentur macerata prius, & soluta sensim a pyloro, qui patens est, expellantur. Si igitur quacumque de causa motus vermicularis a superioribus partibus ad inferiores propagatio turbetur, ecquis est qui non videat irritum tantum vomendi conatum, quem nauseam dicimus, exoriri? Si invertatur omnino, vomitum, quo ea, quæ in ventriculo continentur, per æsophagum protruduntur, superata vi fibrarum illarum muscularium, quæ illum coarctant, & claudunt, excitari manifestius quidem est, quam ut ullis rationibus possit comprobari. Si inversio hæc validior fuerit, validas etiam convulsiones tunicæ muscularis intestinorum, Duodeni præsertim, & Septi transversi, & musculorum Abdominis excitabit; hinc non solum ea, quæ in ventriculo continentur, sed etiam quæ in intestinum Duodenum confluunt, cujusmodi sunt bilis, succus pancreaticus, per os, & vomitum ejicientur. Vomitum a solis musculis Abdominis perfici aliquando Medicis persuadere voluit Cl. Tournefortius (in cat. plantar. Paris.) Hanc tamen sententiam, ut ostendit Heisterus *in annot. ad compen. Anat. p.* 282. rejecit Schelhammerus. Chiracus vero, & postea Du Verneus (hist. Acad. Reg. An. 1700.) a motu diaphragmatis simul, & musculorum Abdominis absque concursu ventriculi eumdem excitari sustinuerunt. Adversus hos pugnavit Cl. Littrius, & ventriculum ad vomitum concurrere gravibus rationibus evincit, quem ipsi nos cum sanioribus Medicis in præsens sequimur.

II. *Causa hujusce convulsivæ contractionis vel in ventriculo hæret, vel &c.*] Nullum fere viscus est, nulla humani corporis pars, quæ cum ventriculo, & Duodeno insignem, planeque mirabilem consensum non habeat. Ut enim silentio prætersam intestina omnia, mesenterium, pancreas, hepar, ductum choledochum proxime cum ventriculo esse connexa, liquet ex anatome per ramos e nervo vago intercostali, & tunicas, quæ ipsis sunt communes cum dia-

phrag-

phragmate, aliifque thoracis, & abdominis partibus, per plexum vero renalem, qui cum ftomacho connectitur cum renibus, per nervum tandem vagum cum cerebro, & corde communicare. Manifeftum elt igitur non folum in ventriculo, & Duodeno hærentem ftimulum, fibrarumque ventriculi motum periftalticum invertentem vomitui excitando parem effe, fed quocumque alio in loco, & vifcere repofitum; per fummam enim, atque admirabilem illam inter hafce partes connexionem, ut una affecta, alteræ quoque licet longe diffitæ afficiantur, convulfionem puta a renibus male affectis oriundam ipfi ventriculo communicari contingit, ejus motum periftalticum inverti, & vomitum ciere. Vomitus, qui a ventriculo proxime, & immediate affecto enafcitur, idiopathicus; qui vero ab aliis partibus cum eodem communicantibus, fympathicus appellatur, ut de Epilepfia dictum eft. Qua de re plura vid. *lib.* 1. *com. in aph.* 4. *cap.* 8.

III. *Illius caufæ remotæ funt materia craffa, vifcida, mucofa &c.* 2. *nimis tenuis &c.*] Dum tenax, ac vifcida materies villofæ tunicæ ventriculi adhærefcit, fibras, quibus eadem contexta eft, gravat, & molefto quodam fenfu afficit. Fibræ fic affectæ inordinatim, atque inconcinne moventur. Quod dum fit contrahi inferiores contingit, contractas vero vim adverfus fuperiores facere, hinc pylorum occludi, & coarctari, æfophagum vero diftrahi, ideoque cæteris ventriculi partibus verfus æfophagum adductis, adjuvante mufculorum Abdominis, & Diaphragmatis motu per orificium, quod patens fit, expelli. Idem plane dictum velim de materia acri, ac biliofa eafdem mordente, ac vellicante, & de fanguine e vafis ventriculi erumpente. *Acri*, inquam, & *biliofa*; quo nomine venit non tantum humor, qui ob nimiam tenuitatem, ftimulandique virtutem, maximam habet cum bile affinitatem; fed bilis ipfa, quæ in ventriculum ad naturalem famem excitandam, digeftionemque ciborum promovendam interdum confluit. Quod aperte negavit Pitcarnius, cujus tamen fententiam obfervationes, atque experimenta virorum in re medica præftantiffimorum adeo infirmant, ut nullus dubitem, ut qui fibi libentiffime blandiri velit, hac relicta in priorem iturus non fit. In pifce cyprino, aliifque in aqua dulci, & falita degentibus ductum bilis in ventriculum definere obfervatum eft: quod ipfe Malpighius obfervavit in infectis (de gland. conglobat. ad regiam Societatem Anglicanam &c.) Cl. Vallifnerius in anatome ftruthiocameli bilis portionem ufque ad eorum ftomachum, & ventriculum afcendere, reliquam vero inteftina verfus defcendere. Academici Parifienfes in ftomachi fundum bilem exonerari, diffectione quinque hyftricum diligenter inftituta deprehenderunt: Leonardus a Capua in hirundine marina, alii in lupo, unde ejus voracitas in proverbii confuetudinem venit. Vefalius ipfe idem fe vidiffe in Remige quodam continuo efuriente teftatus eft. At fi in hoc, & reliquis recenfitis Animantibus bilis ad ftimulandum, digeftionemque ciborum juvandam concurrit, cur negetur famem quoque ab eadem excitari omnino non video, ut ipfe Vallifnerius teftatus eft: imo fi major ejus quantitas in ventriculi cavitatem effundatur, ut præ nimio ftimulo, atque irritatione nerveæ ejufdem fibræ convellantur, earumque motus periftalticus invertatur, quid eft cur ad credendum vehementer non adducamur vomitum fupervenire?

4. *Tumor inflammatorius, fcyrrhus, callus ventriculi.*] Tumorem inflammatorium ventriculi, fcyrrhum, callum vomitui excitando opportuniffimum exiftere tam manifefta res eft, quam quæ manifeftiffima. Ecquis enim eft, qui non videat ftagnante fanguine, vel lympha in vafis ventriculi, præternaturales, & violentas contractiones, diftractionefque nervearum fibrillarum, inconcinnos, atque inordinatos motus excitari, qui periftalticum motum ejufdem invertere valent? Si de callo ventriculi fpeciatim fermo fit, non folum vomitus con-

contumaciſſimos progignit, quod blandæ illæ, æquabiles, atque ordinatæ fibrillarum contractiones a ſuperioribus partibus ad inferiores tendentes perturbentur; ſed etiam quod orificium dexterum ventriculi tali vitio interdum ita arcte occluditur, ut nil trajici per ipſum poſſit, quemadmodum in viro quodam vomitu contumaciſſimo conſumpto, ac mortuo, atque ejus cadavere diſſecto Bononiæ vidiſſe bona fide teſtor.

Ingeſtorum nimia copia.] Ingeſta nimia copia cum ſtomachum nimis gravent, ſtimulo eidem, ac moleſtiæ ſunt, unde inordinatus motus excitatur, qui blandum, atque æquabilem, ſeu periſtalticum invertit. Huc accedit eadem ipſa copia plus æquo diſtendi poſſe, ac fieri, ut dexterum ventriculi orificium occludatur, vel ſaltem anguſtius reddatur, ita ut a ventriculo prompte elabi non poſſint, vel mora facta corrumpantur, ac ſtimulando idonea evadant, vel incoctis etiam remanentibus pondere ſaltem ſuo ventriculi fibras moleſte afficiant, quæ propterea ad moleſtiam illam excutiendam ſpaſmodice contrahantur.

Emetica acria, & laxantia.] Simile plane quidpiam evenire perſpicuum eſt, ſi ea quæ ingeruntur acrimonia peccent, & quidem tanta, ut non prius e ventriculo elabantur, quam ejuſdem fibras vehementer ſtimulaverint, atque ad violentas, & minime ordinatas contractiones ſollicitaverint, unde motus ventriculi periſtalticus invertatur. In horum cenſu veniunt emetica, quæ acria dicuntur. Sunt porro alia, quæ non ſtimulando operantur, ſed qualitate alia, quæ ſtimulandi virtute æque pollet. Ejuſmodi ſunt laxantia, uti oleoſa, pinguia, aquoſa calide, & copioſe epota, quæque ſiniſtrum ventriculi orificium laxant, nulla ne minima quidem alteratione in dextro orificio facta. Cum enim fibræ orificii ſiniſtri laxatæ multum ſui roboris, & elaſticitatis amittant, fibris dextri in naturali ſtatu remanentibus, neceſſario conſequitur, ut hæ validius, & fortius ſeſe contrahentes illis prævaleant, & ex virium inæqualitate motus ventriculi periſtalticus invertatur, atque ea, quæ in ventriculo continentur, per os protrudantur.

Cathartica fortia.] Ut cathartica medicamenta vomitum inducant valida eſſe debere, quæque vim ſuam ſtatim in ipſum ventriculum exerceant, vel parum infra ipſum, facit potiſſimum ea ratio, quod niſi has conditiones habuerint, e ventriculo elabentur, priuſquam fibras ſtimulando ad violentas, & non ordinatas contractiones ſollicitaverint, ideoque purgatio ſuperveniet. Neque putandum eſt auctum motum, quem purgantia in inteſtinis excitant, ad ſupremas uſque ventriculi partes propagari, ita ut aptus ſit ad contenta e ſtomacho protrudenda; per longum enim inteſtinorum tractum propagatus majorem in modum langueſcit: niſi forte in Duodeno impuritates adſint, & ſordes, quæ impedimento ſint, quominus ad cætera inteſtina irritanda pervenire purgantia poſſint, ideoque vim ſuam exerceant in Duodenum fibrarum ejuſdem motum perturbando, atque invertendo, unde vomitus.

Venena quamplurima corroſiva, fungi &c.] De venenis, præſertim arſenico, ſandaracha, mercurio ſublimato, aliiſque hujuſmodi tam nota res eſt, quam quæ notiſſima. Particulis enim cauſticis, erodentibuſque fęta ſunt, quæ cum ventriculi, tum cæterorum viſcerum fibras ad enormes, atque effrænes motus ſollicitant, ut violentæ excretiones per ſuperiora, & inferiora, dolores capitis, vertigines, deliria, pulſus obſcuritas, inæqualitas, cordis palpitationes, ſyncopæ, urinæ ſuppreſſiones, ſudores frigidi, totius corporis tremores moleſtiſſimi, ac concuſſiones, quæ paſſim in iis obſervantur, qui talia venena aſſumpſerunt, manifeſto demonſtrant. Quamquam vero dantur venena, quæ licet corroſiva non ſint, vim tamen ſuam in ventriculum, atque proxima viſcera exercent. Id obſervavit Hildanus de fungis venenatis *cent.* 4. *obſ.* 34. & Hippocra-

pocrates hiſtoriam affert cujuſdam, qui ab eſu fungorum vehementi vomitu excitato interiit.

IV. *Sympathici ſunt inflammationes inteſtinorum, dolores colici, iliaci, herniæ &c.*] Dum ſanguis in inteſtinorum vaſis ſubſiſtit, ſeu inteſtina inflammantur, eorumdem membranæ ſenſu exquiſitiſſimo præditæ ea ratione afficiuntur, qua opus eſt ad ſpaſmodicas inſignes contractiones, quibus periſtalticus ipſarum motus invertatur. Inverſo periſtaltico inteſtinorum motu, ventriculi quoque inverti contingit, unde vomitus. Hoc idem evenit in doloribus, ſeu a fæcibus induratis, ſeu a flatibus, ſeu ab humoribus craſſis, viſcidiſque hærentibus inteſtino colon, vel ileo; hoc idem in hernia, & prolapſu inteſtinorum, ut præ cæteris Cl. Frid. Hoffmannus teſtatus eſt, qui maxime in ſenibus hernioſis, ubi ingens inteſtinorum copia prolapſa fuit per plures annos inſignem, ac mirabilem amurcæ quantitatem quovis tertio, vel quarto die vomitu redditam vidit.

Vermes.] Vermes quoque in inteſtinis latitantes non alia de cauſa vomitum cient, quam mordendo, ac rodendo inteſtinorum fibras, eorumque motum æquabilem, & ordinatum perturbando, atque invertendo, qui inverſus motus ad ventriculum uſque, & æſophagum propagatur. Neſcio an uberius, quam ab hoc fonte repetendi ſint contumaciſſimi vomitus in pueris, quibus contabeſcunt.

Nephritica affectio, læſiones capitis &c.] Quotieſcumque calculus in renibus, vel ureteribus impactus ſit, vel inflammatione eædem partes corripiantur, vomitum conſtanter ſequi, ut inter ſigna diagnoſtica nephriticæ affectionis maxime propria recenſeatur, facit potiſſimum, quod violentæ, ac ſpaſmodicæ contractiones, quæ a renibus, aut ureteribus excitantur per plexum renalem dextrum, & ſiniſtrum cum ſtomacho inſignem communicationem habentem, ejuſdem fibris communicatæ ipſarum motum periſtalticum perturbant, atque invertunt.

Quid quod capite male affecto a contuſione e. g., vulneribus, doloribus inveteratis, atque vehementibus, diaphragmate, hepate, liene, aliiſque viſceribus aliquo morbo detentis eadem de cauſa enaſcitur? Inordinatos nempe, ac perturbatos harum partium motus ventriculi fibris per nervum vagum communicari contingit, earumque motum invertere, unde vomitus.

V. *Cauſæ externæ ſunt ira ſumma.*] Iræ pulcherrima laus eſt minus eſſe pernicialem, quam cæteræ animi affectiones, ut notat egregie Bacco de Verulamio *in hiſt. vit. & mort.* Immo interdum ſalutaris eſt, ut monet Hippocrates *lib.* 2. *Epid. ſect.* 4. in iis enim hoc remedii genus commendat, qui ex aſſiduo leguminum uſu crurum impotentes facti fuerunt, cujus ſententiam confirmarunt etiam Horſtius *lib.* 3. *conſ. epiſt.* 12. qui paralyticum triennalem ob hoſtis præſentiam in furorem actum e lecto repente profiliiſſe, atque eumdem invaſiſſe tradit; Valeriola *lib.* 2. *obſ.* 4., qui paralyſim inveteratam, & ſingultum enormiorem iræ beneficio ſanatum deſcribit. Quid quod adverſus podagram valere plurimum obſervarunt Pechlinus *lib.* 3. *obſ.* 28., & Bartholinus *in hiſt. anatom. cent.* 6. *hiſt.* 28.? Tertianas, quartanaſque febres contumaciſſimas ira profligatas teſtantur *M. N. C. dec.* 2. *an.* 3. *obſ.* 93. Paræus *lib.* 1. *cap.* 23. Si tamen modum excedat, plurimi, iique graviſſimi morbi enaſcuntur. Frequentiſſime vomitus. Cum enim in ira ſpiritus animales hac illac cæco impetu irruant, mirandum non eſt periſtalticum ventriculi motum inverti, unde vomitus. Huc accedit in ira ſumma bilem ab hepate per ductum choledochum in duodenum ob irregularem ſpirituum motum, ſolidarumque partium, quæ ejuſdem ſecretioni dicatæ ſunt, ſpaſmodicam conſtrictionem exprimi, in ventriculum inſigni copia regurgitare, ibique irritando, ac mordendo vomitum ciere.

Motus in rheda, navi, aſpectus rei ingratæ, aut imaginatio fortis.] Vomitus, qui

qui a motu in rheda, navi excitatur, non aliunde repetendus eſt, quam ex eo, quod talis motus ſpirituum animalium motum perturbat, a perturbato ſpirituum animalium motu, cum totius corporis, tum ipſius ventriculi fibræ varie, inordinateque concutiuntur, hinc periſtalticus eorumdem motus invertitur, unde vomitus. Qua de re plura dicemus cap. de affectione hypochondriaca.

Ab eodem fonte repetendi ſunt vomitus in iis, qui aliqua imaginatione forti tenentur, præſertim ſi delicatiores ſint, ut mulieres, & pueri, propter molliores, infirmioreſque nerveas fibrillas, quæ ad inſuetas motiones vehementius ſuſcipiendas præ robuſtiorum hominum fibris ſunt opportunæ. Quanta ſit vis imaginationis ad perturbandum motum fibrarum noſtri corporis, liquet ex Epilepſia, quam a forti imaginatione excitatam teſtatus eſt Baglivus; ex notis rei appetitæ, quas mulieres gravidæ infantibus imprimunt: ut mittam eos, qui oſcitantem, aut vomentem cum viderint, oſcitant, & vomunt, nec non illos, qui cum edentes intueantur ſalivant, unde in proverbii conſuetudinem venit: *ſalivam moveri iis, qui aliquem cibum appetunt*. Qui plura cupit adeat lib. 1. cap. 8. com. in aphor. 3. ubi argumentum hoc fuſe pertractavimus.

VI. *Signa præſentis vomitus ſunt moleſtia circa præcordia &c.*] Quemadmodum per ſummam, atque admirabilem inter nervoſas partes connexionem, ut una affecta, altera quoque licet longe diſſita afficiatur, commodiſſime explicantur vomitus, qui ſympathici dicuntur, atque ex ſtimulo extra ventriculum repoſito ortum traducit; ita ea facillime explicari poſſe videntur, quæ vomitum comitantur. Undenam enim moleſtia illa circa præcordia, undenam ſuperveniens vertigo, ſalivæ fluxus, tremor inferioris labii, & alia ejuſmodi ſymptomata repetenda, quam ex violentis, & minime ordinatis ventriculi contractionibus, præcordiis, faucibus, ori, capiti, aliiſque partibus communicatis, unde varie, inordinateque concuſſis nerveis filamentis opticis vertigo excitetur, ſpaſmodice conſtrictis glandulis ſalivalibus ſerum copioſe exprimatur, varie exagitatis muſculis maxillæ inferioris motui inſervientibus, tremor labii ſuperveniat?

VII. *Signa vomitus pituitoſi ſunt excretio materiæ craſſæ, viſcidæ &c.*] Summopere utile eſt, ac perneceſſarium medentibus vomitus differentias deſumptas ex materia ventriculi fibras ad violentas, inordinataſque contractiones ſollicitante cognoſcere, ne ſine diſcrimine eadem in omnibus remedia adhibeantur magno ægrotantium damno. Symptomatum differentia vomitum pituitoſum, ac bilioſum ſignificantium pendet potiſſimum a materiæ morbum facientis diverſitate. Viſcidam, ac tenacem materiem ventriculi parietibus inhærentem, ac vomitum excitantem, præterquamquod conjunctam habere debere excretionem muci viſcidi, ac tenacis perſpicuum eſt, accedit præterea nonniſi ventriculum gravare poſſe, ſuccos digeſtioni ciborum, ac fami naturali excitandæ deſtinatos obruere, atque impares muneri ſuo reddere, unde ſenſus ventriculi gravativus, inappentia inſignis, aliaque ſubſequuntur id genus; cum tenuis nimis, atque acris ſit pungere, mordere, etiam vomitum tenujum, acrium varii coloris humorum, ardoris, punctioniſque ſenſum comitari contingit, ſitim, & ſimilia.

VIII. *Sanguinei ſunt ventriculi gravitas, punctorius, & tenſivus hypochondrii ſiniſtri dolor &c.*] Quamvis vomitus ſanguineus a vaſis ventriculi ſanguiferis ejus ſubſtantiam perreptantibus diſruptis, eroſis, aut alia ratione affectis ſanguinem in ventriculi cavum effundentibus oriri poſſit, nullo vitio in liene, viciniſque partibus exiſtente; plerunque tamen lienis obſtructionem pro cauſa agnoſcit. Obſtructus enim, infarctuſque cum ſit lien, ſanguinem ab arteria ſplenica provenientem recipere nequit; ſtagnante autem ſanguine circa arteriam, & venam ſplenicam, neceſſe eſt, ut magna ejuſdem copia traijciatur in vas breve, quod in ventriculum deſinit, eoque diſtento plus æquo, ac diſrupto, in ventriculum exone-

oneretur, hinc liquet cur præter divulfionis fibrarum ventriculi fenfum, qui probabiliter a vaforum difruptione pendet, tenfivus plerunque hypochondrii finiftri dolor comitetur, non aliunde quam a fanguine circa arteriam, & venam fplenicam hærente, eafque diftendente repetendus. Liquet etiam cur fanguis, qui vomendo eijcitur, atri, fufcique fit coloris, & congrumatus. Antequam enim e vafis ventriculi erumpat, in prædictis partibus fubfiftens, ceffante globulorum ejufdem motu, atque agitatione, ruborem, fluiditatemque amittit, hinc atri, fufcique coloris eijciatur neceffe eft. Cum tamen evenire poffit, ut ab arteriis difruptis, exefifque effundatur, nullo in liene, aliifque vifceribus vitio exiftente, perfpicuum eft interdum rutilum, floridumque erumpere poffe, mixtum tamen pituita ventriculi vifcida, ut Cl. Etmullerus adnotavit.

IX. *Confuetus vomitus certis temporibus recurrens, quo &c. falutaris.*] Ad praxim commodiffima divifio vomitus eft in confuetum, & accidentalem. Illius rurfus in periodicum, vel nullam periodum fervantem. Periodi exemplum præbent illi, quibus fingulis hebdomadis, aut menfibus ab incongruis fuccis ventriculus exoneratur. Talis enim vomitus eft earum rerum, quæ ventriculum gravant, quæque noxiæ hominibus, atque infeftiffimæ evaderent, nifi extra corporis confinia qua data porta educerentur. Ejufmodi funt, quæ a ciborum digeftione relinquuntur, quæque mora in ventriculo facta in infipidum phlegma, aut acidum fuccum degenerant. Ob id potiffimum vomitus, qui tales conditiones habuerit, falutaris cenfendus eft.

X. *Vomitus cachecticis, & febribus intermittentibus diebus judicialibus &c.*] Neque inutilis eft divifio vomitus in naturalem, & artificialem. Naturalis quidem folet appellari, quem natura per fe ipfam concitat nullo adjuvante artificio. Artificialis vero, quem digiti, vel penna oleo illita in fauces immiffa, vel liquor aliquis, aut quodcumque corpus, quod irritandi vi præditum per os affumptum promovet. Naturalis vel ea expellit, quæ naturæ inimica funt, vel ex mera naturæ irritatione, atque intempeftive fufcitatur. Ille falutaris eft, hic nullatenus. Hifce breviter delibatis haud infolens, atque arduum explicatu crediderim, cur febribus intermittentibus diebus judicialibus vomitus fponte fuperveniens falutaris fit. Pravi enim humores, qui ab hepate, pancreate, glandulis ventriculi, & inteftinorum extillant, quique in primis viis collecti certo, ftatoque tempore aptam fanguini ad excitandam febrem materiem fuppeditant opportuno ad excretionem tempore, diebus fcilicet judicialibus excernuntur, unde imminentem paroxyfmum præcaveri contingit, vel faltem leviorem fieri, & febrem fenfim fenfimque tuto, feliciterque debellari.

XI. *Vomitus fanguinis in iis mulieribus, quibus fuppreffæ funt menftruæ purgationes &c.*] Dum fanguis, qui per uterum excerni debuerat intus cohibetur, plenitudo fit infignis, qua vafa ventriculi venofa brevia dicta majorem in modum diftenduntur, difrumpunturque, hinc vomitus fanguinis, ut & Hippocratis *lib. de morb.* 5. 32. & Forefti *lib.* 16. *obf.* 25. Panaroli *Pentecoft* 1. *obf.* 6. Roderici a Caftro *de morb. mulier. lib.* 1. *cap.* 3. Hoechftædteri *Dec.* 3. *caf.* 7. aliorumque obfervationibus compertum eft; quem vomitum parum, aut nihil pertimefcendum effe facit potiffimum ea ratio, quod ablata plenitudine, ac nimia vaforum diftentione, difrupta vafa facile confolidari contingit, ac coalefcere. Huc accedit evocatis menfibus etiam recidivæ periculum omne tolli, ut præ cæteris adnotavit Hippocrates *aph.* 34. *fect.* 5. ubi ait: *Mulieri fanguinem evomenti menftruis erumpentibus folutio fit.* Eadem fere de caufa & gravidæ in vomitum fanguinis frequenter incidunt. Fit enim, ut totus fanguis, qui ante geftationis tempus per uterum excerni folebat, eodem ipfo geftationis tempore in nutritionem fœtus minime feratur, præfertim fi plethoricæ fint mulieres, opi-

paris cibis liberaliter indulgeant, & vena ad nimiam ſanguinis plenitudinem tollendam minime ſecetur. Quod ubi contigerit, concurrente ſolidarum partium vitio, vomitum ſanguinis ſequi debere adeo manifeſta res eſt, ut manifeſtior ſit nulla. Hic porro vomitus quamvis per ſe minime periculoſus ſit, cum a ſola plenitudine oriatur, fit tamen periculoſus, quatenus reciproca illa Muſculorum Abdominis, & Diaphragmatis contractione, qua viſcera imi ventris majorem in modum concutiuntur, abortus ſequi poteſt, eoque magis ſi copioſa ſit ſanguinis excretio, per quam neceſſarium, ac ſufficiens fœtui nutrimentum auferatur.

XII. *Solum vomitus, qui modum non ſervat, qui diuturnus eſt, &c.*] Egregie monet Hippoc. ſect. 1. aph. 2. *In perturbationibus ventris, & vomitionibus ſpontaneis, ſi talia purgentur, qualia purgari oportet, confert, & leviter tolerant: ſin minus, contra.* Quo aphoriſmo docere viſus eſt Hippocrates in curatione evacuationum, ſive per alvum, ſive per os, illud quam diligenter conſiderandum eſſe, num criticæ ſint, num modum ſervent, num per eaſdem materia inutilis eijciatur, vel e contra ſymptomaticæ ſint, atque ex mera naturæ irritatione oriantur, num ea quæ excerni non deberunt, materia ſcilicet utilis, atque boni, laudabileſque ſucci copioſe excernantur. Si primum, cohibendas non eſſe, ſed tamdiu ſinendas, quamdiu ſunt opportunæ: Sin alterum, e contra reprimendas.

XIII. *Pituitoſo vomitu laborantibus ſal abſynthii &c.*] Nullum magis acceptum, probatumque remedium Riverio, Sydenhamo, aliiſque ad vomitum compeſcendum, quam ſal abſynthii. Fateor me eodem in quibuſcumque vomitionibus vix, ac ne vix quidem ad cauſam irritantem reſpicientem uſum fuiſſe. Mirum in nonnullis vomitum incantamenti ad inſtar ſedatum, in aliis e contra auctum potius, gravioremque non ſemel deprehendiſſe. Quæ res effecit, ut rem ſedulo pro ingenii modulo ad examen revocarem, ac viderem quibus tandem vomitionibus compeſcendis par idem eſſe poſſet. Quod nulla meliori ratione me præſtare poſſe ſum arbitratus, quam principia abſynthii indagando. Totam igitur plantam oleo eſſentiali plus minus amaro, & aromatico, ſale plus minus tenui, ac volatili conſtare experimentis ſolertiſſimorum virorum compertum habui, ideoque ad deficientem ſolidarum partium motum, atque elaterem augendum, ad laxiores fibras conſtringendas, ac firmandas, ad craſſiores ſuccos attenuandos, tenaces incidendos, ad mucoſas quiſquilias alicubi impactas, adhærenteſque diſſolvendas aptiſſimam. Salem, qui fit ex lixivio cinerum plantæ combuſtæ, quod rite percolatum evaporatur ad ſiccitatem uſque, adeo acrem eſſe inveni, ut ſolum in parca doſi, & multo liquore dilutus, aut viſcidulo corpore involutus exhiberi poſſit, ne acrimonia ſua gulam, & ventriculum lædat. Quibus rite perpenſis hærere mihi diutius non licuit. Ad credendum enim vehementer adductus ſum ſolum vomitioni a fibrarum ventriculi laxitate, a materia craſſa viſcida, ac lenta ejuſdem parietibus adhærente opitulari. Atque hinc liquido conſtare arbitror, cur ſi medicamenta ex abſynthio deſumpta ſine diſcrimine adhibeantur in quibuſcumque vomitionibus, eaſdem interdum augeant, ac graviores efficiant. Nempe vomitus a fibrarum rigiditate, criſpatura inſigni, convulſiva, & ad inflammatoriam tendente tenſione, ob acres, atque erodentes ſuccos non modo non ſedant abſynthiaca remedia, ſed ita augent, ut fere inſanabiles reddantur. Apte cadunt in hunc locum obſervationes Sim. Paulli, quibus deprehenſum eſt helluones fere omnes, qui ad appetitum ſollicitandum vinum abſynthites, aut tincturas ſtomachicas, ac ſpirituoſas ingurgitant, plerunque macie comſumptos evadere. Si in vomitu pituitoſo, ſeu a craſſa, ac viſcida materie ventriculi parietibus inhærente, ac fibrarum ejuſdem laxitate adhibeatur, niſi eumdem compeſcat, pulcherrima ſaltem ejuſdem laus eſt, eam-

dem

dem materiem attenuando, incidendo, quod cæteri omnes lixiviales sales, & medii faciunt, ea ratione alterare, qua opus est ad promptam, facilemque excretionem. Observatione dignum est, quod narratur in M. C. *an. 6. & 7. obs.* 199. de cive quodam, qui cum absynthium plane aversaretur, consilio cujusdam pharmacopæi granis aliquot salis absynthii fixi assumptis, non minus consueta symptomata, deliquium, stomachi subversionem passus est.

XIV. *Quo frustra adhibito, si æger facilis sit ad vomendum &c. radix Ipecuac. &c.*] Duplex est modus, quo præparati humores expelli possunt, per vomitum nempe, atque alvum. Nonnulli cum eosdem humores in ventriculo hærentes animadverterint facilius per vomitum arte excitatum educi posse, ad emetica confugiunt. Vehementer enim contractis ventriculi fibris, ac totius abdominis, vicinisque partibus valide concussis fieri minus vix potest, quin humores ventriculi parietibus adhærentes per æsophagum, atque os protrudantur. Qui modus purgationis maxime probatur Fernelio (*de vomit. cap.* 3.) ubi ait. *Vomitus purgationum omnium præstantissimus est; quia noxios humores ex ipsis fontibus sinceros elicit, & evacuat, omnemque in ventriculi capacitate, ac ejus tunicis hærentem illuviem in primis expurgat, e præcordiorum membranis, e cavis jecoris, lienis, ex pancreate omnis generis supervacaneos humores elicit, quos plerunque neque hiera, neque aliud vehementissimum ullum etiam frequens pharmacum in alvum exturbare potuit.* Nos ab his sumus, dummodo tamen eæ conditiones serventur, quas attigimus, ut scilicet emetica coindicentur a constitutione corporis valida, in qua videlicet & stomachus ad vomendum proclivis sit, & viscera satis robusta, & nihil prohibeat, quominus tuto eadem exhiberi queant.

Sed quod caput est ad emetici delectum summopere attendendum est, ita quidem ut lenia, quæque laxando potius, & lubricando, quam irritando operantur, neque vehementia, atque acria adhibeantur.

Illa enim sæpe sæpius in stomacho remanent, cruditatem augent, majorisque oneris sunt, hæc vero violentas in stomachi fibras contractiones excitando gravissimas molestias creant. Mediocria omnium tutissima sunt, atque in vomitu quidem Ipecacuanna cæteris omnibus præferenda; non solum enim educendo humores ventriculi parietibus adhærentes operatur, si vomitum cieat, sed etiam partes stipticas communicando, quibus laxatæ ejusdem fibræ in pristinum elaterii statum restituuntur.

XV. *Si aliquid vomitum prohibeat, ad aquam Tetutianam &c.*] Nemo ignorat aquas Tetutianas insigni salsedine præditas esse. Quæ salsa sunt ad attenuandum, incidendum, atque abstergendum plurimum valere manifesta res est: hinc est aquas Tetutianas salsedine sua lentos, viscidosque humores ventriculi, & intestinorum parietibus tenaciter adhærentes attenuando, incidendo, abstergendoque vomitu laborantibus egregie opitulari. Solent largius, & liberaliter exhiberi, ut ventriculum, & intestina suo pondere gravantes, mordacitate irritantes per alvum viam sibi facilius aperiant. Sed hac de re plura alibi.

XVI. *Facta purgatione quolibet die bolis ex Diascord. Fracastor. &c.*] Salubre practicorum accuratiorum post Cl. Sydenhamum consilium est cuilibet purgationi opiatum aliquod medicamentum subjungere, quo commotio omnis, atque irritatio a purgante medicamento excitata sedetur. Quod si unquam præstandum, id maxime præstandum esse post purgationem ad vomitum compescendum institutam, quam violentæ, & non ordinatæ fibrarum ventriculi contractiones præcesserunt, luce clarius apparet. Narcoticam vim habent Theriaca, Mithridatum, Diascord. Fracastorei, aliæque similes compositiones propter admixtum opium, quæ propterea sine discrimine, ubi sedandum sit, usurpari possunt. Qui tamen a nimia ingredientium farragine abhorret, nullus dubito quin Diascord. Fracastorei cæteris

anteponat, quod etiam Sylvius in quorumvis humorum acrimonia commendat.

XVII. *Quæ dum fiunt extrinſecus panem toſtum aceto optimo imbutum &c.*] Innumerabiles fere ſunt facultates, quibus panis toſtus, & vino generoſo imbutus, ſi intus ſumatur, præditus eſt. Præcipuæ ſunt vires vel ab inſigni defatigatione, vel a nimia ſanguinis evacuatione labefactatas reficiendi. Ita Henricus ab Heer *in obſ. med.* 18. virum quemdam a Veneris abuſu viribus fere omnibus deſtitutum, ac languentem hoc remedii genere ab Orci faucibus eripuiſſe teſtatur. Ad abortum etiam præcavendum plurimum facit, quemadmodum obſervationibus Cl. Reuſneri, & Velchii compertum eſt. Pares inſunt vires, ſi externe applicetur. Ita Democritum in extrema jam ſenectute conſtitutum, atque imminentem finem ſentientem odoris panis recenter cocti in gratiam ſororis ad triduum mortem remoratum eſſe, tradidit Diogenes Laertius *in lib. de vita philoſoph.* 9. Panem etiam naribus admotum a lipothymia liberare auctor eſt Laurentius Joubertus. Panem cum carui ſemine coctum, & ex furno recenter extractum, ac diſſectum, & auri calide fomenti loco applicatum valere plurimum adverſus ſurditatem, & Riverii in praxi *med. lib.* 3. *c.* 2. & Reuſneri *obſ. med.* 55. & Hoffmanni auctoritate *diſſert. de præſtantia remediorum domeſticorum* evincitur. Hiſce accenſenda facultas, quam habet panis toſtus, & aceto optimo imbutus ventriculo applicatus vomitum compeſcendi, ut propterea infantes, quibus interna medicamenta infeſtiſſima ſunt, ſimpliciſſimo hoc remedii genere diris vomitionibus liberentur.

XVIII. *Extract. Abſynth. Centaur. minor.*] Multę ſunt plantæ aromaticæ, quas ſtomachi amicitia claras fecit, quæque ad eumdem roborandum aptiſſimæ exiſtunt. Inter has primatum obtinent Abſynthium, Centaur. min. Agrimon. ut deduci poteſt ex obſervationibus a Pachequo derivatis, qui uſu decoctionis ex iiſdem plantis paratæ inappetentiam in famem caninam deſiiſſe teſtatus eſt. Similis quoque facultas ineſt gentianæ, flor. chamomil. flavedini cortic. aurantiorum, & hujuſmodi, eaque potiſſimum ratione ſubtilis cujuſdam, ac volatilis olei, quo fœta ſunt cum ad mucaginem ſpiſſam ventriculi parietibus adhærentem diſſolvendam, tum ad laxiores ejuſdem fibras firmandas aptiſſimi. Hinc elixirium ex extractis iſtarum plantarum cum vino malvatico eximii uſus in morbis ventriculi a craſſa, viſcida, tenacique materie ejuſdem parietibus adhærente oriundis.

XIX. *Si vires præ moleſta materiæ ingratæ rejectione dejectæ ſint, vinum vetus &c.*] Vires in hoc morbo interdum præ moleſta ingratæ materiæ rejectione ita deijciuntur, ut animi deliquia immineant. Tunc vero ſuaviter olentia, & vires confortantia ſunt exhibenda; inter quæ principem obtinet locum vinum optimum odoriferum cum myrrha. Summam illi ineſſe facultatem ad vires confortandas liquet ex Furio, ſeu ut alii malunt, Sutrio comico inter Veteres non ſpernendo, qui meretricem quamdam Gliconem cognomine dictam in ſcenam ducit, quæ quo alacrius exercitiis venereis fungi poſſet: *Myrrhinum*, inquit, *mihi affer*, *quo virilibus armis occurſem fortiuncula*.

Hinc ab Hebræis Jeſu datum, non ut levarent, quemadmodum teſtatur Thom. Bartholinus, cujus meminit Lanzonus, ſed ut magis illum affligerent a levamine illo fortaſſe abhorrens, quod in tam diro cruciatu ab odore myrrhæ exhaurire poterat.

XX. *Cave tamen, ne vinum aceſcat in ſtomacho &c.*] In pleriſque hominum, quorum ſtomachus laxus eſt, lentiſque mucis acidis ob præcedentes indigeſtiones obſtructus, vinum quantumvis lene, ac molle facile aceſcit, ac propterea ructus, tormina, inflationes, atque alia incommoda a paſtu progignit. Tunc vero juſtus ſubrepit timor, ne plus damni quam emolumenti ex ventriculi roboratio-

ne

ne fequatur. Præftat porro tales aqua uti, vel levi vino, ut præ cæteris notat Cl. Tozzius inquiens: *Quod pariter obfervare licet in iis omnibus, qui a nativitate debilem ventriculum fortiti funt; in his enim falubrior aquæ ufus eft, quam vini, licet de languido ftomacho conquerantur, modo vinum imbecille non fit, quale græcis oligophoros dicitur.*

XXI. *Decoctum Caffè cum elixir. propriet. Paracelf. &c.*] Ex analyfi in R. S. A. P. inftituta feminis torrefacti Caffè conftat, oleo craffiore empireumatico, & particulis igneis per torrefactionem impraegnato cum portione falis volatilis urinofi conjuncto foetum effe. Quo apparet non inutile prorfus effe decoctum adeo familiare in privatis, publicifque ædibus, atque ad craffos, lentofque humores attenuandos, ac diffolvendos, ad laxatas partes roborandas, fpiritus recreandos, ideoque adverfus ventriculi imbecillitatem, ciborum faftidium, vomitum a lentis, vifcidifque humoribus ventriculi parietibus inhærentibus apprime facere. Hinc eft Turcas, atque Mahometanas nationes hac potione frequentiffime uti, quoniam magna fructuum aquæ, & cucumerum copia, a quibus ftomachus mirum in modum debilitatur; cruditatefque in eodem gignuntur, faturantur. Neque aliter evenire cenfendum eft, fi confideremus effecta, quæ ejufdem ufum fequuntur. Videmus enim ingenium acui, mentem quafi torpefcentem excitari, & ad functiones obeundas alacriorem fieri, promptioremque, fomnum arceri, diurefim, menfes cieri, atque interdum alvum fubduci. Quare falubre eft confilium eodem parce utendum effe, nec hominibus hæmorrhagiis, vigiliis, cordis palpitationibus, fpafmodicis morbis obnoxiis, quorum propterea humores nimis foluti funt, & falibus acribus turgidi, præfcribendum effe. Fieri enim poteft, ut fulphureæ fanguinis partes fulphureis, atque volatilibus Caffè principiis plus æquo folvantur, ac fui juris factæ variis morbis anfam præbeant.

XXII. *In biliofo vomitu folo ol. amygd. dulc. &*] Uti in vomitu pituitofo a craffa, ac vifcida materia ventriculi parietibus adhærente attenuantibus, incidentibus, abftergentibus corrigenda; ita in biliofo acre principium per ea quæ involvunt, diluunt temperandum, fimulque irritatas nimis, ac convulfas partes demulcendas, emolliendafque adeo manifefta res eft, ut manifeftior fit nulla. Oleum amygdal. dulcium, aqua copiofe ingefta, ferum lactis, atque alia ejufmodi virtute hac maxime donantur. Quarum rerum exempla nobis præbent Chymici, qui vim aquæ fortis corrofivam duobus modis infringunt, affufione fcilicet olei, vel aquæ. Si primum fiat, particulæ acidiffimæ aquæ fortis a ramentofis olei partibus obruuntur, involvunturque, fitque magma quafi quoddam, quod corrodendi vim fere omnem amittit; Sin alterum, aquæ fortis particulæ diffociantur, fejunguntur, & ad erodendum impares redduntur. Quanta fit vis aquæ ad cauflicas, erodentefque particulas diluendas liquet præ cæteris ex Cl. Sydenhamo in epiftola ad Robertum Bradii referente hiftoriam cujufdam hominis, qui cum haud exiguam Mercurii fublimati quantitatem deglutiviffet, repetitis hauftibus aquæ tepidæ fanatus eft. Horum omnium pulcherrima laus eft irritatas nimis, & convulfas partes demulcere, laxare, & fi ingens fit vomendi conatus, materia vero propter nimiam acredinem, ac fubtilitatem minime excernatur, excretionem ejufdem promovere.

XXIII. *Clyfteres quoque emollientes &c.*] Si ullo in vomitu Clyfteres conveniunt, in illo maxime conveniunt, in quo acres, erodentefque humores peccant, ac folidæ partes nimis irritatæ, & convulfæ funt. Emollientes tamen, non ftimulantes, ut plerique folent in fpem adducti, ut credant materiem irritantem ad inferiora averti, atque evacuari. Verendum enim eft, ne plus damni ex ftimulo in nerveas inteftinorum fibrillas inducto, quam emolumenti ex materiæ excretione per alvum fequatur. Emollientes porro tutiffimi funt, quippe

qui

qui non solum alvum lubricando, craffafque fœces in craffis inteftinis hærentes dimovendo, educendoque tenujores, fubtilioresque humores a tenuibus, & quod confequens eft, ab ipfo ventriculo ad alvum invitant, fed etiam balnei ad inftar fibras inteftinorum laxando, emolliendoque proximam morbi caufam, violentas fcilicet, & non ordinatas contractiones fibrarum ventriculi, propter mirabilem illam inter hafce partes connexionem, ut una affecta, altera quoque afficiatur, tollunt, vel plurimum faltem imminuunt.

XXIV. *Educta materie peccante, confer. rofar. vel cydonior. &c.*] Quamvis fubacida medicamenta, eo quod ftomacho grata fint, & blande adftringentia, ac roborantia in quocumque vomitu locum habeant, in eo tamen maxime conveniunt, in quo acres, alchalini, urentefque humores peccant, qui acidis medicamentis majorem in modum temperantur. Acida enim acribus contraria effe; eademque figere, & in medium mitem, ac blandum faporem convertere compertum eft; unde etiam catharticorum vires infringunt. Inter acida vegetabilia numerantur cydonia, limones, berberum fructus, quorum etiam pulcherrima laus eft calorem febrilem, fitimque extinguere, vires reficere, atque etiam putredini prævalide obfiftere. Egyptii narrante P. Alpino *de medic. Ægyptior.* fructus berberum in febribus malignis, & peftilentialibus cum immoderatis evacuationibus feliciffimo cum fucceffu ufurpare folent. Eodem remedii genere fe peftifera febre correptum cum immoderata diarrhæa Ægyptiorum medicorum confilio ufum fuiffe feliciffimo eventu teftatus eft laudatus auctor. Simon quoque Pauli Alpini exemplum imitatus ab enormi diarrhæa, & acri febre Lutetiæ Parifiorum fe liberatum fuiffe tradit.

XXV. *Cibi grati, & jucundi fint.*] Gratos, & jucundos cibos naufea, & vomitu laborantibus exhibendos effe docuit Hippocrates, inquiens: *Cibum, & potum ægris paulo deteriorem, jucundiorem tamen melioribus quidem, fed injucundioribus effe præferendum. Quæcumque enim cum voluptate affumuntur*, ait Galenus in com. *ventriculus amplectitur, & concoquit, fic ea quæ difplicent refugit, unde naufeæ, & flatus, & fluctuationes fubfequuntur.*

XXVI. Vid. cap. 2. lib. 2.

XXVII. Vid. cap. 8. lib. 3.

CAPUT II.

De Cholera humida, & ficca.

I. CHolera humida eft immoderata acrium, & difformium per fuperiora fimul, & inferiora expulfio cum facie hippocratica, inquietudine ad artus inferiores infigni, ut loco ftare nefciant ægri, plerunque invadens.

II. Ab inverfo motu periftaltico ventriculi, & inteftinorum convulfiva, crebrioreque contractione deorfum tendente dependet.

III. Hujufce caufa eft ftimulus in ventriculo, & principio inteftinorum infignis, quem potiffimum excitant humores acres, erodentes, ac colliquantes fanguinis maffam.

IV. Caufæ externæ funt emetica fortia, & cathartica, hepar antimonii, crocus metallorum, vitrum antimonii, mercurius vitæ, helleborus albus, colocynthis, gummi guttæ, laureola, efula, elaterium, euphor-

bium,

bium, venena corrofiva, fructus omnes fermentifcibiles nimia copia ingefti, fructus horæi, muftum, vinum recens, cucumeres, pepones, cæpæ, carnes fuillæ crudiores, cicera, fepiæ, aliaque id genus æftate præfertim, vel debili exiftente corpore, vinum in ftomacho lacti commixtum, & acefcens, nimia ingluvies, gravis ira.

V. Violenta aeris per fuperiora, & inferiora cum impetu, & fonoro ftrepitu eruptio cholera ficca appellatur, quæ tunc excitatur, cum

VI. Particulæ aeris fpafmodica fibrarum æfophagi, pylori, & totius canalis inteftinorum conftrictione comprimuntur, ac carcerantur, mox hifce refolutis libere, ac violenter erumpunt.

VII. Choleram humidam ventriculi, & inteftinorum vehemens dolor, inflatio, diftentio, pulfus parvi, frequentes, animi deliquia, fingultus, fpiratio celerrima, fudores frigidi, extremorum refrigerationes, artuum contractiones, convulfiones non raro fequuntur.

VIII. Cholera certis temporibus recurrens, quæque declinationibus febrium fupervenit, falutaris.

IX. Cæterum acutiffimus morbus eft Cholera, atque viginti quatuor horarum fpatio hominem interdum jugulans.

X. Quamcitiffime igitur curatio Choleræ inftituenda; præfertim illius, quæ majorem anxietatem, irritationem, ac dolorem, quam pro evacuationis quantitate infert.

XI. Elixetur igitur pullus tenerior in aqua fontis, atque jufculum ægro ad libras per intervalla tepidum propinetur. Clyfteres eodem tempore injiciantur ex eodem jufculo addendo fyrupos portulac. lactuc., violarum.

XII. Poft quatuor, vel quinque horas fequens mixtura exhibeatur.

℞. Aq. Ment. e fuc. flor. chamomil. theriacal. a ℥ i. Aq. cinnam. el. ʒ ii. fyrup. berber. ʒ vi. Laudan. liquid. cydon. gut. x M.

Extrinfecus emplaftrum ex theriaca, vel fequens Ceratum ventri applicetur.

℞. Cerat. Tachamac. ℥ .s. Camphor. Op. a ʒ .s. Diffol. camphor. & op. cum fpiritu vini, & reformetur ceratum pro ufu dicto.

XIII. Quid non præftant interdum, ubi de ægro fere conclamatum fit, aquæ perquam frigidæ potiones? Uti nimirum initio morbi aquæ tepidæ, ita decurfu ejufdem frigidæ mirum in modum conferre vifæ funt.

XIV. Nifi forte aqua frigida placidam exoptandam tranquillitatem conciliet, paregorica nulla interpofita mora in ufum vocanda.

XV. In Cholera ficca ol. Amygdal. dulc. s. i. r. e. ad ℥ v. cum laudan. liquid. gut. vi. ad x. nec non Clyfteres ex decoct. fl. Chamomil. cum furfure ℥ vi. ol. Lilior. albor. Violar. a ℥ i. .s. philon. roman. vel theriac. ʒ ii. fæpius injecti eximiam operam præftant.

XVI. Quotidie bis propinetur pulvis ex nitr. purifs. conchar. præp. ftib. diaphoret. a ʒ i. camphor. gr. x m. f. pulvis irrorandus ol. ftil. flor. chamom. gut. x., & detur ad ʒ .s. ex decoct. theiformi flor. Chamomil.

XVII. Vinum maturum, lene, odoriferum, calidum exhibeatur.

CAP.

CAPUT II.

De Cholera humida, & sicca.

I. C*Holera humida est immoderata acrium, & difformium per superiora simul &c.*] Plura in hac definitione adnotanda sunt. *Immoderatam humorum acrium, & difformium expulsionem* cum dicimus, & copiam humorum, qui in Cholera eijciuntur, & qualitatem eorumdem significamus. Copia nimirum humorum tanta est, ut longe superet cum digestorum quantitatem, tum humorum, qui ab aliis visceribus naturaliter constitutis illuc possunt confluere. Ad qualitatem quod spectat, silentio prætereundus non est Galeni error, & veterum fere omnium, qui bilem solummodo flavam in hoc morbo eijci opinabantur, unde morbi appellationem ἀπὸ τῆς χολῆς, ideſt a bile flava sumendam esse judicaverunt. Quæ ætymologia licet multis probetur ductis potissimum auctoritate Hippocratis, Celsi, Aureliani, qui eam receperunt, observatio tamen, & ratio eamdem minus probandam esse luculenter ostendunt. Observatione quidem compertum est non flavos tantum, sed varii coloris virides, nigros, aliosve humores expelli. Ratio autem evincit non a bile tantum oriri posse choleram, sed ab aliis quibuscumque humoribus, pancreatico nimirum, & qui a glandulis ventriculi, & intestinorum extillat a naturali statu recedentibus, eamque acrimoniam nactis, qua nerveas ventriculi, & intestinorum fibras pungere, mordere, & in violentissimos spasmos proritare valeant. Si quis velit potius cum Cl. Tralliano Choleram sic appellari ab intestinis, quæ a græcis χολάδες dicuntur, vel quod humores, qui eijciuntur ad biliosos mordacitate, & acrimonia accedunt, nihil plane est cur pugnemus, ne illos imitari videamur, qui quæstiones plerunque sic pertractare solent, ut lis sit potius de nomine, quam de re.

II. *Ab inverso motu peristaltico ventriculi, & intestinorum convulsiva, crebrioreque contractione &c.*] Illud citra ullius erroris suspicionem affirmari posse videtur, evacuationes per superiora simul, & inferiora haberi non posse, nisi & ventriculus, & intestina simul afficiantur; ille quidem ea ratione, qua vomitum promoveri diximus, hæc vero, qua alvi profluvium, de quo infra dicemus; unde morbus exoriatur a vomitu quidem, & alvi profluvio diversus, qui tamen a causa utriusque proxima vehementius operante ortum traducit. Cum nempe vomitus ab inverso peristaltico ventriculi motu dependeat, diarrhæa vero a peristaltico motu intestinorum nimis sollicitato, seu quod eodem recidit a convulsiva, crebrioreque sui naturalis deorsum tendentis itineris contractione, si utraque causa eodem tempore vehementer operetur, immoderatam per superiora, & inferiora simul expulsionem sequi adeo manifesta res est, ut nulla sit manifestior.

III. *Hujusce causa est stimulus in ventriculo, & principio intestinorum insignis, quem &c.*] Quamvis materia, quæ ventriculi membranas vellicare habet, non solum ad duodenum, & intestina tenuja, sed crassa etiam transmitti queat, unde non solum ventriculus, & intestinorum principium morbi sedes statui possit, sed totus etiam intestinorum canalis, si tamen res paulo diligentius ad examen revocetur, duodenum speciatim, omnesque ductus, per quos humores in ipsum demittuntur, pro genuina morbi sede habendos esse luce clarius apparebit. Etenim si veteres audimus, bilem ipsi flavam per vomitum, atque alvum eijci opinabantur: undenam autem tanta bilis copia repetenda, nisi ex ductibus, qui bilem in duodenum transmittunt? Quod si non bilis tantummodo, sed & lymphæ pancreaticæ copiosior habetur proventus, ut putant Recentiores, nonne hæc per-

perductum choledochum una cum bile in cavitatem inteftini duodeni exoneratur? Quid quod in iis, qui cholera perierunt corrofiones, ulcera, gangrænæ pylorum, & duodenum occupantes repertæ fint?

Excitant humores acres, erodentes, ac colliquantes &c.] Nonnullorum opinio eft folum humores ventriculum, atque inteftina acriter irritantes, eorumque tum periftalticum motum ad crebriores, violentas, & non ordinatas contractiones, tum etiam glandulofos folliculos ad humorem fuum uberius fecernendum, tum demum biliarium, & pancreaticum ductum ad copiofiorem bilis, & lymphæ pancreaticæ effufionem vehementius follicitantes choleræ producendæ opportuniffimos effe. (Vid. Hoffman. *t.* 4. *p.* 3. *M. S. cap.* 8.) Verum cum tanta fit humorum copia, qui ejiciuntur, ut ne a fuccis quidem a vifceribus aliis illuc naturaliter confluentibus haberi poffit, fatius eft eofdem concipere non folum ftimulandi, fed colliquandi, ac fundendi facultate præditos, a quibus fcilicet fanguinis maffa in excrementa illa folvatur, quæ copiofe per fupériora, & inferiora ejiciuntur. Saltem fateamur oportet fanguinem ipfum ad hujufmodi colliquationem difpofitum effe, admixtione videlicet principii alicujus corrumpentis, quod plerunque in febribus malignis, colliquantibus, & plerifque ardentium fieri perfpicuum eft.

IV. *Caufæ externæ funt emetica fortia, & cathartica.*] Sola nimia violenta vomitio græcis hyperemefis dicitur, vehemens vero purgatio hypercatharfis. Si utrumque contingat, quid vetat, quominus choleram appellemus? Notatu dignum eft in iis, qui ob nimium purgantium ufum intereunt, ne veftigium quidem bilis inveniri. Author eft Mœbius in *fundament. phyfiolog.*, qui in tribus infantibus tabe mortuis id fe deprehendiffe teftatus eft; a nimio autem purgantium ufu id factum fuiffe haud dubie affirmavit. Quo apparet purgantia validiora choleram non alia ratione progignere, quam ftomachi, & inteftinorum fibras nerveas adeo vehementer vellicando, mordendoque, ut fucci omnes in eorum canalem influentes, bilis præfertim, quæ vel in hepate feparari poteft, vel in veficula fellis feparata jam exiftit, effundatur. Quod fi verum effet, veterum opinio quodammodo confirmari videretur, qui ut fupra innuimus morbi appellationem a bile flava, quæ in hoc morbo ejicitur, fumendam effe funt arbitrati.

Hepar antimonii, Croc. metallorum &c.] Quæ ex antimonio defumuntur emetica, & purgantia validiffima funt, fi quæ alia. Inter Antimonii præparationes celebris eft hepar antimonii dictum, quæ fere ita fe habet. Antimonii, & nitri æquales partes in mortarium induntur, tegula eodem obducto parvam rimam relinquente, per quam accenfus carbo immittitur ad materiam inflammandam. Frigefacto vafe, & inverfo, ictu mallei ftriæ a lucida portione feparantur. Hæc hepar antimonii dicitur. Si aqua tepente hepar fæpius lavetur, eluitur nitrum cum antimonio fixatum remanente materia quadam calcinata, quæ crocus metallorum appellatur. Vitrum antimonii ex antimonio crudo in vafe terreo fuper ignem tamdiu agitato, dum fumare definat, & in crucibulo fufo componitur. Si enim ita fufum in tabulam marmoream infundatur, vitrum pellucidum obtinetur vitri antimonii titulo infignitum. Præcipitatum quoddam Antimonii, quod habetur ex butyro antimonii per effufionem repetitam aquæ tepentis, Mercurius vitæ, feu pulvis etiam Algaroth nominatur: quæ omnia uti particulis fumme acribus, ac fere caufticis conftant, ita fi magna dofi præfcribantur, vel parca, fed iis, qui fibras fenfiles habent, & ad impreffiones vel leves quafcumque recipiendas nimis paratas, violentos in ftomachum, atque inteftina fpafmos inducunt, eorumque tum motum periftalticum ad inordinatas, vehementefque contractiones, tum glandulofos folliculos ad humo-

rem fuum uberius fecernendum, tum demum biliarium, & pancreaticum ductum ad copiofiorem bilis, & lymphæ pancreaticæ effufionem vehementius follicitando choleras procreant.

Helleborus albus, colocynthis.] Ea eft hellebori purgandi vis, ut veteres Medici nifi fumma cautione cum in eodem præparando, tum in ægris ad ipfum ferendum difponendis in ufum vocarent. Convulfiones enim enormes, intolerabiles alvi fluxiones, animi deliquia, vifcerum, & univerfi corporis inflammationes, aliaque horrenda fymptomata paffim accidere deprehendebant. Si veteres hujufce medicamenti vim adeo pertimuerunt, in quam fpem adduci illi poterunt, qui, quafi nullus habendus effet medicamentorum delectus, omni præparatione neglecta, ac nulla fere cum cautione eumdem in plerifque morbis præfcribunt? *Vid. lib.* i. *cap.* v. *com. in aph.* 13.

Ex ufu colocynthidis choleram exortam fuiffe Foreftus teftatur. Oleo nempe acerrimo, falinifque particulis tum fixis, tum volatilibus fere caufticis fœta eft, ut experimentis a D. Boulduc. in R. Sc. Ac. Par. inftitutis an. 1701. compertum eft, a quibus potiffimum infeftiffima ejus qualitas repetenda eft. Dum enim oleofæ particulæ, quæ acerrimæ funt, inteftinorum, cæterorumque vifcerum nerveas fibrillas vellicant, ac vehementer fuccutiunt, ac fuccos ex iifdem exprimunt, & in inteftina propellunt, particulæ falinæ cauftıcæ, erodentefque venas lacteas, & inde fanguinem fubeuntes ejus texturam folvunt, ac colliquant, agitationem furoremque in ipfum inducunt, quibus fit, ut humorum feroforum uberior ad inteftina habeatur affluxus, unde immodicæ illæ evacuationes, quæ Choleram conftituunt.

Gummi guttæ, laureola, efula.] Gummi guttæ, laureola, feu Mezareon adeo acria purgantia funt, ut eorum vis temperari nullo modo poffit, & potentiffime per fuperiora, & inferiora evacuent. Sapienter porro, prudenterque fe gerere illi videntur, qui accuratiorum practicorum, Gregorii Horftii *fect.* 9. *epift.* præeunte exemplo, veftigiis inhærentes ab iftorum ufu, ne experimenta per mortes agant, ut ait Plinius, prorfus abhorrent.

Si de efula fermo fit, planta quædam eft de genere tithymalorum lacte quodam acerrimo abundans, ut etiam externas corporis partes foris admota acriter vellicet, pungat, ac fere corrodat. Ex efu hujufce plantæ, quam pro oxalide habuerunt, binos pueros enormibus vomitionibus, & alvi dejectionibus correptos fuiffe Patavii me vidiffe teftor.

Elaterium, Euphorbium, venena corrofiva.] Elaterium nihil eft aliud, quam fuccus cucumeris agreftis, feu afinini; euphorbium vero fuccus pariter concretus plantæ ejufdem nominis, quæ tanta pollent acrimonia, ut tamquam venena rejicienda, vel perquam caute adhibenda fint. Quod non fine admiratione accipietur ab iis, qui viros præftantiffimos Capivaceum, Saxoniam, Mercurialem, Heurnium, Etmullerum, præ cæteris vero Sydenhamum, Lifterum apud Anglos fpectatiffimos adierint, quibus fummopere probatur elaterium (ab euphorbio autem omnes fere abftinent) commendaturque adverfus hydropem. Qui tamen minus mirabuntur, fi animadverterint, quod Parkifonus, narrante Rajo, teftatur de dimidio elaterii grano medicamento cuidam indito ad illud acuendum, quod enormes adeo vomitiones, atque alvi dejectiones excitavit, ut æger in mortis difcrimine verfari videretur. Verum omnium funeftiffimos effectus edunt venena, illa præfertim, quæ corrofiva dicuntur, cujufmodi funt auripigmentum, feu arfenicum aureum, Sandaracha, Mercurius præcipitatus, & fublimatus, æs viride, & hujufmodi alia, quibus omnibus vis cauftica acerrima, atque ignea ineft, qua propterea non folum ventriculus, atque inteftina acriter punguntur, exeduntur que, fed eadem fanguinis maffa corrumpitur, colliqua-

liquaturque, unde in excrementa illa ſolvitur, quæ in canalem inteſtinorum effuſa graviſſimas choleras progignunt.

Fructus omnes fermentiſcibiles nimia copia ingeſti, fructus horæi &c. æſtate &c.] Fructus fermentiſcibiles, aliaque id genus ingeſta in ſtomachum, vel quantitate, vel qualitate peccantia adeo frequenter choleras gignunt, ut nihil magis. Enimvero Cl. Tozzius teſtatur ſe quotquot cholera affectos vidit, omnes a cibis vel pravis, vel immodicis in ventriculo corruptis, vel in tenui inteſtino depravatis violentam hanc alvi, & ſtomachi ſubverſionem, egeſtionemque paſſos fuiſſe. Quod non aliunde aptius repeti poſſe videtur, quam a fermentatione, quam primum ineunt hi cibi in ventriculo a calore proprio, & ſibi inſito, quibus poſtea miſcentur humores in primis viis hærentes acres, binoſique, unde præternaturalem in ſuis minimis partibus agitationem patiuntur, ſulphureiſque, ac ſubtilioribus exaltatis acrimoniam illam acquirunt, quæ nerveis ſtomachi, & inteſtinorum fibris vellicandis, pungendiſque aptiſſima exiſtit. Dixi, a fermentatione, quam a calore proprio, & ſibi inſito primum ineunt, ne quis forte ad credendum vehementer adduceretur eamdem a ventriculi, & adjacentium partium motu, caloreque, vel pravorum humorum concurſu repetendam eſſe. Huic enim operi vix aliquid laboris impendunt. Id quod evincitur exemplo muſti, quod non calore dolii, ſed proprio effervescit, & in vinum mutatur. Quapropter Hippocrates poſtquam 7. *epidem.* 9. ab hiſce cauſis potiſſimum choleram morbum oriri docuerit, ſcite admodum, prudenterque ſubdit: *Fiunt autem* (nempe choleræ) *magis æſtate, quia tunc facilius corrumpuntur, vel inconfecta remanent*; quaſi calor ipſiuſmet aeris efficiat, ut partes prædictarum rerum facilius ad fermentationem ſubeundam diſponantur, & humores, qui tunc exſoluti, acrioreſque ſunt, ad corruptionem facilius promovendam concurrant, non ſecus ac muſti, aliorumque liquorum fermentationes æſtate validæ, & vehementes ſunt, autumnali vero ad hiemem accedente tempore, quo aer frigidiuſculus eſt, valde debiles, & languidæ, vel nullæ habentur.

Inconfecta remanebunt ea, quæ non fermentiſcibilia ſunt, qualia ſunt muſtum, fructus horæi &c. ſed quæ coctu difficiliora, cujuſmodi ſunt carnes ſuillæ crudiores, cicera, ſepiæ &c. quæ arctam, ac denſam fibrarum compagem ſortita ſunt, quæque majore opus habent attritione, ut ſolvantur; quæ fortis attritio haberi nequit ardente Sirio, quo tempore fibræ omnes noſtri corporis languidæ, debileſque ſunt, nec non humorum ſeroſorum tenujum inopia adeſt, unde hi minus diluendo, macerando, illæ vero debilius atterendo, & premendo ingeſta in ſtomachum parum, aut nihil immutant, quæ propterea ſtomachum nimis gravando ſtimulo, ac moleſtiæ eidem ſunt, cumque mora facta corrumpantur, fermenti inſtar alios ex aliis partibus confluentes humores inficiunt, ac depravant, hinc enormes per ſuperiora, & inferiora evacuationes. Quid ſi jam *debili exiſtente corpore* ingerantur? Refert Olaus magnus *hiſtor. Septentrional. gent. lib.* 5. *c.* 3. Gigantes, & fortiſſimos viros fumido, ac rancido cibo uti ſolitos fuiſſe. Petrus vero Faber *Agoniſtices lib.* 3. *cap.* 3. Athletas olim, qui robuſtiſſima membra habebant, panem goſſiorem, quem dicebant coliphium, quod latinis audit quaſi robur membrorum, edere tantum in prandio, in cœna vero carnem ſuillam paullulum igne aſſatam, ut alimentorum duritie, ac craſſitie non modo uberius nutrirentur, ſed etiam diutius ſaturi permanerent. Quo apparet cibos craſſos, & crudos fortium eſſe virorum, quique valido membrorum, & viſcerum tonó gaudent, quæ propterea vi ſua elaſtica arctam nimis, ac denſam cibi compagem rite diſſolvunt, ac ſubigunt, unde bonus, ac laudabilis chylus generatur, quique facile in ſanguinem migrat, eoſque nutrit. Quod evenire non poteſt, ſi imbecilles eodem victuum genere u-

 tan-

tantur. Imo vix, ac ne vix quidem immutari in ftomacho contingit, diuturna vero in eodem mora corrumpi, hinc graves ftomachi, & inteftinorum fubverfiones.

Vinum in ftomacho lacti commixtum, & acefcens.] Nemo ignorat lac vino, vel acidis commixtum acefcere, & coagulari, ita ut difficulter a ftomacho fubigi, folvi, & expelli poffit; hinc facile corrumpitur, corruptus vero cæteros humores illuc confluentes inquinat ea ratione, qua opus eft ad enormem per fuperiora fimul, & inferiora evacuationem promovendam. Corruptio eadem facile contingit, fi lac offendat in ventriculo humores pravos, acidofque, quibufcum mifceatur. Enimvero nefcio an uberius, quam ab hoc fonte tot, tamque graves ftomachi, & inteftinorum fubverfiones, quibus pueri lactantes fæpe fæpius affliguntur, nifi optimo victus regimine gubernentur, & ii qui lactis ufum fufcipiunt primis viis minime abfterfis, atque ab impuritatibus expurgatis, fint repetendæ.

Nimia ingluvies.] Non minus frequenter, quam ab aliis recenfitis caufis choleram exoriri a nimia ingluvie teftatus eft Cl. Sydenhamus. Ut mittam, quæ in hanc fententiam tulit Syracides *cap.* 37. *v.* 31. *feq. Ne efto infaturabilis omnibus deliciis, neque projectus efto ad efcas. Nam multis cibis adhæret morbus, & infatiabilis voracitas maxime accedit ad choleram. Voracitate infaturabili multi funt mortui.* Idem *cap.* 31. *ver.* 22. hæc habet: *Laboriofæ vigiliæ, & choleræ, torminaque adfunt viro infaturabili.* Et fane ecquis eft, qui non videat a copia ingeftorum alimentorum, ab intemperantia victus folidarum ventriculi partium tonum labefactari, fuccorum gaftricorum vim infringi, nidores, acorefque in primis viis generari, qui reliquos illuc confluentes humores corrumpendo, choleræ, aliifque graviffimis morbis procreandis opportuniffimi exiftunt? Apte in rem cadit, quod adverfus Romanam luxuriam prodidit Seneca: *Multos morbos multa fercula fecerunt, & fimplex morbus ex fimplici cibo. Innumerabiles miraris morbos, numera coquos.* Atque id fortaffe caufæ eft cur Europæi, qui crapulis indulgent, ac intemperanter vivunt, brevius vivant: cum e contra Ægyptii, qui fimplici victu utuntur, atque optimo potu aquæ ex Nilo, longæviores fint, ut inveniantur haud raro, qui centefimum annum egrediantur, ut liquet ex Profpero Alpino *de Medicin. Ægyptiorum.*

Gravis ira.] In ira fumma fpiritus animales effrænes, cæcoque impetu in omnes corporis partes, atque eas præfertim, quæ ad bilis effufionem fpectant, irruere contingit, hinc magnam ejus copiam in duodenum per ductum choledochum, ex duodeno in ventriculum regurgitare, ac cum ipfius ventriculi, tum inteftinorum fibris ad violentas, & minime ordinatas contractiones follicitatis, & bilis, & aliorum fuccorum ad inteftina omnia ex aliis vifceribus confluentium enormes per fuperiora, & inferiora evacuationes excitari, ut obfervationibus Cl. Plateri, aliorumque compertum eft. De ira plura vid. *cap.* 1. *com. in aphor.* 6.

V. *Violenta aeris per fuperiora, & inferiora cum impetu, & fonoro ftrepitu eruptio &c.*] Quid fit cholera ficca, & quæ fint ejus caufæ facilius innotefcet, fi nonnullas aeris proprietates prius expofuero. Singularis illa eft, quibufcumque vel minimis apertis rimis illac celerrime perfluendi; hinc non folum in pulmonales veficulas ad naturalem refpirationem irruit, fed in ventriculum etiam, atque inteftina defertur, totum illum anfractuofum canalem, atque miris circumgyrationibus involutum libere permeat, furfum deorfum fertur, per fuperiores, atque inferiores partes viam fibi, atque aditum patefacit.

Illud quoque filentio prætereundum non eft, aerem in præftantiffimis elafticis fine ulla dubitatione numerari: Experimentis autem fæpius, & a multis factis com-

compertum esse aeris elasticitatem tanto majorem esse, quanto minus est spatium, in quod aer contrahitur, ideft quanto densior fit aer: Tandem summam inesse calori facultatem ad aerem rarefaciendum, atque ejusdem elaterem augendum, atque intendendum.

Hisce breviter constitutis rem paucis absolvimus. Fluidum hocce subtilissimum in ventriculum, atque intestina immissum vim sane facit adversus parietes, seu tunicas longissimum illum canalem constituentes, ut ipsos dilatet, ac distendat. Ne autem id damno fieret, primum haud exiguam firmitudinem illis inesse voluit natura, ac miti quodam, blandoque motu a superioribus partibus ad inferiores tendente donari, ut perfluentem aerem, & sese dilatare nitentem propellerent, ejusdem cursum, ac nisum per superiora, & inferiora rite moderarentur, atque regerent.

VI. Si forte contingat, ut placidus ille ventriculi, & intestinorum motus perturbetur, atque spasmodicis, & non ordinatis contractionibus eadem afficiantur, nemo non videt canalem hunce anfractuosum vel pluribus, diversisque partibus constringi debere, vim aeris superare, eumdemque in angustius spatium coercere, ac veluti carcerare. Cum vero aer angustiori spatio coercitus majorem elaterem acquirat, & tanto quidem majorem, quanto angustius est spatium, in quod aer contrahitur, & quanto magis calore loci, atque adjacentium viscerum incalescit, rarefit, expanditur, eam vim tandem adversus canalis parietes exercet, ut si vel minima ejusdem rimula constricti jam, occlusique aperiatur, illac summo impetu irruat, & liberam viam sibi, atque aditum patefaciens summo cum strepitu, rumoreque erumpat. Cujus rei exemplum nobis præbet vesica lusoria flatu distenta, qua perforata acu quantumvis tenui aerem intus contentum summo cum strepitu, vique erumpere videmus.

VII. *Choleram humidam ventriculi, & intestinorum vehemens dolor, inflatio &c.*] Acribus erodentibusque humoribus in cholera humida peccantibus, cum nerveæ ventriculi, & intestinorum fibrillæ pungantur, vellicenturque, in vehementes, & non ordinatas contractiones agi contingit, insignem continui solutionem pati, hinc vehementem ventriculi, & intestinorum dolorem excitari; præ spasmo autem aeris particulis carceratis, occlusisque, inflationes, distentionesque; eodem per mirabilem nervosarum partium connexionem cordi communicato, pulsus parvos, frequentes, animi deliquia; partibus respirationi inservientibus singultus, celerrimam respirationem; extremis vasorum capillamentis sudores frigidos extremas maxime partes occupantes; muscularibus fibris præternaturales earumdem contractiones, convulsionesque excitari.

VIII. *Cholera certis temporibus recurrens, quæque declinationibus febrium &c.*] Non raro evenit pravis, atque incongruis inquinamentis infici massam sanguinis, sive a partium, & succorum ad chyli elaborationem concurrentium vitio, sive ab erratis in sex rerum non naturalium usu, vel aliis quibuscumque causis id fiat, quæ medicis fortasse ignotæ sunt; quæ inquinamenta tandiu innocua sunt, nec hominibus infesta, quandiu & pauca, & edomari a natura possint. Cum in ea quantitate collecta fuerint, ut edomari amplius nequeant, atque hominem lædant, ipsorum excretionem molitur. Innumeræ porro sunt viæ huic muneri opportunissimæ, insensibilis transpirationis, sudoris, urinæ, sed omnium commodissimæ viæ intestinorum, ac ventriculi. Ad hepar nimirum, ad pancreatem, ad glandulas ventriculi, & intestinorum, vicinasque partes magna pravorum, atque incongruorum humorum copia derivatur, atque ex eorumdem ductibus, atque emissariis iidem exprimuntur, & partim per canalem intestinorum ad inferiora labuntur, partim in cavitatem ventriculi confluunt, vel ex duodeno in eumdem regurgitant, ac materiam pro vomitu afferunt, & irritationem, unde u-

niver-

niverfalem quamdam expurgationem fieri contingit, ac purioribus, mitioribufque relictis hominem in perfectiffimo valetudinis ftatu conftitui. Hanc eamdem rationem alias fervat natura, ubi opus fuerit. Hinc eft choleram certis temporibus recurrentem falutarem effe, ut adnotavit Galenus. 7. *meth. c.* 21. Hanc Cholerae fpeciem in adolefcente quodam fe vidiffe teftatus eft Tozzius *in prax.* qui tantam humorum colore, & fapore differentium copiam egerebat, ut neque tantillum cibi fumere poffet, poft triduum vero fenfim convalefcebat, ac fedato vomitu, intermiffaque alvi turbatione, in priftinum fuae perfectae valetudinis ftatum reftituebatur. Mirum eft talem choleram haereditariam a patre fuiffe.

Idem plane dicendum de cholera declinationibus febrium fuperveniente. Si quod enim naturae opus elucet in profligandis morbis, elucet maxime in edomandis febribus. Materia febrili in fanguinem ingreffa, vel in eodem ingenita, fpiritus animales concitato motu moventur, cor in crebriores contractiones agitur, febris excitatur ad materiem febrilem edomandam, & per infignes excretionum vias extra corporis confinia eliminandam apta nata. Quid fi per recenfitas vias ventriculi, & inteftinorum cum ad declinationem pervenerit febris, excretio peccantis, ac morbificae materiae contingat? Choleram quidem fupervenire, quae critici remedii rationem habet, & falutaris eft, adeo manifeftum eft, ut curiofiore explicatione nullatenus indigere putem.

IX. *Caeterum acutiffimus morbus eft Cholera &c.*] Tanta hujufce morbi faevities, ut aegros brevi interimat, pendet potiffimum, ut oftendit perbelle Cl. Tozzius, ex immodica evacuatione humorum, quam vires diu ferre non poffunt; five ex eo quod laceffita vifcera flaccefcant, aut inflammentur, five quod fanguis etiam ex immodica illa eadem evacuatione diffolutus, fimulque infectus exhauriatur, five quod delaxatus tandem venter nequeat corruptos humores egerere, qui propterea detenti praecordia, imo cor ipfum inquinent, & fuffocent.

X. *Quam citiffime igitur curatio cholerae inftituenda, praefertim illius, quae majorem &c.*] Cum acutiffimus fit morbus cholera, & brevi hominem jugulet, exiguam etiam, & levem curandi moram peffimam effe recte admonet Trallianus. Quamquam vero priufquam curatio inftituatur diligenter perpendendum eft, num ea purgentur, quae purgari oportet, numve in id opus fatis alacriter natura incumbat. Si enim id fiat, nihil agendum medentibus, fcilicet neque cohibenda, neque excitanda evacuatio. Si vero cunctanter agat natura, id quod ex majore irritatione, & dolore, quam pro evacuationis quantitate facile conjicies, tunc enimvero omni ftudio curandum eft, ut acres, erodentefque humores temperentur, fimulque foras qua data porta eliminentur, ventriculi, & inteftinorum fpafmi infignes fedentur, eadem demum roborentur.

XI. *Elixetur igitur pullus tenerior in aqua fontis &c.*] Quaeret fortaffe aliquis quomodo priores illae indicationes, acres fcilicet erodentefque humores temperandi, fimulque foras eliminandi tam brevi temporis fpatio abfolvi queant. Siquidem fenfim fenfimque humores temperantur, & ad fecretionem difponuntur; craffos quidem, vifcidofque attenuando, nimis vero fluidos, tenuefque incraffando. Si tamen confideremus vires diluentium medicamentorum, eorum praefertim, quae pingues, oleofafque, nec non terreas quafdam continent particulas, cujufmodi funt prae caeteris decoctum junioris pulli, & fimilia, ambigendum non eft, quin ad praedicta munera obeunda aptiffima exiftant. Primum copia, qua ingeruntur, fales quofque vel acerrimos diffociant, difgregant, ineptofque actioni fuae reddunt, pinguibus, oleofifque, quas continent particulis cum acrium atque erodentium humorum fpicula involvunt, atque obruunt, tum folidas partes ab ulteriori vellicatione praefervant, tepore autem illo blando

fpaf-

ſpaſmodicas ſtricturas laxant, atque emolliunt, tandem terrea portione peccantes humores abſorbent, in neutram naturam convertunt, præcipitant, & ſuo ipſo pondere adjuvante per alvum educunt.

Clyſteres eodem tempore injiciantur &c.] Cum alvus ſubduci interdum non poſſit ſolis diluentibus per os aſſumptis ratione longiſſimi, & miris circumgyrationibus involuti inteſtinorum canalis actioni eorumdem reſiſtentibus, ſalubre eſt practicorum conſilium Clyſteres injicere, ut optato fine potiri valeamus. Quæ fere eſt methodus, qua præſtantiſſimus Sydenhamus difficillimum morbum aggrediebatur, quæ cum omnium ſimpliciſſima, ac tutiſſima mihi ſemper viſa ſit, eamdem cæteris omnibus anteponendam cenſui. An vomitoria, aut purgantia, quæ cæteroquin communiter proponuntur, ubi evacuatio humorum quantitati non reſpondeat, in uſum vocanda, an lac ad hæminas ex præcepto Hippocratis exhibendum? Illa enimvero vel inepta ſunt ad materiem omnem, & irritationem auferendam, vel ſolidas partes ad crebriores, validioreſque contractiones ſollicitando, morbum augere valent, aut confirmare. Lac licet haud inficias ire auſim præſtantiſſimum eſſe remedium, atque ad diluendum, irretiendum, nec non ſolidas partes demulcendas, laxandas aptiſſimum; cavendum tamen in ejuſdem uſu, ne febris adſit, ne acidis humoribus primæ viæ ſint refertæ. Alterutrum enim, aut utrumque peccet, coagulari idem contingit, ac corrumpi, corruptum vero fermenti vice alios illuc affluentes humores inficere ac depravare, ideoque morbum augere, aut confirmare. Ecquis vero Cholera laborantem omni prorſus carere febre, atque ejuſdem ſtomachum ab omni acido, aut ſimili cogente, ac corrumpente humore liberum eſſe confidat?

XII. *Poſt quatuor, vel quinque horas &c.*] Poſt quatuor circiter horas, quod tempus inſumitur in eluendo ventriculo, & inteſtinis per diluentia medicamenta, irritationes nimiæ, ac violentæ, enormeſque evacuationes ſiſti debent, ne vires adeo flacceſcant, ac collabantur, ut reſtitui poſtea nulla ratione queant. Quid autem efficacius, aut pro ægrorum opportunitate valentius iis, quæ cum ſuaviſſimo odore ſint prædita, vires dejectas jam majorem in modum recreant, cum ſtomacho amiciſſima, eumdem mirifice confortant, verbo dixerim, iis, quæ & ſpaſmodicas nervearum partium conſtrictiones ſedare, effræneſque ſpirituum, reliquorumque humorum impetus coercere, blanda vero, mitique aciditate debitum tonum labefactatis partibus conciliare valent, atque hac ratione immodicam evacuationem ſiſtere? An eximiæ hæ facultates mixturæ ex aqua Ment., e ſuc. flor. Cham. &c. tribui poſſint, viderint alii.

XIII. *Quid non præſtant interdum, ubi &c. aquæ perquam frigidæ potiones.*] Sæpe contingit, ut Medicus ſolum accedat, poſtquam æger vomitu, ac dejectionibus ad horas quam multas continuatis fuerit exhauſtus, & jam frigeſcant extrema membrorum, vel poſtquam varii generis remedia voto non reſponderunt, unde æger viribus fere omnibus deſtitutus morti proximus ſit. Cum ita res habeat, nullum efficacius, aut pro ægrorum opportunitate valentius potionibus aquæ frigidæ inveniri poteſt. Expertus loquor. Cum enim virum quemdam Ruri degentem adhuc adoleſcens inviſerem cholera laborantem, ac nullum præſto eſſet remedium, quod ægro præſcriberem, neſcio quo fato aquam nive, quam Nobilis quidam ad domeſticos uſus ſervabat, perfrigeratam adhibui. Mirum recuperatis ſenſim viribus, vomitu, atque alvi dejectione enormi, torminibus, aliiſque ſymptomatibus ceſſantibus, nullo alio adhibito præſidio, in priſtinum valetudinis ſtatum reſtitutum fuiſſe. Veteribus autem Medicis, quos inter Cornelius Celſus, Cælius Aurelianus, Trallianus, Aretæus, Galenus, Amatus Luſitanus eminent, & Recentioribus, Moderniſque commendatiſſimum ſi quod aliud remedium eſſe in Cholera, Dyſenteria, Colica bilioſa, & convulſiva

ſiva aquam frigidam paullo ante didiceram. Rem vero paullo diligentius ad examen revocans cogitare cæpi, quemadmodum pro virili parte providerem, ne forte medentium animi inducerentur in fraudem per opiniones duas Medicorum alioqui minime vulgarium, unde non mediocria in ægros detrimenta manarent, Sydenhami præſertim, qui diluentia calida miris laudibus extollit, & illorum, quibus aqua frigida mirum in modum probatur, commendaturque. Id autem me non alia meliori ratione conſequi poſſe putavi, quam ſi morbi tempora diſtinguerem, oſtenderemque aquam calidam initio morbi, frigidam e contra decurſu ejuſdem locum habere. Cum enim Cholera incipit, ſeu in incremento eſt, inſignes adſunt ſpaſmi, enormes ventriculi, atque inteſtinorum irritationes, vires nondum ab immodica evacuatione collapſæ ſunt. Igitur, quo enormes illi ſpaſmi, violentæ, & non ordinatæ contractiones ſedentur, nec non acrium, atque erodentium humorum vires infringantur, atque per inſignes excretionum vias extra corporis confinia eliminentur, nullum ſuppetit medicamen aptius aqua calida, ut ex ſuperius allatis manifeſto apparet. Si aqua frigida inter initia ſtatim exhibeatur, cum ea quæ ſunt frigidæ, & conſtrictivæ virtutis, ut ait Cl. Aurelianus (*acutor. morb. lib.* 1. *cap.* 16.) corporis denſitatem, & adſtrictionem efficiant, verendum eſt, ne acrium, atque erodentium humorum excretio prohibeatur, qui propterea detenti inflammationem, metaſtaſim ad viſcera, vel convulſionem lethalem progignant. Qua de re vid. obſervat. in Bartholino *hiſt. anat. cent.* 1. *hiſt.* 76. præ cæteris vero in Marcello Donato *hiſt. mirab. lib.* 4. *cap.* 6. Si morbi decurſu adhibeatur aqua frigida, qua ſolidis partibus tonum, ac robur conciliando, qua acres, ſi qui ab evacuatione ſuperſunt, erodenteſque humores temperando, qua ductus, ac meatus, ex quibus immodice effluunt, conſtringendo, violentam per ſuperiora, & inferiora excretionem ſiſtit, atque ægros in priſtinum valetudinis ſtatum reſtituit. Quotquot morbi uſu aquæ frigidæ curati fuerunt, eos fere omnes decurſu, viribus omnino reſolutis, curatos fuiſſe obſervationibus cum multis, ac frequentibus, tum certis, ac conſtantibus compertum eſt. Ut mittam virum cholera laborantem, cujus meminimus, poſt quadraginta horas ab ejuſdem invaſione aqua frigida curatum fuiſſe, atque Nobilem quemdam vomitu contumaciſſimo detentum, quem, cum alia prope innumera minus commode reſponderint, uſu potionum perquam gelidiſſimarum in priſtinum valetudinis ſtatum reſtitutum fuiſſe bona fide teſtor, alia extant exempla apud Cl. Frider. Hoffmannum, alterum quidem *M. S. t.* 4. alterum vero in obſervat. *de morb. convulſivis cap.* 8., eorum qui cæteris fruſtra adhibitis poſt plures dies aquæ frigidæ uſu feliciſſime ſanati fuerunt. Simile etiam videre eſt *in com. S. A. Bon.* de nobili quodam juvene ingenti ſanguinis vomitu laborante, quem, innumeris fere medicamentis fruſtra tentatis, perquam gelidiſſimis brumali tempore potionibus curaſſe Pet. Antonius Michellottus teſtatus eſt. Si Cornelium Celſum audimus *lib.* 4. *cap.* 15. *In dyſenteria*, inquit, *ſi pluribus diebus alia remedia non juverunt, vetuſque jam vitium eſt, aquæ bene frigidæ potio aſſumpta adſtringit, & initium ſecundæ valetudinis facit*. Quid opus eſt pluribus? An dubii, atque ancipites hæreant adhuc Medentes in ea re, quam cum veram eſſe ratio evincit, eamdem obſervatio, atque experientia confirmat?

XIV. *Niſi forte aqua frigida placidam exoptandam tranquillitatem &c.*] Non eſt ſilentio prætereundum laudatum Sydenhamum in ea fuiſſe opinione, ut crederet Choleræ decurſu cum virium proſtratione inſigni, & extremorum refrigeratione, cæteris omnibus omiſſis, ad ſacram morbi anchoram, laudanum videlicet liquidum confugiendum eſſe, idque cum ad urgentiora ſymptomata ſedanda, tum ad vires reſtaurandas repetitis vicibus exhibendum. Quod quadrat etiam

iam in Rondeletii opinionem, afferentis opiata in principio effe exhibenda, ut nimiæ irritationes, & fpafmi fedentur, quibus fedatis vires refici contingit, ac confortari. Verum, fi quid fentio, ad aquam primum frigidam deveniendum traderem, quæ præterquamquod frigore immodicam evacuationem fiftit, fales præterea vel acerrimos quofque diffociat, difgregat, ineptofque ad vellicandum, atque erodendum reddit, unde minus fas eft vereri, ne evacuatione nimia derepente cohibita, acres erodentefque humores intus detineantur, inflammationem vifcerum, vel convulfionem, vel recidivam lethalem excitaturi.

XV. *In Cholera ficca ol. Amygdal. dulc. &c.*] Ad flatus difcutiendos quamplurima paffim a practicis commendari folent. Olea multa deftillata, feu effentiæ quarumdam plantarum, præ cæteris femin. aniforum, fœniculi, baccarum juniperi, cinnamomi, nec non ex mineralibus fpiritus vitrioli, nitri maxime vero fpiritus ille anodynus mineralis Hoffmanni. Quamquam dolendum celebre adeo, famofumque medicamentum conficiendi artem ignotam effe. Verum quid quod fpiritus ille, feu liquor anodynus mineralis Hoffmannianus parum, aut nihil differat ab oleis quibufdam mineralibus, quæ fi fpiritu vini dulcificentur, tantam acquirunt tenuitatem, ut abditiffimos quofque humani corporis meatus pervadant, in ipfas medullares cerebri fibras, & appenfos nervos fe infinuent, fpiritufque offendentes fibi homogeneos viam ipfis liberam, atque aditum patefaciant, & in ordinem redigant, hinc laxatæ partes vigorentur, interceptus in nonnullis motus reftituatur, in aliis nimis effrænis fedetur, æqualiter omnes tendantur, atque fpafmodici motus ceffent penitus, aut plurimum imminuantur? In horum cenfu venit primum oleum vitrioli puriffimo vini fpiritu dulcificatum. In oleo vitrioli adeffe partes acidiffimas, & fulphur minerale Chymicorum experimentis compertum eft. Si fulphur minerale vi puriffimi vini fpiritus ad eam, quam diximus tenuitatem perducatur, anodynum evadit præftantiffimum, fi quod aliud. Cautiffime tamen affundendum eft fpiritui vini vitrioli oleum, nec fine encheirefi. Secus enim tanta excitatur effervefcentia, ut vapores, & fumi denfiffimi eleventur, qui in pulmones irruentes hominem fuffocare valent. Qua de re *vid. Boer. Chym. tom. 2. proc.* 161. Ubi autem certa encheirefi probe, atque intime unita fint, fi deftillationi committantur, dant liquorem quemdam fuaviffimum, blandiffimum, qui anodynus eft, & illi perfimilis qui tantopere commendatur a Cl. Hoffmanno liquoris anodyni mineralis titulo infignitus. Similes liquores eliciuntur adjecto colcothare vitrioli, quod acidiffimas partes continet, & metallicas, calcinato, & deftillationi commiffo, ita tamen, ut pluribus opus fit deftillationibus, ut ad eam, quam diximus tenuitatem perducatur, & æque anodynus evadat, ac prior. Si loco olei vitrioli adhibeatur fpiritus nitri, & eadem fervata encheirefi deftilletur, obtinetur liquor tenuiffimus, fubtiliffimus odoris fragrantiffimi, quafi abrotani virtute anodyna infigni præditus (V. Boer. *Ch. tom.* 2. *proc.* 136. & Hoffman. *Obf. ph. ch. lib.* 3. *p.* 61.) Quamvis effentiæ, ac fpiritus ejufcemodi ventriculum, atque inteftina afficere ea ratione valeant, qua opus eft ad flatuum copiam in eorum cavo hærentium foras eliminandam, illud tamen animadvertendum eft cum caloris augmento operari, quo poffunt aeris particulæ fpafmo coercitæ plus æquo exagitari, rarefieri, exfolvi, ideoque morbum augere, aut confirmare. Ea porro tuto adhiberi poffe perfpicuum eft, quæ fpafmodicas nervearum fibrillarum conftrictiones relaxare habent, atque efficere, ut aeris particulæ coercitæ, ac carcere occlufæ libere totum canalem permeare poffint, quæque acrium, ac vellicantium fordium, unde nerveæ fibræ proritantur, atque in fpafmos aguntur, vim non folum retundere, fed etiam extra corporis confinia educere valent.

lent. Quid autem ol. Amyg. dulcium; opiatisque medicamentis hisce muneribus obeundis aptius, aut opportunius?

XVI. *Quotidie bis propinetur pulvis ex nitr. puris. conchar. pp. &c. camphor. &c.*] Nitrum feliciffimo conjugio misceri cum camphora in plerisque inflammationibus membranosas partes occupantibus alibi a nobis demonstratum est. Pari felicitate conjungitur, ubi flatus discutiendi sunt. Dum nitrum spasticas nervosarum partium constrictiones, quibus aer in ventriculi, & intestinorum cavo detentus, ac rarescens violentiffimis nervearum fibrarum distractionibus ægrum dire exercentibus ansam præbet, relaxat, simulque acres, vellicantesque humores, unde easdem fibras in spasmos agi contingit, temperat; camphora vero qua ratione oleo suo penetrantiffimo omnes corporis meatus quam citiffime permeat, fibrasque motrices citra caloris augmentum roborat, earumque irregulares motus compescit, secretiones omnes, excretionesque promovet, eadem & debitum ventriculo, atque intestinis tonum conciliat, eorum spasmos coercet, unde aeris particulas carceratas discuti, reliquasque sordes extra corporis confinia educi contingit, ac graviffima flatulenta pathemata sedari.

XVII. *Vinum maturum lene, odoriferum, calidum exhibeatur.*] Vinum omni tempore magni æstimatum fuit vel ab ipsis poetis, unde etiam caballus poetarum appellatur. Qua de re perbelle Tauhmannus in melodæsia. Cui sententiæ favet Horatius:

Nulla placere diu, nec vivere carmina possunt
Quæ scribuntur aquæ potoribus.

Nec mirum; siquidem Plato in Phæd. vinum animum cum corpore calefacere affirmavit; unde Horatius lib. 1. epist. 5.

Ad mare cum veni, generosum, & lene requiro,
Quod curas abigat, quod cum spe divite manet
In venas, animumque meum, quod verba ministret,
Quod me Lucanæ juvenem commendet amicæ.

Qui plura cupit de vini facultatibus adeat librum Nasonis *de arte amand.* ubi inter plura hæc habet.

Vina parant animos, faciuntque caloribus aptos:
Cura fugit multo, diluiturque mero.
Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit.
Tunc dolor, & cura, rugaque frontis abit.
Tunc aperit mentes ævo rariffima nostro
Simplicitas, artes excutiente Deo.

Cæterum in optimo vino languentem stomachum confortandi vis maxime elucet Paulo testante; ex quo etiam alia facultas exoritur flatus discutiendi. Hinc præclare Hippocrates *lib. de affect.* 5. 52. *Quicumque*, inquit, *cibi aut flatum, aut æstum, aut morsum, aut repletionem, aut tormen faciunt, a talibus liberat vinum meracum insuper potatum; corpus enim a vino calefactum per calorem amovet ea, quæ insunt a cibis & potibus, & a similibus.* Idque eo magis evenire censendum est, si calidum potetur: de quo egregie Cl. Davini *de potu vini calidi p.* 56. .... *Me satis*, inquit, *admonent experimenta tum in aliis habita, tum in me ipso, vino calido adjuvari stomachum, & cruditates inde ortas, & sanguinem fædaturas in ipsis opprimi natalibus locis, & emendari.* Mos potum assumendi calidum vetustiffimus est. Græcis, & Romanis id usitatum fuisse liquet ex Athenæo Deipnosoph. *l.* 3. *c.* 34., atque erui potest ex Horatio *lib.* 3. *od.* 19. dum ait:

.... *Quis aquam temperet ignibus?*

Et ex Juvenali, ubi inquit:

Quan-

Quando vocatus adest calidæ, gelidæque minister.
Et ex Martiali, ubi ait:
Caldam poscis aquam, sed nondum frigida venit.
Alget adhuc nudo clausa culina foco.
Græci autem, & Romani calidam aquam cum vino miscebant, quorum exempla imitati sunt Anton. Persius (*del bever caldo in Venezia per Gio: Battista Ciotti* 1593.) & Galli, quorum meminit Bruyerinus *de re cibaria*. Neque imprudenter id factum. Frequenter enim succedit, quod id quod vinum, aut aqua sola non potest, possit cum ea conjunctus calor. Gulielmin. *dissert. phys. Med. Mechan. p.* 105.

CAPUT III.

De Diarrhæa, Dysenteria, Tenesmo.

I. Diarrhæa est frequens, & copiosa humorum excrementitiorum præter alimentum crudum, & sanguinem per alvum excretio.

II. Diarrhææ causa proxima est convulsiva deorsum tendens intestinorum contractio, qua prædictorum humorum excretio per inferiora sollicitatur.

III. Remotæ sunt humorum vel nimia copia, vel acrimonia insignis, qui vel in ipso sunt sanguine, vel a pancreatico, bilioso, & qui a glandulis intestinorum extillant succis, vel ab ingestis suppeditantur.

IV. Quibus addenda graviora animi pathemata, mæror præsertim, gravis ira, improvisus timor, suppressio naturalium evacuationum, præcipue sudoris, ac perspirationis, tempestas calida fervens, & sicca, aut peculiaris aeris constitutio, qua miasmata maligna e terræ visceribus exhalant, vel organica, & animata ex aere præsertim nocturno decidunt.

V. Ubi humorum excrementitiorum primum una cum adiposis corporibus cruore perfusis, ac morbi decursu cum membranosis ramentis, atque interdum ipsa intestinorum substantia excretio superveniat, torminibus ventris plus minus dire ægrum exercentibus, Dysenteria eumdem premi censendum est.

VI. Quæ tunc contingit, cum non solum acres, vellicantesque particulæ, sed causticæ peccant, erodentesque.

VII. Diarrhæa, quæ circa febrium vel malignarum, & pestilentium declinationem succedit, aut homines sero abundantes, & leucophlegmatia incipiente detentos homines invadens plerunque salutaris: e contra quæ in principiis morborum, & febrium.

VIII. Diarrhæa morbis capitis superveniens salutaris.

IX. Diarrhæa, quæ febrem non habet adjunctam; nec sitim, nec ciborum fastidium, bona.

X. Diarrhæam iræ supervenire bonum, & si Diarrhæa non supervenit, febris expectanda.

XI. Ubi noverim diarrhæam ſalutarem non eſſe, eamque a tenui, ac præfervida materia pendere (id quod temperamentum biliofum, ad iram proclive, fœcum fluidarum, biliofarum cum ſenſu ardoris ejectio manifeſtum reddunt) contentus ſum ſolo ſero lactis caprini tamarindato, vel decocto hordei ad Lib. ii. quod detur per tres, aut quatuor dies exhibendo hora ſomni Diaſcord. Fracaſtor ʒ .s.

XII. Ubi vero acres viſcidis, mucofiſque quiſquiliis involuti peccent humores (id quod ex laxiori corporis habitu, ex appetitu dejecto, ex lingua, atque ore viſcida, ac lenta lympha obducto facile conjicies) ſolum rhabarbarum pul. ad ℈ ii. cum Diaſcord. Fracaſtor. ʒ s. per tres, aut plures dies exhibitum quandoque alvum egregie ſiſtit.

XIII. Cæterum in moleſta Diarrhæa, & Dyſenteria aquæ Tetutianæ Lib. iii. per intervalla aſſumendæ, ſolutis in primo cyat. mel. roſat. ſolut. ℥ iii. apprime conveniunt.

XIV. Hiſce poſtea ſuccedat pul. ex ter. ſigil. Cor. Cer. uſt. radic. tormentil. a ʒ i. op. crud. raſ. gr. iii. M. f. partes viii. cap. duas quotidie ex juſculo extremitatum pedum vituli Kalybeato.

XV. In dyſenteria, ſi febris adſit, dolor vehemens, vireſque ferant, venæ ſectio adminiſtretur, tum eluentia ſupra memorata, atque opiata hora ſomni exhibeantur.

XVI. Cliſteres primum ex decoct. inteſtinor. vitul. aut vervec. vel jure cancror. fluviatil., mox ex decoct. hord. torref. cum pauxil. mel. roſat. ſimplicis, tandem ex vino albo, in quo ebullierint flor. chamom. millefol. & hyperici, in uſum vocandi.

XVII. Si maligna ſit dyſenteria, optime cedunt opiata diaphoreticis mixta. Hujuſmodi fere mixturis uti ſoleo. ℞. Aq. ſuc. Acetoſ. ℥ iv. theriacal. ℥ i. .s. bezoar. ori. ℈ i. laudan. liquid. cydoni. gut. x. ſyrup. cydon. vel acet. ſtillat. ʒ vi. M. dentur bis, terque in die.

XVIII. Cortex quoque radic. Caſcaril. alexipharmacis mixta mirum in modum conferre viſa eſt. Hiſce fere bolis feliciſſime uſus ſum.

℞. Radic. torment. s. p. bezo. orien. a ℈ i. cortic. radic. caſcaril. gr. xii. cum confer. roſar. antiq. q. s. f. b. n. vi. aſſumat æger tres mane, reliquos veſpere quotidie.

XIX. Dyſenteriam, cæteris remediis fruſtra adhibitis, ſola quandoque radice Ipecuacan. tolli deprehenſum eſt. Quare aſſumat æger radic. Ipecuac. pul. ℈ i. ex decoct. card. benedict. cui ſuccedente vomitu ſuperbibat copioſa juſcula. Poſtea vero ejuſdem radicis grana iv. ex conſer. roſar. antiq. exhibeantur quotidie per plures dies.

XX. Si chronicus fiat morbus, opportuno tempore ad aquas thermales, præſertim B. M. V. in agro Patavino, vel ſimiles, nec non ad lac primum afininum, mox vaccinum aqua plantagin. coctum, ac Kalybeatum deveniendum.

XXI. In quocumque alvi profluvio optima victus ratio inſtituatur, juſcula extremitatum pedum vituli, gelatinæ ex iiſdem paratæ, decoctum ex

Cor.

Cor. Cer. mic. pan. a ℥ .s. in aq. font. Lib. vi. edulcoratum cum ſufficienti quantitate ſacchari viſa ſunt convenire.

XXII. Vinum meracum poſt prandium, vel cœnam concedatur.

XXIII. Si cauſæ dyſenteriam efficientes ad inteſtinum rectum deferantur, continua per alvum egerendi cupiditas cum dolore, muci viſcoſi, & cruenti, vel purulenti excretione, quæ teneſmus dicitur, exorietur.

XXIV. Fotus ex lacte, in quo ebullierint flores ſambuc. verbaſc. melilot. malvar., & ſimilium tepidi ano applicentur cum ſpongiis, & linteis. Cliſteres ex lact. ℥ iv. mucilagin. femin. pſylii, plantag. cydon. a ℥ i. vitel. ovor. n. i. leni manu bis, terque in die injiciantur.

XXV. Therebinthinæ prunis ardentibus injectæ vapor per anum in ſella perforata excipiatur. Hiſce fruſtra adhibitis, quæ dyſenteriæ curandæ apta ſunt, in uſum vocanda.

C A P U T III.

De Diarrhæa, Dyſenteria, Teneſmo.

I. D*iarrhæa eſt frequens, & copioſa humorum excrementitiorum præter alimentum &c.*] Veteres Medici Diarrhææ nomen cuicumque inteſtinorum fluxui, atque alvo liquidæ tribuebant, ejuſque materiam alimenta cruda, chylum, bilem, pituitam, pinguedinem, ſanguinem purum, vel loturæ carnium ſimilem, pus, ſaniem eſſe arbitrabantur, eaſque partes, ac viſcera accuſabant, quorum vitio ea per alvum excernuntur, quæ in ſtatu naturali excernenda non ſunt. Ab opinione Leboe Sylvjus *lib.* 1. *prax. cap.* 13. & Hermannus Boerhaavius *aph. de cog. & cur. morb.* non admodum abhorruerunt. Nos tamen hic loci Diarrhææ nomen ad fluxum materiæ excrementitiæ per alvum contrahimus, ſuis poſtea quoſque alios fluxus peculiaribus nominibus inſignientes. Cum enim alimentum crudum, aut chylus imperfecte elaboratus dejicitur, Lienteria, & cæliaca paſſio nominatur, cum vero ſanguis urgente dolore, & torminibus excernitur, Dyſenteria, & ſic de ſingulis. Humores autem excrementitii diverſi ſunt. Nemo ignorat ex ductu choledocho bilem, ſuccum pancreaticum in duodenum, inde in reliqua inteſtina confluere, a glandulis inteſtinorum ſuccum quemdam aqueo-oleoſum ſecerni, quo lubricentur, emollianturve, ne coaleſcant eorum parietes, a minimis arteriolis internam ſuperficiem inteſtinorum perreptantibus non raro extillare humores tenues, lymphaticos, & hujuſmodi, unde ortæ variæ diarrhææ differentiæ, bilioſæ ſcilicet, feroſæ, pituitoſæ &c.

II. *Diarrhææ cauſa proxima eſt convulſiva deorſum tendens inteſtinorum contractio &c.*] Inteſtina eamdem fere, qua donatur ventriculus, ſtructuram ſortita ſunt. Quemadmodum porro ventriculo, ita inteſtinis vermicularem, ſeu periſtalticum motum a ſuperioribus partibus ad inferiores progredientem ineſſe voluit natura, ut alimentis in ventriculo ſolutis, ac maceratis, atque per pylorum in eadem expulſis, confluentibus illuc bilioſo, ac pancreatico ſucco, nec non qui a glandulis, & arteriolis minimis extillat, tenujor, & chyloſa portio ſeparata in venas lacteas propelleretur, craſſiores interim, ac fæculentæ una cum prædictis humoribus anum verſus protruderentur. Si blando hocce vermiculari, ſeu periſtaltico motu perturbato inteſtina convulſiva, crebrioreque deorſum tendente contractione afficiantur, cum biliarium, & pancreaticum ductum ad bilem, & lympham pancreaticam copioſius effundendam, tum glanduloſos

fol-

folliculos ad humorem fuum uberius fecernendum follicitari, atque eorumdem excretionem per inferiora promoveri manifeftius quidem eft, quam ut ullis rationibus poffit comprobari.

III. *Remotæ funt humorum vel nimia copia, vel acrimonia infignis, qui vel in ipfo funt fanguine &c.*] Quæcumque convulfivam hanc contractionem inducere valent, ea diarrhææ producendæ opportuniffima exiftere perfpicuum eft. Inducere autem potiffimum humorum, qui in ipfo funt fanguine, copiam, vel acrimoniam infignem manifeftum fiet, fi nonnulla defumpta ex mechanicis prius expofuero; fecretiones videlicet naturales humorum in inteftina depluentium pendere a proportionatis motibus fibrarum glandulas, atque inteftina conftituentium cum fluidis fecernendis: hanc autem proportionem effe in ratione compofita ex rationibus denfitatum liquorum, aut orificiorum, a quibus effluunt, & numero motuum, feu ofcillationum fibrarum elafticarum, a quibus naturaliter motus inteftinorum dependet. Quotiefcumque igitur fanguis valde acer fit, folutus, & colliquatus, dum glandulas inteftinorum appellit, eas ad crebriores motus, & ofcillationes excitare, ideoque uberius, & copiofius fecerni neceffum eft. Secretis autem humoribus tum copia, tum acrimonia peccantibus, nerveas inteftinorum fibras ftimulari affidue perfpicuum eft, motum eorumdem periftalticum follicitari, hinc Diarrhæam exoriri.

Vel a pancreatico, biliofo, & qui a glandulis inteftinorum extillant fuccis depravatis, vel ab ingeftis fuppeditantur.] Convulfivæ, crebriorifque inteftinorum contractionis caufa frequentiffima, fi quæ alia, eft fuccorum in primis viis exiftentium, bilis fcilicet, fucci pancreatici, & qui a glandulis inteftinorum extillant, depravatio. Ufum enim horum omnium fuccorum effe ulteriorem chyli folutionem, & fluiditatem promovere, quam primum ope membranarum ventriculi, ac falivalium fuccorum fubivit, manifefta res eft. Huic operi maxime infervit bilis, ceu quæ fale volatili, ac fulphureo fœta eft, quo particularum chyli figura mutatur, compages folvitur, tenujorum partium a fœculentis feparatio, atque expulfio promovetur, non quidem ftimulando inteftina acredine fua, quemadmodum putabant Veteres, fed fæces tantum fluidas reddendo, ne induratæ fubfiftant, ut patet in hypochondriacis, fcorbuticis &c. quibus bilis aut vitiofa, aut deficiens eft. Itaque fi ifti fucci uberius in cavitatem inteftinorum effundantur, cum nimis fluidas fæces reddunt, tum periftalticum inteftinorum motum follicitant, hinc Diarrhæam excitant.

De qualitate eorundem peccante non eadem eft apud omnes opinio. Qui putant bilem alchalicam effe, fuccum vero pancreaticum acidum, ideoque ex iftorum fuccorum mixtione effervefcentiam, atque ebullitionem oriri, in ea funt opinione, ut credant ejufmodi fuccos in tenuja inteftina confluentes poffe incongrue mifceri, atque male fermentefcere, hinc inteftina ad expulfionem contentorum follicitare, five id ab exceffu bilis acrioris, feu a majori aciditate fucci pancreatici dependeat; qui propterea fermenti vice alimentum, fuccos qui perpetuo a glandulis inteftinorum extillant, fimili vitio inficiat, depravet, atque corrumpat. Id Graafius, Sylvius, aliique fuftinuerunt. Verum cum nulla fit naturalis fermentatio, fi præftantiffimum Morgagnium audimus, qui fuccum pancreaticum acidum effe abfolute negat, corruere illorum fententiam luce clarius apparet. Sed hac de re plura, ubi de inteftinorum dolore. Modo fatis fuperque effe duxerim afferere vitiari bilem, reliquofque fuccos ea ratione, qua opus ad nerveas inteftinorum fibras vellicandas, eorumque motum periftalticum follicitandum. Qua de re vid. obf. in Diamerbroekii anat. in Pechlino *exercitat. de purgantib.* in Bontio *de Medic. Indor.* Si ingefta vel copia peccent, vel acrimonia, cum inteftina ftimulare habeant, convulfivam quoque eorumdem contractio-

nem

nem excitare valere adeo manifesta res est, ut manifestior sit nulla.

IV. *Quibus addenda graviora animi pathemata, mæror præsertim.*] Mæror docente Cl. Baglivo nihil frequentius producit, quam Diarrhæas, quæ diu persistente mæroris causa evadunt incurabiles, iisque demum superveniente febre erratica, & atrophia, ægrotantem de medio tollunt. Et sane nihil magis chylificationi officit, quam mæror, & tristitia. Ventriculi membranæ debito spirituum animalium influxu destituuntur, ac flaccescunt, salivæ, succi pancreatici, biliosi, quique a glandulis ventriculi, & intestinorum extillat secretio inhibetur, hinc chylosim depravari, nerveas stomachi, & intestinorum fibras in spasmos agi contingit, eorumque motum peristalticum ad contentorum expulsionem sollicitari.

Gravis ira.] Quod si quis vehementi ira corripiatur, manifestum est spiritibus animalibus cæco impetu hac illac ruentibus, spasmum in universum corpus, & præsertim in organa bilis secretioni dicata (id quod dolor quidam constrictivus, qui in latere dextro sub scrobiculo cordis percipitur, manifestat) induci, quæ propterea bilem in Duodenum copiosius protrudunt, unde Diarrhæa, quam Hildanus *cent.* 7. *obs.* 18. adnotavit, perinde ac si pharmacum propinatum fuisset. Quo loco minus mirari subit alvi stipticitatem ab ira solvi, ut Valleriola *lib.* 2. *obs.* 4. & *M. N. C. Dec.* 2. *an.* 5. testantur. Conf. com. in aph. 6. cap. 1.

Improvisus timor.] Dici vix potest, quantum ob mirabilem animæ unionem cum corpore ab improviso timore spiritus afficiantur, quantum eorum placidus, atque ordinatus motus perturbetur! Id nimirum Apoplexiæ, Epilepsiæ, aliique gravissimi morbi supervenientes demonstrant. Hoc eodem perturbato spirituum motu, nerveas quandoque intestinorum fibras ea ratione affici contingit, qua opus est ad peristalticum motum perturbandum, seu convulsivam contractionem excitandam, qua contentorum excretio per inferiora sollicitatur, unde Diarrhæa. Mirum in quanta obscuritate versentur, qui continuo ad acres, vellicantesque sordes in primis viis hærentes confugiunt, ad præternaturales excretiones sive per superiora, sive per inferiora explicandas. Sola enim spirituum ataxia, seu inconcinnus, ac perturbatus motus easdem excitare valet, ut Willisius, Sydenhamus, aliique sustinuerunt.

Suppressio naturalium evacuationum, præcipue sudoris, & perspirationis.] Viæ ad intus detentos humores ob suppressionem sudoris, ac perspirationis extra corporis confinia educendos aptissimæ videntur viæ intestinorum. Tot enim sunt fistulæ, tot glandulosi folliculi, ac ductus in eorumdem cavitatem derivantes, ut magna diversorum humorum tenujum præsertim, ac serosorum excretio subsequatur. Cum igitur transpirationis materia tanta sit docente Cl. Sanctorio, ut singulis diebus plus per illam evacuetur, quam per omnes evacuationes sensibiles simul sumptas, nil mirum videri debet, si materia transpirationis glandulas, ductus, atque emissaria intestinorum appellens Diarrhæam progignat. Quod nimirum per certa loca certi generis particulæ evacuentur, non ita constans, ac perpetuum est, quin certi alicujus emunctorii deficientem actionem alterius actio supplere aliquandiu non possit. Hinc imminutam transpirationem alvi fluxus frequentissime supplet, & vicissim: unde illud: *Cutis densitas, alvi laxitas*, & contra.

Tempestas calida, fervens, & sicca.] Urgente aeris calore, ac siccitate, sulphurearum, ac subtiliorum partium sanguinis exsolutionem fieri, ejusdem compagem solvi, ac colliquari perspicuum est: hinc refluentibus a toto sanguine acribus, ac vellicantibus particulis in intestinorum fistulas, ac glandulosos folliculos, Diarrhæam exoriri luce clarius apparet. Apte cadit in hunc locum, quod habet Hippocrates *aph.* 16. *sect.* 3. *In siccitatibus autem tabitudines, lippitudines, articulorum morbi, stillicidia urinæ, & difficultates intestinorum.* Cujusce rei exempla

empla extant in A. N. C. *Dec.* 2. *an.* 4. *obf.* 24. & a Cl. Hoffmanno, aliifque poftea confirmata, ut cum conftantia, tum ne frequentia quidem minime defideretur.

Aut peculiaris aeris conflitutio, qua miafmata maligna &c. vel organica, & animata corpora &c.] Neque infrequens eft miafmata maligna, ac deleteria e terræ vifceribus exhalantia, atque una cum alimentis deglutita, acria, ac ftimulantia cum fint, inteftinorum fibras, ac periftalticum eorumdem motum follicitare, vel per poros cutis, aut venas lacteas maffam fanguinis ingreffa eamdem fundere, ac colliquare, ac Diarrhæas progignere. Ejufcemodi Diarrhææ epidemicæ funt, & ægros dire exercentes.

Idem plane dictum velim de organicis, & animatis ex aere nocturno decidentibus. Ad quam caufam reduci poteft rubigo, & uredo fupra fruges, vineafque decidua; cujus meminit Plinius *hiftor. nat.* & Petrus Laurembergius *lib.* 1. *horticult. cap.* 35. quæ non folum iifdem multum detrimenti affert, ut optime norunt agricolæ, & horti culturæ dediti, fed etiam hominibus fummopere nocet. Qua de re etiam legi poteft obfervatio 93. *M. N. C. Dec.* 3. *an.* 9. & 10. ubi fcriptum invenitur, eos qui nudis pedibus incefferant, ejufcemodi rore in terram defcendente puftulis, & ulcufculis nigricantibus inde vexatos fuiffe, quofdam febribus ardentibus correptos, quofdam tandem eodem guftato ulcufcula in labiis paffos. Ab hoc porro fonte Diarrhææ Epidemicæ ortum traducunt, quæ in certo diftrictu graffantur, aliis ab illa immunibus. Immo quicumque cibis hoc rore infectis vefcuntur, tali morbo corripiuntur, qui vero abftinent, liberi fuperfunt. Cum nempe copiofiffima infecta, quorum adeo minuta funt corpufcula, ut referente Cl. Læuvenhoechio *Tom.* 1. *epift.* 7. & *Tom.* 2. *epift.* 96. aliquot eorum centena fimul fumpta craffum arenæ granum mole non æquent, in aerem diffundantur, cum rore rurfus defluere contingit, & qua fructus inficiendo, qua corporis humani poris fe infinuando, ac fanguinis maffam corrumpendo diarrhæas, aliofque iftiufmodi morbos progignere. Rem omnem ita expediunt hodie maxime illuftres phyfici Cl. Lancifium fequuti, qui materiem hanc ingeniofe admodum lateque pertractavit lib. *de nox. palud. affluv. cap.* 26. Quod aer Romanus, & terra innumeris infectis fcateat, quorum exhalationibus ros inquinatur, evenit potiffimum, ut homines, qui æftate Romæ degunt, & extra Urbem dormiunt graviffimis fymptomatibus corripiantur, & interdum moriantur. Quod etiam accidit illis, qui ad lacuftria Romanæ plagæ peregrinantur. Dici enim vix poteft, quam apte in paludibus ftabulentur infecta, quæ ubi citiffime fub moderatiori æftu fæcundentur, rorem, & aerem nocturnum inficiunt, unde maligni plerunque morbi præfto funt. Quare fapienter admodum prudenterque pro more laudatus Lancifius fuadet iis, qui vel Neapoli Romam, vel Roma Neapolim contendunt, ut diurnos potius æftus fubeant, quam nocturni frigoris voluptate decepti, ante memoratam ambientis aeris vim excipiant.

V. *Ubi humorum excrementitiorum primum una cum adipofis corporibus cruore perfufis &c.*] Inter Dyfenteriæ differentias maxime fpectabiles illæ funt, quæ a gradibus ejufdem defumuntur, quorum primus eft cum humores excrementitii, qui etiam in Diarrhæa eijciuntur, & adipofa quædam corpora, quæ nihil aliud effe videntur, quam adeps, feu pinguedo, qua intus inteftinorum tunicæ obducuntur, exiguo cruore perfufa excernuntur: alter vero cum membranofa ramenta, quæ fuperficies tenuis inteftinorum funt: tertius demum, cum membranarum inteftinorum fubftantiam conftituentium portiones, ac caruneulæ eijciuntur.

Torminibus ventris plus minus dire ægrum exercentibus.] Si fola fanguinis excre-

cretio fpectetur, dyfenteria ab aliis cruentis fluxibus fatis diftingui nequit. Sanguinem enim bonum, ac laudabilem in toto corpore redundantem in iis quandoque excerni obfervamus, quibus membrum aliquod amputatum eft, aut fanguinis magna evacuatio fuppreffa, qui fluxus ex apertis inteftinorum vafculis eadem ipfa ratione, qua hæmorrhoidum, narium, aliarumque partium hæmorrhagiæ contingunt, ortum trahit; aliquando tenuem, aquofum, & loturæ carnium fimilem, qui fluxus ob hepatis imbecillitatem fieri credebatur a Veteribus, fluxus propterea hepaticus dictus: (quamquam ab aliis cruentis fluxibus vix diftingui poffe Recentiores Medici haud dubie affirmant) Atrum tandem, nigricantem, & fplendefcentem fanguinem per fuperiora fimul, & inferiora ejici manifeftum eft, qui fluxus Melancholicus appellabatur. At nihil habent cruenti hi fluxus cum Dyfentericis commune. Citra enim ventris tormina ægrum dire exercentia contingunt, quæ tantum abeft, ut cum dyfenteria minime conjungantur, ut hifce folum apparentibus in alvi fluxibus non cruentis, iidem ipfi fluxus ad dyfentericos referendi fint. Ita Willifius Dyfenteriam Londini fævientem fe vidiffe teftatus eft cum aquofi humoris excretione, atrocioribus torminibus, ac virium jactura conjuncta. Indolens dyfenteria, cujus meminit Hippocrates 2. *Epid. com.* 6. & cujus extat exemplum in ephem. German. *an.* 1671. *obf.* 43. & in A. N. C. *dec.* 1. *an.* 2. *obferv.* 45. fi quofdam audimus, qui tormina ventris a dyfenteria fejungi nolunt, dicendum fane effet, quod vera dyfenteria non fuiffet, vel valde obfcura, ac fere infenfibilia tormina pro nullis habuiffe, qui hujufmodi dyfenteriam defcripferunt. Ut ut autem res fit, certum eft indolentium dyfenteriarum cafus rariffime occurrere, ut ne minimum quidem liceat recedere ab eo, quod cum multis, ac frequentibus, tum certis, ac conftantibus Veterum, & Recentiorum fere omnium medicorum obfervationibus compertum eft.

VI. *Quæ tunc contingit cum non folum acres, vellicantefque particulæ, fed cauftica &c.*] Gradu folum, atque intenfione differre videtur Diarrhæa a Dyfenteria. Si enim acrimonia illa, quæ nerveas inteftinorum fibras ftimulare habet, torquere, ac convulfivam contractionem in eafdem inducere, qua humorum excrementitiorum fluxus per inferiora follicitatur, tanta fit, ut mucum primum inteftinorum parietibus adhærentem, tum villos ipfos, ac tunicas abradere valeat, atque exulcerationem inteftinorum progignere, prædictorum humorum una cum adipofis corporibus cruore perfufis, tum villis ipfis, ac carunculis excretionem fupervenire debere, ventris torminibus ægrum dire exercentibus, manifeftius quidem eft, quam ut ullis rationibus poffit comprobari.

Inter dyfenteriæ caufas recenfentur quoque inteftinorum inflammationes, præfertim illæ, quæ ad fuppurationem vergunt, unde aperto apoftemate pus, ac fanies eijcitur, ut obfervationes virorum præftantiffimorum Bartholini, Riverii, Hildani, Plateri, aliorumque teftantur. Sed horum confiderationem ad peculiarem morborum, quorum effectus funt, tractationem rejicimus.

VII. *Diarrhæa, quæ circa febrium vel malignarum, & peftilentium declinationem &c.*] Ad praxim commodiffima divifio Diarrhææ eft in criticam, & fymptomaticam. Illa enim in falutem plerunque terminatur, hæc fumme perniciofa, atque interdum ægros de medio tollit. Inter criticas diarrhæas principem obtinet locum, quæ circa febrium declinationem fuccedit. Ad declinationem enim vergente febre, materia, quæ cruda eft, atque fecretioni inepta, five ea nimis tenuis fit, ac fluida, feu nimis craffa, vifcida, ac lenta, paulatim concoquitur, & fecretioni apta fit, atque extra corporis confinia educitur. Si per alvum excernatur, diarrhæam exoriri criticam, & falutarem manifeftiffima res eft. Peftilentes conftitutiones alvi fluore judicatas recenfuit jamdudum Galenus

lib. 4. *Epid. sect.* 21. & multos in peſtilentia æſtate orta, diarrhæa nona, vel undecima ſuperveniente, ſervatos fuiſſe teſtatur *lib. de atra bile cap.* 4. Quid quod Gerhardus Columbus (*in lib. de febre peſtil.*) peſtilentes febres fere omnes alvo copioſe fluente licet cum cruditatis ſignis, tandem coctionis ſignis ſupervenientibus, curatas feliciſſime ſcribit? Id quod & Fridericus Hoffmannus vidiſſe teſtatus eſt, ut nullus ſuperſit dubitandi locus.

Aut homines ſero abundantes, & leucophlegmatia incipiente detentos &c.] Salutaris eſt etiam Diarrhæa in corporibus ſero abundantibus, ne variæ ejuſdem congeſtiones fiant, atque in morbos a ſeri copia oriundos, cujuſmodi ſunt cacochymia ſeroſa, leucophlegmatia, hydrops, labantur. Leucophlegmatia vero detentum, ſi fortis Diarrhæa ſuperveniat, a malo liberari docuit Hippocrates 7. *aph.* 29. Animadvertendum eſt autem cum Cl. Riverio, id morbi initio utique eſſe intelligendum. Tunc enim peccans materia fluens adhuc eſt, atque in propriis vaſis, lymphaticis ſcilicet continetur, unde circulo reſtitui facile poteſt. Si Diarrhæa confirmato jam morbo ſuperveniat, ſoluta ſcilicet ſanguinis compage, ac labefactato ſolidarum partium tono, unde ſeroſa pars a reliquarum nexu ſecedens facile e glandularum, ac membranarum poris elabatur, atque intra partium laxam ſtructuram ſubſiſtat, tunc enimvero tantum abeſt, ut morbus levetur, ut potius augeatur, aut confirmetur.

VIII. *Diarrhæa morbis capitis ſuperveniens ſalutaris.*] Diarrhæam morbis capitis ſupervenientem ſalutarem eſſe pronuntiavit Baglivus certis Veterum Medicorum ductus obſervationibus, qui id jamdudum adnotarunt. Salutaris hujuſce Diarrheæ alibi meminimus, remque omnem ad revulſionem inſignem, quæ fit a capite diverſorum humorum retulimus. Obſervatione enim Anatomica conſtat ad longitudinem quadraginta, & ultra ſpithamarum extendi inteſtinorum canalem, glanduliſque undique, ac folliculis excretoriis refertum, unde magna fit variorum, ac diverſorum humorum excretio, univerſalis veluti impuritatum, atque inquinamentorum maſſæ ſanguinis expurgatio, quæ cæteroquin inquinamenta una cum ſanguine cerebrum appellentia, qua tenuiſſima ejuſdem vaſcula infarciendo, comprimendo, qua vellicando, ac mordendo, aut ſimili ratione afficiendo, graviſſimos morbos valent progignere.

IX. *Diarrhæa, quæ febrem non habet adjunctam, nec ſitim &c.*] Diarrhæa ſæpe eſt ſine febre, quandoque & febrem, & ſitim, & ciborum faſtidium habet adjunctum. Quæ febre caret benigna ut plurimum eſt, nec eſt contagioſa, & ſporadice invadit. Quæ cum febre conjuncta eſt maligna interdum eſt, contagione majorem in modum propagatur, & epidemice graſſatur. Dum febris abeſt, ſitis, ac naturalis viget appetitus, quid aliud conijcere licet, quam naturæ opus pravos, atque incongruos ſuccos extra corporis confinia expellentis? Apte cadit in hunc locum, quod habet Celſus *lib.* 4. *cap.* 16. *Uno die fluere alvum ſæpe pro valetudine eſt, atque etiam pluribus, dum febris abſit, & intra ſeptimum diem id conquieſcat: purgatur enim corpus, & quod intus læſurum erat utiliter effunditur. Verum ſpatium periculoſum eſt: interdum enim tormina, & febriculas excitat, vireſque conterit.* Hujuſce rei rationem attigiſſe videtur Hippocrates 2. *aph. ſect.* 1. *In perturbationibus ventris, & vomitibus ſpontaneis, ſi talia purgentur qualia purgari oportet, confert, & leviter ferunt, ſin minus, contra.*

X. *Diarrhæam iræ ſupervenire bonum &c.*] Quo modo Diarrhæa iræ ſuperveniat ex ſuperius allatis perſpicuum eſt. V. com. in aph. 4. Oſtendimus ſiquidem magnam bilis copiam, quæ in hepate ſeparatur, in inteſtinum Duodenum effundi, nerveas ejuſdem, & totius inteſtinorum canalis fibras irritando, fæceſque fluidiores reddendo alvi fluxum progignere. Niſi vero alvi fluxus ſuperveniat, impedita bilis ſecretione in hepate, atque ejuſdem in Duodenum

deri-

derivatione, nimis tenues, acres, biliofafque particulas in fanguine detineri contingit, exagitari eumdem, ac fundi, cor in crebriores, vehementiorefque contractiones agi, ac febrem excitari, ut Baglivi obfervationibus compertum eft.

XI. *Ubi noverim Diarrhæam falutarem non effe, eamque a tenui &c.*] Principes ad Diarrhæam curandam indicationes, ut unicuique confideranti apparere poteft, funt irritantem materiam, five fit in fanguine, five vifceribus chylo elaborando, ac perficiendo dicatis, temperandi, corrigendique, eamque extra corporis confinia qua data porta eliminandi. Has priufquam abfolvant medentes, fedulo perpendendum illis effe, cujus naturæ, ac conditionis materia fuerit perfpicuum eft; an fcilicet tenuis, ac præfervida, biliofam ajebant Veteres; vel contra vifcida, lenta, cum aciditate, aut falfedine conjuncta, pituitam acidam, falfam dicebant. Si enim illa peccet, fola eluentia fufficere videntur, cujufmodi funt ferum lactis, decoctum hordei, & fimilia, quibus cum nimis tenues, biliofæque particulæ diffociantur, difgreganturque, atque ineptæ ad vellicandum fiunt, eædem præterea præcipitantur, folidæque partes ab ulteriori vellicatione præcaventur, unde dejectiones, quæ parcæ, fed crebræ funt, & cum dolore copiofiores fieri contingit, & fine dolore. Quam apte de feri lactis virtute atque efficacia in alvi fluxibus biliofis loquens Galenus: *Lactis*, inquit, *ferum ob fuas abftergendi vires, ad alvi dejectiones, tum potum, tum per Clyfterem injectum affumitur; abfque erofione enim abluit, & abftergit ab inteftinis acrimoniam*. Hippocrates ipfe ufus eft fero lactis in dyfenteria. Quid enim aliud audiat dolor ille circa totum ventrem, & labores, egeftio multa, & fubcruenta Adrianum, & puerum Cenæi dire exercens, cujus meminit *lib. Epid. 6.* & ad quam tollendam ferum propinavit, quam morbus dyfentericus? Id quidem præclare oftendit Valefius, & *com. h. l.* in Dyfenteria autumnali lactis ferum filice candefactum commendat, traditque egeftiones biliofas fubcruentas cum vehementi ventris dolore, ubi ferum, & lac bibiffet æger, longe moderatiores fuiffe factas. Quid magis acceptum, probatumque Sydenhamo, & Baglivo in Dyfenteria, quam ferum lactis?

Poft quodcumque eluvionis penfum opiatum aliquod medicamentum accuratioribus practicis folemne eft exhibere, poft Cl. Sydenhamum, quo commotio omnis ab eluente pharmaco concitata fedetur. Diafcord. Fracaft. uti folemus, quod in quacumque humorum acrimonia eximiam præftare operam alibi oftendimus. Vid. cap. 1. com. in aph. 17.

XII. *Ubi vero acres vifcidis, mucofifque quifquiliis involuti &c. folum rhabarbar. &c.*] Si caufa irritans pituitofa fit, fola eluentia minime fufficiunt. Ad purgantia igitur confugiendum eft. Summus autem purgantis remedii delectus habendus eft, quod & evacuandæ materiæ conditioni, & morbo fit accommodatum. Dulcia medicata, quæ tartareis, & lenibus fulphureis particulis funt prædita, ut Saccharum, Mel, Caffia, Manna, Uvæ corinthiacæ, & alia hujus cenfus, cum frequentiffime vel hoc folo alvum moveant, quod in primis viis corrumpantur, aut fermentefcant, unde acres, ftimulantefque halitus fufcitantur, quibus inteftina crebriorem ad motum follicitantur, flatufque copiofiores gignuntur, ad malum exafperandum potius, quam leniendum apta videntur. Quæ acrius inteftina irritant, eorumque tum motum periftalticum ad crebriores corrugationes, tum etiam glandulofos folliculos, ac ductus in eorum cavitatem hiantes ad uberiorem humorum effufionem follicitant, cane pejus, & angue fugienda funt, ut præ cæteris oftendit Fuchfius *lib. 2. Parad. cap. 13.* Galeni, aliorumque Veterum Medicorum ductus auctoritate, qui ab iftius generis medicamentis abhorruerunt. Tutiffimum porro, atque efficaciffimum purgans in alvi

fluxibus rhabarbarum eſt, ut perbellis rationibus, atque experimentis evincit Matthiolus adverſus Fuchſium. Duplici enim facultate pollere communiter reputatur, purgante, & adſtringente. Illam a ſulphureis partibus, quæ levi toſtione, aut convenienti in aqua infuſione avolant, aut eluuntur, repetunt, alteram relinquentes adſtringentem, & corroborantem. His minime aſſentitur Cl. Boulducius in A. R. S. P. affirmans ſe nullum adſtringentis hujus facultatis indicium per multa experimenta in Rhabarbari præparatione habere potuiſſe. Quidquid tamen ſenſerit præclarus Auctor, cum obſervationibus multis, & conſtantibus compertum ſit, Rhabarbarum pauciſſimam materiem quandoque ab inteſtinis ejicere, citra ullius erroris ſuſpicionem illud affirmari poſſe videtur, paullo ſiccioris eſſe texturæ, ideoque leniter adſtringendi, ſeu mavis corroborandi virtute præditum. Majorem ineſſe virtutem hancce Rhabarbaro toſto opinio fuit Cl. Sylvii *lib. 3. prax. c. 13. n. 33.* Cum tamen nonnulli in ſuſpicionem venerint ex torrefactione empyreuma excitari, atque acritudinem, ut ajunt, ſatius duxerim illud adhibere, ut a natura producitur (quod & de cæteris omnibus medicamentis concludit citatus Boulducius) atque illud opiato medicamento admiſcere, quo acrium, ac vellicantium particularum vis infringatur, irritationes ſedentur, placida quies inteſtinorum fibris ſpaſmo affectis concilietur, quod dici vix poteſt, quantum valeat ad peccantes humores temperandos, ac corrigendos, eoſque blande extra corporis confinia eliminandos.

XIII. *Cæterum in moleſta Diarrhæa, & Dyſenteria aqu. Tetutianæ &c.*] Qui aquas Tetutianas aſſumpſerit miratur Cl. Redius, quomodo ſi alvi fluxu utcumque moleſto laboraverit, perfectiſſime non convaluerit. Cæteris fruſtra adhibitis ad uſum aquar. Tetutian. deveniendum eſſe tradidit Baglivus, ceu quæ infallibiliter ægrum ſanabunt. Cum nempe præmiſſo vehiculo, ut ajunt, purgante aquæ Tetutianæ ubertim epotantur, ventriculum, & inteſtina non ſolum fluiditate laxant, ſed etiam gravant pondere, & mordacitate irritant, ac propterea priuſquam vaſa lactea ſubeant in magna quantitate per alvum ſibi viam aperiunt. Craſſas vero, mucoſaſque quiſquilias ventriculi, & inteſtinorum parietibus adhærentes incidendo, abſtergendoque, acres moleſtiſſimos ſuccos, qui inteſtina verſus propulſi enormes ibidem ſpaſmos, ac vaſorum ſanguineorum oſcula reſerando, fibraſque corrumpendo immania ibidem ulcuſcula excitant, mire edulcando, alvi fluxibus egregie opitulantur. Quod non ſine admiratione accipi ſolet ab iis, qui nondum ſubtiliorem medicinam ſcrutati ſunt. Quare enim morbos a materie mordaci oriundos materia mordax, aqua ſcilicet Tetutiana, quæ inſigni pollet ſalſedine, ſanabit, quare mordax, ac ſalſa materies mordacem, ac ſalſam edulcabit? Alchali, & acidi propugnatores rem facillime expediunt. Cum enim exiſtiment ſalem ſalſum in humano corpore vel in acidum, vel in alchaleſcentem acrem converti, hos ſales, cum acutiſſimi ſint, inteſtinorum fibras non ſolum vehementius irritare, ſed mucum inteſtinorum pariter parietibus adhærentem abradere, tunicas exulcerare, atque moleſtiſſimos alvi fluxus progignere, eo adducuntur, ut credant ſalem marinum mitiorem utriſque, quo certe aquæ Tetutianæ fætæ ſunt, eorum eſurionem eſſe, idcirco acidi, & acris ſpicula ab inteſtinorum fibris, dum per eaſdem fluunt, extrahere, ac per alvum extra corporis confinia educere. Qui nullum ſalem frequentius in humano corpore reperiri, quam ſalſum, certis Roberti Boylei aliorumque obſervationibus edocti affirmant, ac multo frequentius ab ſalſo, quam acido, qui nunquam in eodem corpore ſenſibilis appareret, aut ab acre, qui rariſſime ſe prodit, iſtiuſmodi morbos exoriri conijciunt, ſalſos humores, qui partes vellicant, ac corrodunt, eo prorſus modo edulcari putant ab aquis ſalinis, quo ſalſamenta infuſa eadem aqua marina, magis, quam in-

infipida mitefcunt, ut meminit Chryfippus apud Plutarchum *Symp. p. quæft.* 9. Cujufce rei ratio non alia effe videtur, quam quod falis particulæ falforum humorum cum falis particulis aquæ marinæ ob planam, & fimilem utrorumque fuperficiem facile coeunt, & in maffulas majores coalefcunt, quibus falibus ab inteftinorum fibris ope falinarum aquarum extractis, ac per alvum eductis, acres, mordacefque humores leniri, ac mitefcere contingit, morbofque ab eo prodeuntes profligari. Si ita res haberet, nihil negotii faceffeeret explicatio textus Hippocratis *de humidorum ufu n.* 7. quo loco: *Aqua marina, inquit, pruriginofis, & qui ab acribus humoribus mordentur, tum lotione, tum fotu calida prodeft: ulceribus etiam, & ambuftioni, & abrafioni, & reliquis hujufmodi adverfatur.* Cum enim fcabies, prurigines, atque ulcera ab acribus, ac mordacibus humoribus folidam fubftantiam carnium erodentibus, ac corrumpentibus exoriantur, paradoxum videtur eadem mala acri, ac mordaci materia curari. Ejus præ cæteris mentionem facit Profper Martianus fuper Hippocratis locum citatum, atque in rei comprobationem affert Dyfenteriæ exemplum ab acribus humoribus inductæ, quæ ope aquæ Tetutianæ egregie fedatur.

XIV. *Hifce poftea fuccedat pul. ex ter. figil. Cor. Cer. &c. Op. crud. &c.*] Abfterfis hac ratione primis viis, edulcatifque acribus, ac mordacibus humoribus, fi adhuc morbus perfeveret, quod plerunque ex eo contingit, quia ex glandulofis folliculis laxatis jam perpetuo humores plorant, qui cum reliquias pravorum, vitioforumque offendant, facile corrumpuntur, ac ftimulo cum fint nerveis inteftinorum fibris, eorumdem motum periftalticum follicitant, leniter adftringentia, atque opiata abforbentibus, feu præcipitantibus mixta eximiam operam præftant. Abforbentia nimirum, cujufmodi funt terræ multæ, acres ventriculi, & primarum viarum fuccos in ftipticam, & aluminofam dulcedinem mutant. Alumen enim conftat ex acido vitriolico, quod corrofit, & tamquam propriam fedem terram penetravit, unde vis ejus corrofiva infringitur. Tormentilla leniter, & blande adftringendo, ne e glandulofis folliculis, ac ductibus in inteftinorum cavitatem hiantibus perpetuo effundantur humores, qui morbo anfam præbent, prohibere valet. Opiatis tandem convulfiva contractio, qua prædictorum humorum excretio follicitatur, compefcitur. Enimvero folis adftringentibus uti difcriminis plena res eft. Verendum enim eft, ne acres, vellicantefque particulæ intus retentæ ventriculi, atque inteftinorum inflammationem, quæ in fphacelum docentibus Galeno, & Cratone, aliifque facile terminatur, progignant. Solis opiatis minus tutum. Opium enim referente Cl. Jo. Allen *Synop. p.* 1. *art.* 624. plerunque dolorem fedat, fomnum conciliat, & dejectiones rariores reddit, fed tamen copiofiores funt, & æque tenues, & liquidæ, ut ante, & magis fœtentes. Nil deterius effe, quam immoderato adftringentium, & opiatorum ufu alvi fluxu laborantes pertractare a plerifque adnotatum eft, præ cæteris vero a Cl. Frid. Hoffmanno *M. S. cap.* 7. *p.* 227. *in fch.* ubi habet: *Non femel, fed aliquoties, quod fancta fide teftari poffum, ab immoderato adftringentium, & opiatorum ufu in Diarrhææ, vel Dyfenteriæ fluxu coercendo . . . . moleftiffimum Hypochondriacum, quod in fæminis hyftericum dicitur malum, & quod per omnem fere reliquam ætatem homines mifere exercuit, enatum animadverti.* Quid quod opiata fenfum fibris adimendo fphacelationi anfam præbent? ut *M. N. C. Dec.* 2. *Dec.* 6. *obf.* 104. Plater. *lib.* 3. Acta Hafnienfia *p.* 2. *obf.* 17. Bartholinus *cent.* 6. *hift.* 2. teftantur. Plures hiftorias eorum, qui opiatorum ufu extincti funt vid. in Thonero *lib.* 3. Waldfchmidio in differ. *de noxa Op.* Tillingio de Op. *pag.* 46. Sennerto *lib.* 6. *prax. P.* 3. *cap.* 1. Marcello Donato *in hiftor. medi. mirabilibus*.

XV. *In Dyfenteria, fi febris adfit, dolor vehemens, virefque ferant, venæ fe-*

ctio

ctio &c.] Venæ fectionem in Dyfenteria cum febre miris laudibus extollit Riverius, teftaturque *cent.* 2. *obf.* 57. fe in Dyfenteria cum febre acuta, octavo demum die, cum fructu quinque fanguinis uncias e brachio detraxiffe, & *obf.* 64. fe venæ fectionem in muliere Dyfenteria cum febre detenta feptimo, & octavo die fumma cum felicitate inftituiffe. Amatus vero Lufitanus *centur.* 2. *obf.* 11. affert exemplum viri cujufdam plethorici, quique vino immoderate abutebatur, dyfenteria, & febre acuta detenti, qui fecta vena melius habuit, atque brevi in priftinum fuæ valetudinis ftatum reftitutus eft. Quid quod Bottallus *cap.* 4. decies, & ultra fe deprehendiffe teftatus eft, nullum remedii genus dyfenteria laborantes magis juviffe, quam venæ fectionem? Teftem pariter hujufce rei locupletiffimum habemus Sydenhamum affirmantem fe fere femper Dyfenteriæ curationem cum venæ fectione aufpicari, quod poftea confirmat exemplo cujufdam Dyfenteriæ, quæ tandem fola venæ fectione feliciffime curata fuit, cum innumera fere fruftra fuerint adhibita. Ex quo liquido conftare arbitror in fumma obfcuritate illos verfari, qui communi Medicorum Hippocratis, & Galeni auctoritate confirmata opinione ducti, *alvo fluente non effe detrahendum fanguinem*; a venæ fectione in Dyfenteria prorfus abftinent. Quid quod nifi nimius ad inteftina humorum fluxus prohibeatur venæ fectione, & univerfa fanguinis maffa temperetur, inflammatio, quæ plerunque in fphacelum definit, fubfequi facile poteft?

XVI. *Clyfteres primum ex decoct. inteftinor. vitul. aut vervec. &c.*] Vel tenuia, vel craffa inteftina in Dyfenteria afficiantur, Clyfteres vifi funt opportuniffimi. Si craffa, nemo ignorat Clyfteres ipfis applicari viribus fuis integris permanentibus, atque eorumdem vitiis immediate occurri. Si tenuia, eorumdem operationem fecundario, & per confenfum in eadem exerceri manifefta res eft. Ii autem præ cæteris locum habent, qui urgentioribus fymptomatibus, torminibus fcilicet, ac dolori occurrunt, quorum in cenfu veniunt, qui ex decoct. inteftinor. vitul. &c. defumuntur. Hifce addendi, qui ulcufcula ibidem excitata abftergere primum, mox confolidare habent. Abftergente vi leniffima donari Clyfteres ex decocto hordei leviter torrefacti cum melle, vulneraria ex vino albo, in quo ebullierint flores hyperici, millefol. &c. manifeftius quidem eft, quam ut ullis rationibus poffit comprobari.

XVII. *Si maligna fit Dyfenteria, optime cedunt opiata diaphoreticis mixta.*] Difficultatibus inteftinorum fi fudor fuperveniat, eafdem fanari a Cl. Baglivo, aliifque adnotatum eft. Sudore nempe non folum acres, atque erodentes humores inteftina in violentas, & non ordinatas contractiones follicitantes, atque eorumdem fubftantiam exulcerantes ad cutim derivari, atque extra corporis confinia educi contingit, fed totius fanguinis crafim mutari. Quid ergo fi arte fudor procuretur? Id enimvero cum in cæteris omnibus, tum in malignis Dyfenteriis præftandum eft, quæ ab acribus, erodentibus, ac maffam fanguinis corrumpentibus particulis ortum traducunt. Opiata porro diaphoreticis mifceri folent, non tantum ut inteftinorum cruciatus, atque irritationes nimiæ fedentur, fed ut toti nervofo generi placida exoptanda tranquillitas concilietur, fanguini vero, & humoribus æquabilis, & ordinatus motus, quod cum ad fecretiones quafcumque, tum etiam fudoris promovendas exiftit opportuniffimum.

XVIII. *Cortex quoque radic. Cafcaril. alexipharmacis mixta.*] Cortex radicis Cafcaril. ex quibufdam Americæ meridionalis regionibus ad nos affertur. Primus omnium de hoc cortice verba fecit J. And. Stifferus Profef. in Academ. Julia, *in actor. laboratorii chymici fpecimine fecundo an.* 1693. *Helmeftadii edito*, ac varias ejufdem facultates recenfuit, quarum potior illa vifa eft, quam habere credebatur febres fugandi; in nundinis enim Brunfuicenfibus idem cortex pro cortice

tice Peruviano Chin. Chin. dicto a Mercatoribus nonnullis vendebatur. Virtutem hancce eidem cortici præ cæteris ineffe in differtatione quadam *in edit. in A. R. S. P.* præclare oftendit Cl. Boulducius. Immo admonet D. Fagonium Archiatrum Ludovici XIV. fe experimentis didiciffe minorem dofim fufficere ad febres fugandas, nec illa temporis diuturnitate opus effe, qua revera opus eft, dum eædem Chin. Chin. pertractantur. Verum decurfu temporis aliæ facultates tributæ eidem fuerunt. Nobilis illa effe videtur, quam ineffe eidem oftendit Jo. Ludovicus Apinus Medicus Herfpruccenfis in hiftorica, quam anno 1697. edidit Norimbergæ relatione febris epidemicæ an. 1694. & 1695. in Noricæ ditionis oppido Herfpruccenfi, & vicino tractu graffari deprehenfæ, quam recepit, ac miris laudibus extulit cit. Boulducius, Dyfenterias fcilicet fanandi, præcipue quæ fymptomata funt febrium acutarum, & malignarum. Aromaticum enim eft fuaviffimo odore præditum, plane fimile odori Mofchi, quod cum fpiritibus erigendis, recreandifque, ac miafmati cuique deleterio, ac maligno expellendo, tum terreftri quo fætum eft elemento roborandi ventriculum, & inteftinorum tonum virtute donatur, hinc dyfenteriæ profligandæ exiftit opportuniffimum. Idque tunc maxime, fi vulgaribus alexipharmacis, cujufmodi effe reputantur Bezoartica, radix tormentil. aliaque id genus mifceatur. Fateor enimvero me in conftitutione epidemica, quæ graffabatur an. 1741. febrium malignarum, quas enormes Dyfenteriæ comitabantur, iftius generis medicamentis nullum efficacius aut pro ægrorum opportunitate valentius deprehendiffe.

XIX. *Dyfenteriam cæteris remediis fruftra adhibitis fola quandoque radice Ipecuacan. &c.*] Vomitoriis medicamentis in Dyfenterico malo plures olim practici ufi funt. Teftes hujufce rei locupletiffimos habemus Hildanum *lib. de Dyfenteria*, Sennertum *in praxi*, Rolfinkium *de ord. & meth. conful.* Etmullerum *colleg. practic.*, atque Riverium *cent.* 3. *ob.* 9., qui refert adolefcentem quemdam ope emetici medicamenti feliciffime a Dyfenteria liberatum fuiffe, aliis prope innumeris fruftra tentatis. Qua de re legi merentur M. N. C. *Dec.* 2. *an.* 2. *obf.* 108. *Dec.* 3. *an.* 3. *obf.* 15. & 51. Occafionem dediffe videtur Hippocrates, qui vomitum in diarrhæis, & dyfenteriis conducere *aph.* 19. *fect.* 6. teftatus eft. In eo enim vomitum etiam arte excitatum comprehendi ftatuerunt. Non autem quibufcumque emeticis utendum traderem, fed fola Ipecuacan. radice, quæ tamquam infallibile remedium in fluxibus dyfentericis, alijfque hæmorrhagiis fanguinis, colliquationibus humorum a Cl. Baglivo prædicatur, id quod confirmat auctoritate Gulielmi Sherard., Jo. Jacob. Mangeti, Gulielmi Pifonis, qui eamdem miris laudibus extulerunt. In Mifcellaneis quoque N. C. *cent.* 1. *obf.* 38. extant exempla dyfentericorum fluxuum, qui Ipecuacan. radice feliciffime curati fuerunt, ut nullus de ejufdem virtute fuperfit dubitandi locus. Et fane pulcherrima ejufdem laus eft non folum peccantes humores per vomitum eijcere, atque ab affecta parte derivare, quod omnium emeticorum eft, fed etiam ftipticas communicare particulas, quibus ventriculi, & inteftinorum tonum labefactatum jam reftitui contingit, & fanguinis, cæterorumque excrementitiorum humorum excretionem cohiberi. In confirmata Dyfenteria, & cæteris remediis cedere nefcia locum habere radicem Ipecuacan. præ incipiente facit potiffimum, quod in hac præfervidus adhuc fanguis eft, ac efferum nimis, atque immite morbi fermentum, ut inflammationes quandoque, & infignes fpafmi fufcitentur. In illa vero materia morbifica jam a fanguine fecreta inteftina occupat, unde facilius foras amandatur, ut perbelle oftendit Cl. Geoffroy *Mat. Med. p.* 2. *de veget. exot. art.* 23.

Obfervationibus porro compertum eft, hanc radicem pluries iterandam effe ad recidivas præcavendas. Hinc falubre practicorum confilium, poftquam in ea dofi

præ-

præſcripſerint, quæ ægrotantem purgare valet, in parciori doſi ſingulis diebus per vices eamdem exhibere, qua inteſtinorum parietes mucagine obducti roborentur, eorumque exulcerationes abſtergantur, exſiccenturque.

XX. *Si chronicus fiat morbus, opportuno tempore ad aquas thermales, præſertim B. M. V. &c.*] Aquas B. M. Virginis in agro Patavino tenuiſſimo ſpiritu, modicoque admodum tum ſulphure, tum ſale, ac pauca terra experimentis Jo. Gratiani (thermar. Patavin. exam.) fœtas eſſe compertum eſt. Eximius hinc uſus in Dyſenteria. Præterquam enim quod moleſtiſſimum ſuccum, qui inteſtina verſus propulſus vaſorum ſanguineorum oſcula reſerando, fibraſque corrumpendo immania ibidem ulcuſcula excitat, terrea portione majorem in modum temperant, laxatiſque fibris qua fieri poteſt tonum reſtituunt, vi præterea ſulphuris, ac ſalis corroſos inteſtinorum parietes abſtergunt, atque exſiccant, unde ſerpentes plagas probe jam dilutas figi contingit, comprimi, atque ocyus obliterari.

Simili fere virtute præditæ ſunt Lucenſes, Calderianæ, atque iſtarum omnium uſu teſtatur Fabricius ab Aquapendente multos juvenes pueros, & ſenes dyſentericos in priſtinum valetudinis ſtatum reſtitutos fuiſſe, cum de eorum ſalute jam fere conclamatum eſſet, atque alia remedia votis minus reſponderint. Hujuſce pariter rei teſtes locupletiſſimos habemus Riverium *cent.* 2. *obſ.* 49. & *obſ.* 64. Meermannum *conſult.* 25. *lib.* 3. M. N. C. *Dec.* 2. *an.* 10. *obſ.* 29. Fallopium *de thermis cap.* 11. ut cum frequentia obſervationum, tum ne conſtantia quidem minime deſideretur.

Nec non ad Lac primum aſininum, mox vaccinum aqua plantaginis coctum &c.] Si lacte aſinino per plures dies ſecundum Hippocratis mentem utamur, priuſquam vaccinum in uſum vocemus, dici vix poteſt, quam apte ægrorum incolumitati conſulamus. Cum enim tenuius ſit Lac aſininum, nec ita facile corrumpatur, cum ad acres effræneſque humorum particulas temperandas, pravorumque fermentorum vim obtundendam, tum ad corroſos inteſtinorum parietes probe eluendos, atque ab ulteriori vellicatione tuendos plurimum valet. Lac porro vaccinum craſſius cum ſit, iiſdem parietibus probe jam dilutis conglutinandis exiſtit opportuniſſimum. Quid ſi aqua plantaginis coctum exhibeatur, quæ planta mitiſſimo nitroſo ſale fœta eſt, ob quem vulnerariam, ac diureticam blandiſſimam facultatem ſortita eſt? Lac cum aqua mixtum dyſenteria laborantibus exhibendi mos fere Veteribus fuit. Ita Hippocrates *lib.* 7. *Epidem.* teſtatur, ſe lacte caprillo cum quinta aquæ parte remixto in dyſenteria uſum fuiſſe. Et Valeſius *com. in lib.* 2. *Epid. p.* 103. Lactis quatuor partes cum aquæ duabus mixtas, immiſſis lapillis ignitis, aut ignito ferro uſque ad conſumptionem tertiæ partis, magni uſus eſſe in Dyſenteria, & omni fluxione, quam ſuccorum mordacitas peperit, pronuntiavit.

XXI. *In quocumque alvi profluvio optima victus ratio inſtituatur, juſcula extremitatum &c.*] Hipp. *l.* 3. de diæta in ſola victus ratione omnem Dyſenteriæ curationem ponit: Cibos omnes detrahit; a ciborum enim repletione illam plerunque fieri exiſtimat. Quod eo ſane dico, ut intelligas ea ſolum alimenta, quæ medicamentoſa dicuntur, eſſe concedenda. Horum in cenſu veniunt glutinoſa, ac mucilaginoſa corpora, quæ cum acrium, atque erodentium particularum vim infringere ramoſa ſua parte valent, tum leniendo partes ab eorum ſpiculis muniunt, & tuentur. Ejuſmodi ſunt extremitates juniorum animalium, præſertim vituli, & ex his paratæ gelatinæ, uti & gelatinæ Cor. Cer. &c. Celebre hinc eſt decoctum illud ex Cor. Cer. & mica panis ad mentem Sydenhami compoſitum, tantopere commendatum ad ſitim extinguendam in dyſenteria.

XXII. *Vinum meracum poſt prandium, vel cænam concedatur.*] Vinum meracum

cum ob oleofas partes, quas continet, mitemque aciditatem, qua acres, vellicantefque humorum particulas obruendo, qua laxatis fibris tonum reftituendo, atque eafdem roborando alvi fluxibus egregie opitulatur. Hujufce remedii præftantiam novit Hippocrates, ipfumque primo dilutum, deinde merum, tamquam fuperpurgationis remedium commendavit. Nec Celfus ipfe ab hoc remedii genere abhorruit, dum motu inhibito vini cyathum, cui contrita radix quinquefolii fit adjecta, jejuno ftomacho forbendum præcepit.

XXIII. *Si caufæ dyfenteriam efficientes ad inteftinum rectum deferantur &c.*] Non poteft adeffe frequens dejiciendi cupiditas, nifi fibræ ani fphincterem conftituentes in celeriores, & non ordinatas contractiones adigantur: in horum enim motu placido, mitique fœcum naturalis expulfio confiftit. Quæcumque igitur celeriores hafce contractiones inducere valent, illa ad frequentem dejiciendi cupiditatem producendam aptiffima exiftere manifeftiffima res eft. Sunt autem potiffimum acres, erodentefque humorum particulæ, quæ vaforum fanguineorum inteftinorum fubftantiam perreptantium ofcula referando, fibrafque corrumpendo dyfenteriam efficiebant ad inteftinum rectum, ad ani fphincterem delatæ, ut præ cæteris oftendit Cl. Thomas Sydenhamus *Med. opufc. pag.* 202. qui tenefmum a dyfenteria differre tantum diuturnitate arbitrabatur, qua inteftina ordine quæque fuo deorfum verfus affici videntur, donec in rectum inteftinum malum omne detrudatur, quem faniores Medici in hac parte fequuti.

XXIV. *Fotus ex lacte, in quo ebullierint flores Sambuc. Verbafc. &c.*] Id ubi contigerit nihil aliud medentibus præftandum effe, quam ut irritatæ fibræ demulceantur, fpafmi fedentur, ulcufcula abftergantur, confolidenturque, perfpicuum eft. Has indicationes abfolvunt fotus ex lacte, in quo ebullierint flores emollientes, nec non Clyfteres ex lacte, mucilaginibus femin. pfyllii &c. fi tamen unum quod maxime ad praxim facit adnotetur, ut fcilicet in parca dofi, & levi manu injiciantur, ne fcilicet latera nimis urgeantur, premanturque, locufque affectus molefte afficiatur, unde morbus exafperetur potius, quam remediorum benignitate mitefcat.

XXV. *Therebinthinæ prunis ardentibus injectæ vapor per anum in fella perforata excipiatur.*] Vaporem therebinthinæ prunis ardentibus injectæ, tamquam fummum remedium commendavit Cl. Baglivus. Sulphureæ enim exhalantes particulæ ex refinofo illo corpore, ubi in affectas partes fefe infinuaverint, noxiam materiem mulcent, ac loco exturbant, acres vellicantefque particulas exhauriunt, filamenta deinde fibrarum ani fphincterem conftituentium firmant, & ad affueta munia apta reddunt.

C A P U T IV.

De ventriculi, & inteftinorum inflammatione.

I. UTi cæteræ partes, ac vifcera, fic ventriculus, & inteftina non raro inflammatione corripiuntur.

II. Febres ardentes, acutæ, malignæ præfertim, quæ a depravatis primarum viarum fuccis exoriuntur, cholericæ, dyfentericæ, ingefta quæcumque acria, fcindentia, venena cauftica, purgantia, emetica maxime refinofa iis, qui calido funt temperamento, potus aquæ nive perfrigeratæ æftu-

æſtuante corpore, fumi metallorum, præcipue plumbi, morbo plerunque occaſionem præbent.

III. Signa diagnoſtica inflammationis ventriculi ſunt tumor in præcordiis apparens ſub coſtis ſpuriis, dolor immanis cum ſenſu ardoris, qui in dorſum uſque protenditur, anxietas, inquietudo moleſtiſſima, difficilis reſpiratio, pulſus frequens, contractuſque, alvi occluſio, vomendi conatus, febris acutiſſima cum inſigni calore, & æſtu totius corporis, interdum algida, in qua interiora uruntur, exteriora algent, ſitis vero inexplebilis urget.

IV. Eadem fere inflammatis inteſtinis contingunt, ſi tumoris ſedem excipias, qui tumor non raro coli, illei, inteſtini recti regionem occupans doloris colici, illiaci, a flatibus, ut ajunt, provenientis, aut hæmorrhoidum, quæ cæcæ dicuntur ſpecie minus cautis imponit.

V. Ubi dolor improviſo ceſſet, reliquis omnibus ſymptomatibus continuo urgentibus, brevi hominem moriturum pronuntiato.

VI. Si inflammationi recti inteſtini ultima infeſtanti pro hæmorrhoidibus cæcis falſo habitæ dyſenteria blanda ſubcruenta, bilioſa ſuperveniat, bonum.

VII. Niſi inflammatio reſolvatur brevi, dolor autem, qui ardens erat, & acutus, obtuſus, & cum gravitate fiat, febris remittat, abſceſſum, qui diſruptus vel vomitum, vel dyſenteriam purulentam progignit, vel in aſcitidem degenerat, factum eſſe pro certo habendum.

VIII. Simul ac adeſſe ventriculi, aut inteſtinorum inflammationem noveris, ſtatim vena ſecanda, bis, terque, & ultra, ſi vires firmæ, ac validæ ſint.

IX. Clyſteres ex decoct. hord., aut cancror. fluviatilium ℥ vi. nitr. puriſ. ʒ i. ſyrup. violar. aut portulac. ℥ i. ad tertiam, quartam, & ultra vicem injiciendi.

X. Extrinſecus abdomini fomenta ex floribus verbaſc. malvar. violar. camomil. lacte decoctis, vel omenta animalium juniorum recenter mactatorum, vel inteſtina eorumdem calida applicanda.

XI. Alterans quotide ex ſero lact. deſtil. cum cichor. ℥ vi. nitr. puriſ. ℈ i. ſyrup. de ſuc. Acetoſ. ribi. vel rub. idæ. ℥ i. matutinis horis exhibendum. Veſpertinis vero emulſiones ex quat. ſemin. frigid. in aq. hord. ſimpl. lactuc. portulac. ſpermatis ranar. cum nitr. puriſ. ℈ i. ſyrup. violar. ℥ i.

XII. A ſaturninis medicamentis, ſi quid ſentio, abſtinendum traderem. Ita & ab opiatis.

XIII. Ad ſtatum accedente morbo, ſi vomitus gravior, vel irritus vomendi conatus ſuperveniat, ſola eluentia, aqua ſcilicet ſimplex, vel deſtillata cum cichor. endiv. nymph. malv. parietar. calida aſſumenda.

XIV. Tenuiſſimus ſit victus ex ſolis juſculis extremitatum pedum vituli, gelatin. earumdem, nec non decoct. aven. hord. & ſimilibus.

XV. Ulcus poſt abſceſſum factum ſero lactis deſtillato cum plantis vul-

nerariis, opportuno tempore aquis thermalibus, tandem laŧe pertractandum.

XVI. Si craſſa inteſtina ſint affecta, Clyſteres ex lactis kalybeati ℥ viii. therebint. venet. vitel. ovor. ſolut. ℥ .s. Mel. roſat. ℥ i. apprime conveniunt.

C A P U T IV.

De ventriculi, & inteſtinorum inflammatione.

I. UTi *cæteræ partes, ac viſcera, ſic ventriculus, & inteſtina inflammatione &c.*] Num ventriculi, & inteſtinorum inflammatio frequens ſit morbus dubitant nonnulli. Si Veterum, & Recentiorum fere omnium monumenta conſulamus, Hippocratis præſertim, Cælii Aureliani, aliorumque, nullibi hujuſce inflammationis meminiſſe affirmant. In eamdem ſuſpicionem veniunt, ubi Galenum, Celſum, Trallianum, Sennertum, Etmullerum perlegerint, quorum alii ejuſdem inflammationis vix ullam mentionem faciunt, alii vero rariſſimum morbum eſſe tradiderunt. Moderni vero, quos inter Boerhaavius, & Hoffmannus eminent, diligentiſſime morbum hunc deſcripſerunt, & variis obſervationibus, atque experimentis illuſtrarunt. Vereor tamen, ut multa in obſcuritate verſentur illi, qui Hippocrati, & Cælio Aureliano inflammationem hanc innotuiſſe negant. Ecquid enim putas eſſe illos oris ventriculi, & præcordiorum dolores, de quibus divinus ſenex loquutus eſt *in coac. prænot. ſec.* 2. & *lib.* 1. *Epid.* ecquid ventriculi illa pathemata, quæ ſub nomine cardiacæ paſſionis inſigne methodicorum decus Aurelianus comprehendit, (*lib.* 2. *de morb. cap.* 2.) quam quinta, vel ſexta die febribus ardentibus continuis, & inflammatoriis ſupervenientem ab affecto ore ventris repetendam eſſe exiſtimat, ecquid inquam, quam oris ventriculi phlogoſim, aut inflammationem? Ne Baglivus quidem diligens obſervator, homo ingenioſus apertiſſime morbum hunc deſcripſit. Novit tamen tumores dolorificos inflammatorios hypochondriorum, novit ventris intumeſcentiam in acutis, ac proinde tantam eſſe neceſſitatem hypochondria tractandi in acutis judicavit, ut nemo bene curare, bene præſagire poſſit, qui eorumdem ſtatum ignoraverit. Quibus facile adducor ad credendum inflammationem ventriculi, & inteſtinorum raram quidem affectionem eſſe, quæ per ſe, & primario homines invadat, frequentiſſime vero acutis morbis ſupervenire. Quidni etiam conjectare liceat, ut cæteri ſolent, gradu differre inter ſe ejuſcemodi morbos, qui propterea Medentibus minus cautis alterius morbi ſpecie non ſemel imponant?

II. *Febres ardentes, acutæ, malignæ præſertim &c.*] De cauſa proxima, deque remotis inflammationis vix ulla erant dicenda, cum ex dictis *lib.* 1. *cap.* 5. *com. in aph.* 5. & *lib.* 2. *cap.* 4. *com. in aph.* 2. & 3. clare innoteſcant. De antecedentibus tantum, atque externis agere conſultum viſum fuit, a quibus ſpeciatim ortum traducunt. Atque ut a febribus exordiamur acutis, vel ab humore calido, & ſicco, bile videlicet vel excedente (ut Hippocrates ſentit) vel putreſcente in vaſis majoribus viſcerum naturalium, (ut Galenus, & Avicenna affirmarunt) exoriantur, vel a ſale volatili acri, & oleoſo, ut Etmullerus, vel acredine ſanguinis cum nimia tenuitate, & ſolutione ejuſdem conjuncta, ut Moderni tradiderunt, (quæ lites potius de nomine ſunt, quam de re) illud certum eſt, cor, & arterias in crebriores, vehementioreſque contractiones agi, univerſum nervorum genus mire percelli, ſanguinem atteri, fundi, acremque

 fieri

fieri ea ratione, qua extremitates capillarium vaſorum convellantur, ſicque liber ſanguinis excurſus præpediatur, unde inflammatio. Idem plane dictum velim de febribus malignis, licet non adeo manifeſta res ſit. Sunt enim, quæ cum miti calore, pulſu a naturali parum recedente incipiunt. Mirari autem plerunque ſubit horrenda ſymptomata derepente ægrum invadere, convulſiones præſertim, quibus fit, ut capillaria vaſa anguſtiora reddantur, quam ſanguini libere trajiciendo ſufficiant, unde inflammationes facile ſubſequuntur. Quid ſi gaſtricæ a Ballonio dictæ ſint febres malignæ, quæque a ſuccorum diſſolutioni ciborum inſervientium putredine, ac corruptione enaſcuntur? Ventriculi, & inteſtinorum inflammationem ſubſequi debere manifeſtius quidem eſt, quam ut ullis rationibus poſſit comprobari.

Cholericæ, *Dyſentericæ*.] Cholera, & Dyſenteria, ut ſupra oſtendimus, frequentiſſime enaſcuntur, quod copioſa illa vaſcula, quæ ad univerſalem humorum expurgationem inteſtinis ſunt conceſſa, copioſiſſimos ichores in eorumdem cavitatem effundant, qui acrimonia ſua quandoque periſtalticum ſolum motum ſollicitare habent, quandoque ipſam ipſorum inteſtinorum ſubſtantiam abradere, continuum ſolvere, ſanguineæ maſſæ excretionem promovere. Quis autem non videt, quam facile in tanta perturbatione vaſculorum inteſtina perreptantium diameter plus æquo anguſta reddatur, unde ſanguis ſubſiſtat, atque inflammatio excitetur?

Ingeſta quæcumque acria, ſcindentia, venena cauſtica, purgantia &c.] Non alia de cauſa acria, ſcindentia, cujuſmodi ſunt aciculæ, vitrea fruſtula, (de quibus Hildanus *cent.* 1. *obſ.* 34. & *obſ.* 2. *cent.* 5. nec non M. N. C. *Dec.* 1. *An.* 3. *obſ.* 86.) emetica, purgantia acriora inflammationem inteſtinorum progignunt, quam nerveas eorumdem fibras ſtimulando, vaſa ſanguifera convellendo, conſtringendo, aut alia ratione afficiendo, qua liber ſanguinis excurſus præpediatur. Non ſolum ſi internæ membranoſæ partes, ac ſenſu exquiſitiſſimo pollentes aciculis, fruſtulis pungentibus lædantur, graviſſimi, ac lethales excitantur morbi, ſed etiam ſi externæ. Ita Amatus Luſitanus *cent.* 1. *hiſt.* 38. dolorem, & febrem ex ſola acus punctura in digito notavit. Ex punctura tendinis in pollice quemdam ſeptimo die mortuum eſſe refert Cheſneau *lib.* 1. Ex unguibus incaute reſectis lethalem convulſionem Rhodius: ut mittam gravia illa ſymptomata; quæ excitantur, ubi nervus in manu circa baſilicam, vel tendo ſub cephalica in venæ ſectione adminiſtranda ab imperitis Chirurgis phlebotomo læditur. De quibus vid. Paræus *in oper. lib.* 9. *cap.* 38., & Fonſeca *lib.* 1. *conſul.* 74., & Hildanus *cent.* 4. *obſ.* 20. Si de purgantibus ſermo ſit, maxime reſinoſis, quæ inteſtinorum parietibus firmiter adhærent, & diutiſſime in actione perſiſtunt, ſalubre quidem eſt practicorum conſilium tartareis, ac lixivioſis ea corrigere, fluiditatem conciliando, ſolvendoque; ſi tamen iis præſcribantur, qui fibrarum elatere, & humorum fervore nimio, tenuitateque donantur, ſpaſmos graviſſimos excitant, atque enormes ventriculi, & inteſtinorum ſubverſiones, quæ inflammationi occaſionem præbent. Haud ignoro Boerhaavium in quamplurimis morbis purgantibus, atque emeticis uti validiſſimis, quorum nos meminiſſe ſolum horremus. Quem autem non moveat Boerhaavius ille, qui & tanto ingenio ſit tantaque doctrina, & eruditione, ut novum medicinæ lumen a litteratiſſimis hominibus appelletur? At vero ſedulo perpendas velim ubinam medicinam fecerit: In ea nimirum Hollandiæ parte, quæ auſtralis eſt, Bataviam intelligo, cujus incolæ debiliori fibrarum textura, laxiorique habitu donantur. Nullus tamen dubito, quin Italis eadem minus commendaſſet. Quam apte Celſus! *Aliud medicamentum Romæ, aliud in Græcia adhibendum.* Quo loco fateor me juſtis laudibus ornare non valere vetuſtiſſimos medicos præſertim methodi-

thodicæ fectæ deditos, quos inter eminet Afclepiades, qui folis lenientibus contenti purgantia, & emetica altiori voce damnarunt, atque ejicere prorfus conati funt. Plato quoque in Timæo jure optimo admonuit corpora violentis medicamentis non temere effe movenda. Purgantia quæcumque tandem fint ftomachum lædunt, malique fucci funt, ut adnotavit Celfus *lib.* 5. Hinc eft, & Hippocratem Demetrio amico, & familiari fuo helleborum, & fimilia exhibere noluiffe, & Cratonem *conf.* 5. *lib.* 5. falubre monitum reliquiffe vehementia pharmaca aliquid de viribus, & fubftantia corporum auferre, hinc fortioribus rufticis, non vero tenerioribus effe exhibenda.

Potus aquæ nive perfrigeratæ æftuante corpore.] Inter nervofas partes, quibus frigus fecundum Hippocratem *fect.* 5. *aph.* 17. & 18. & Celfum *lib.* 10. *cap.* 10. inimicum eft, eminent ventriculus, & inteftina. Hinc hauftus aquæ nive perfrigeratæ vafa fanguifera plus æquo conftringendo, libera fanguinis circulatione præpedita, inflammationes, aliofque graviffimos morbos earumdem partium excitat. Ita Aetius *Tetri.* 3. *ferm.* aqua frigida ab æftuante corpore ingurgitata ortam illiacam paffionem memorat. Puellam quamdam poft emulfionem gelidiffimam in eumdem morbum incidiffe teftantur *M. N. C. an.* 7. *obf.* 73. Cardialgiam notavit Rhodius *cent.* 2. *obf.* 71. Dyfenteriam cum torminibus, quæ in mortem degeneravit, in puellis glaciem deglutientibus obortam teftatur Borellus *cent.* 3. *obf.* 2. Alias hiftorias vid. in Marcello Donato de *Med. hift. mirab. l.* 4. *cap.* 6. in Cafp. Calder. de Heredia tract. *de potion. varietate*, Baccio *de termis lib.* 2. *cap.* 2. Hildano *cent.* 3. *obf.* 48. nec non *cent.* 5. *obf.* 29. Schenkio *lib.* 2. *obf.* Benivenio *de abdit. ac mirandis morborum caufis*, Forefto *lib.* 1. *obf.* 13. Ludovico Mercato *lib.* 1. *de recto præfidiorum ufu*. Ex quibus conftat peffime fuæ fanitati confulere, qui fub ardentiffimo Sole incalefcentes, ac fudantes gelidiffimas, ac nive perfrigeratas potiones in deliciis habent, Senatores illos imitantes, quos, quia in aqua frigida immergi folebant, eleganter irridet Plinius *proœm. lib.* 29. dum ait: *Vidimus confulares fenes ob oftentationem rigentes*. Quem turpiffimum morem fuis quoque temporibus vigentem altiori voce damnavit, & e medio tollere quantum illi fas fuit conatus eft, dum inquit: *Hi nives, illi glaciem potant, pænafque montium in voluptatem gulæ vertunt: fervatur algor æftibus, excogitaturque, ut alienis menfibus nix algeat.*

Fumi metallorum, præcipue plumbi, morbo &c.] Non alia de caufa fumi metallorum inflammationi ventriculi, & inteftinorum occafionem præbent, quam fpafmum infignem in nerveas inteftinorum fibras inducendo, vaforumque fanguineorum extremitates conftringendo, convellendo, aut alia fimili ratione afficiendo, qua opus eft ad liberum fanguinis excurfum præpediendum. Quod ubi de multis manifeftum putat Ramazzinus, de fumo Plumbi, feu Saturni manifeftiffimum effe contendit Frid. Hoffmannus (differt. *de metallurg. morbifera* 5. 22. & 24.) Cum enim plumbum maximam partem de Mercurio participare certis ftatutum fit experimentis, hinc eft vehementiffimo ignis motu facile in minimas refolvi particulas, quæ tamen ponderofiores cum fint, ad inferiora defcendere coguntur fpeciem flavefcentis cujufdam fumi fapore fubdulci efformantes, qui cum faliva deglutitus, ad ventriculum, & inteftina delatus, ratione fuæ gravitatis, & tenuitatis Mercurialis, qua parietibus eorumdem tenaciter adhærendo, qua anguftiffimos meatus, & poros penetrando, acriter pungit, roditque exquifitiffimi fenfus fibras, quæ in violentum fpafmum, ac convulfionem adactæ liberum fanguinis excurfum prohibent, unde inflammationes, aliique graviffimi morbi præfto funt.

III. *Signa diagnoftica &c. funt tumor in præcordiis apparens fub coftis fpuriis &c.*] Tumor, qui in inflammatione ventriculi fub coftis fpuriis apparet, pendet po-

potiſſimum a ſpaſmo nervearum fibrillarum liberum aeris per totum ventriculi, & inteſtinorum canalem excurſum prohibente: conſtrictis enim ventriculi orificiis coercetur ibi, & carcere veluti occluditur aer, qui propterea ſeſe dilatans, ac rarefaciens, eumdem majorem in modum diſtendit, unde tumor.

Si aliter res haberet, intelligi vix, ac ne vix quidem poſſet, qui tantus tumor exoriretur. Vaſa ad ventriculum pertinentia ſanguifera copioſiſſima quidem ſunt, at tenuiſſima. Ecquis igitur putet a ſanguine ibidem hærente ita diſtendi poſſe, ut ſine aeris interventu, tumorem illum inſignem conſtituant? Quid quod in diſſectis cadaveribus eorum, qui tali morbo evaſerunt, nihil præter rubicunda, aut liveſcentia vaſcula parum turgeſcentia obſervari contigit?

Dolor immanis cum ſenſu ardoris &c.] Cum pars inflammatione detenta tota quanta eſt membranoſa ſit, tenuiſſimis nerveis filamentis conflata, liquet cur a ſanguine ibidem hærente dolor adeo vehemens exoriatur, ut non ſolum manus prementis, ſed ne linteorum quidem pondus ſuſtinere poſſint ægrotantes. Per mirabilem nervorum conſenſum omnibus fere corporis partibus, præſertim vero diaphragmate, pulmonibus, corde in laboris, atque ægritudinis partem vocatis, anxietas illa, qua loco ſtare neſciunt ægri, inquietudo, & difficilis reſpiratio, pulſus frequens, aliaque ejuſmodi ſymptomata excitantur.

Febris acutiſſima cum inſigni calore, & æſtu corporis, interdum algida, in qua &c.] Non poteſt ſanguis in aliqua parte diu ſubſiſtere, quin componentes ejus partes ſenſim a ſe mutuo ſolvantur, ut alibi oſtendimus, atque ſecedant, ſubtiliores avolent, craſſiores vero remaneant, paulatimque corrumpantur. Quæ cum fiunt acres, ſulphureæ, volatiles particulæ exaltatæ in univerſam ſanguinis maſſam diffuſæ ejus agitationem, furoremque inducunt, unde febris cum calore, atque æſtu invadens. Quid ſi nervearum ventriculi, & inteſtinorum partium ſpaſmus adeo vehemens ſit, ut extremis corporis partibus communicatus minimorum capillarium vaſorum diametrum anguſtiorem efficiat, quam ſanguini excipiendo, tranſmittendoque libera circulatione in majora vaſcula, & truncum ſufficiant? Id ubi contigerit oritur illa febris, quæ λειπορία græcis audit, latinis algida, in qua videlicet interiora uruntur, cum externæ partes ſummopere frigeſcant. Febrem hanc agnoverunt Hippocrates, & Avicenna, ut mittam Recentiores quamplurimos, qui eamdem ſe obſervaſſe teſtati ſunt. Quo loco ſilentio præterire non poſſum Cl. Pitcarnium eo in loco, in quo affirmat nullam dari febrem algidam, primo intuitu ſummam in me admirationem commoviſſe, (Vid. elem. ph. mat. de feb. ſect. 23.) quæ tamen ceſſavit omnis, ſimul ac eumdem probe ſum aſſequutus. Novi enim hominem novo de febribus ſyſtemati conſtruendo intentum ingenioſe animadvertiſſe, quæ plurimum eidem officere potuiſſent. Officere autem poſſe vidit obſervationes eorum, qui febres Algidas adnotarunt, quas minime explicare poterat per velocitatem circulationis ſanguinis per æqualia temporis intervalla æqualiter auctam, quam proximam febris cauſam prætendit. Eaſdem igitur dari inficiavit. Cum autem inficiaret, quod obſervationibus cum multis, ac frequentibus, tum certis, ac conſtantibus ſolertiſſimorum virorum compertum eſt, veritus eſt, ne multis minus probaretur, ac commendaretur. Affirmare igitur poſtea non dubitavit, dari fortaſſe ejuſcemodi febres Algidas, cauſam tamen eſſe auctum ſanguinis motum, vel morbos illos, qui febribus ſolent adjungi. Vult porro morbos febribus adjunctos vel vitium ſanguinis eſſe, craſſitiem ſcilicet, viſciditatem, & lentorem, vel ſolidarum partium vulnus, ulcus, abſceſſum. Parum refert utrum hoc vel illud adhibeas ad phænomeni alicujus explicationem, dummodo certis confirmata obſervationibus minime negentur. Sed hac de re plura fortaſſe alibi.

IV. *Eadem fere inflammatis inteſtinis contingunt, ſi doloris ſedem excipias &c.*]

Non

Non in eodem loco tumorem apparere, fi inteftina inflammatione corripiantur, facit potiffimum diverfus inteftinorum fitus. A pyloro enim incipiunt, & ad anum ufque protruduntur complicata mire, ac circumvoluta, ita quidem, ut tenuja, Duodenum fcilicet, Jejunum, Illeum in medio collocata, craffa vero Cæcum Colon, & Rectum his circuminjecta deprehendantur. Quotiefcumque igitur inflammatio has partes apprehenderit, dolorem exoriri perfpicuum eft, pro loci affecti varietate, varium. Mirum autem quam facile minus cauti Medentes in fraudem inducantur de dolore colico, aut illiaco, aut hæmorrhoidibus pronuntiantes, & quod magis eft, flatus, frigus, ventum accufantes, unde calidis eumdem tractant carminantibus eventu funeftiffimo (*V. Boerh. aph. de cog. & cur. morb.*)

V. *Ubi dolor improvifo ceffet, reliquis omnibus fymptomatibus continuo urgentibus &c.*] Facillime inteftinorum inflammatio in Sphacelum definit. Cum enim eorum ftructura membranacea fit, in eos fpafmos facile aguntur, quibus fanguis intra vafa congeftus, ac refluere nefcius in putredinem abit, qua Sphaceli natura continetur. Qua de re legi poffunt obfervationes apud Foreftum *lib. 6. obf.* 13. Diemerbrocium, Helmontium, Bartholinum, Blancardum, & Fridericum Hoffmannum differt. *de inflammatione ventriculi, & inteftinorum.* Dum autem fphacelus invadit, fine dolore invadere Fernelius *lib.* 2. *de abd. rer. caufis cap.* 15. & Hildanus *lib. de gangræn. & fphacelo* teftati funt. Quod non fine admiratione accipi folet ab iis, qui cum ægrum de dolore amplius non conquerentem invifant, in eam fpem facile adducuntur, ut credant, in priftinum valetudinis ftatum facile rediturum, cum minus quatuor horis delirio, fingultu, fudore frigido fuperveniente moriantur, ut ipfe bis deprehendiffe teftor.

VI. *Si inflammationi recti inteftini ultima infeftanti pro hæmorrhoidibus &c.*] Oriuntur hæmorrhoides vel a fanguinis copia vaforum hæmorrhoidalium latera nimis diftendente, vel a fanguinis craffitie, vifciditate, & lentore, quo fit ut tarde admodum propter peculiarem imi ventris circulationem fanguis moveatur, eadem obftruente. Utrumque autem, aut alterutrum contingat, nifi vafa fanguine turgida, & diftenta, aut obftructa aperiantur, dolorem quandoque infignem progignere folent. Cum vero nullus tumor exploranti anum digito, aut inteftini recti ultima appareat, cæcæ hæmorrhoides dici confueverunt. Quam facile in fraudem inducuntur plerique medentium inflammationem recti inteftini pro hæmorrhoidibus cæcis habentes. Cæterum quod cæcis hæmorrhoidibus evenire haud raro obfervatur, ut fcilicet difruptis vafculis, in quibus ftagnat fanguis fluere incipiat, idem plane contingere in inflammatione ultima recti inteftini infeftante teftatur Boerhaavius, cum inflammationem recti inteftini dyfenteria blanda, fubcruenta folvi haud dubie affirmavit.

VII. *Nifi inflammatio refolvatur brevi, dolor autem, qui ardens erat, &c.*] Inteftinorum, & ventriculi inflammatio acutiffimus morbus eft, ut hominem quandoque viginti quatuor horarum fpatio, ut fummum tertio, vel quarto die de medio tollat. Si acutiei fines præterlabatur, nec in mortem terminetur, nihil præter tumoris fuppurationem expectandum eft: qui fi difrumpatur, atque in ventriculi cavum pus effundatur, cum moleftiæ fit nerveis ftomachi fibris, vomitum purulentæ materiæ excitat, vel fi in cavum inteftinorum, dyfenteriam purulentam. Quod fi pus in cavum abdominis effundatur fermenti ad inftar bonos, laudabilefque fuccos in novum pus convertit, vifcera ibi inclufa corrumpit, exedit, donec Abdomen in tumorem elevetur infignem, unde Afcites, ut Boerhaavius cit. loc. teftatus eft.

VIII. *Simul ac &c. ftatim vena fecanda*] Principem in curatione hujufce morbi obtinere locum venæ fectionem plerique fentiunt. Non defunt tamen,

qui

qui venæ fectionem fummi difcriminis plenum effe remedium affirmant, verentes, ne ex folutis viribus, quæ cæteroquin in hoc morbo debiles funt, ac languidæ, fphacelus superveniat. Qui neutrum teneat litem omnem dirimat commodiffime. Diftinguenda nempe funt morbi tempora. Inter initia, & quam citiffime inftituendam effe venæ fectionem facit potiffimum ea ratio, quia vires adhuc firmæ funt, & robuftæ, vel fi debiles, per fuffocationem debiles funt, non vero per refolutionem. Hinc depletis fanguine vafis, cum minus refiftentiæ offendant ad fefe contrahendum, in priftinum fui elaterii ftatum reftitui contingit, quod craffum, ac vifcidum eft attenuari, quod hærens, impactumque dimoveri, excuti, ac circulo reddi. Contrarium omnino fuccedit, fi facta jam fit congeftio fanguinis extra vafa propria, id quod morbi decurfu plerunque contingit, ac vires fint refolutæ. Præterquam enim quod venæ fectio inutilis eft, vires præterea fic infirmari poffunt, ut morbo ferendo pares non fint, hinc fphaceli periculum.

IX. *Clyfteres ex decoct. hord. aut cancror. fluviatil. &c.*] Ne purgantia in hoc morbo conveniant facit potiffimum ea ratio, quod quantumvis leniffima ea fint, ftimulando operantur. Stimulando porro efficiunt, ut materia, quæ vel in ipfis eft inteftinis, vel in eorum fiftulis, & folliculis ad exitum paratior continetur, motu periftaltico ad crebriores corrugationes follicitato, per inferiora evacuetur. Tantum igitur abeft, ut fanguinem in ventriculi, aut inteftinorum vafis hærentem difcutere valeant, atque inflammationem tollere, ut fpafmos excitando eamdem potius augeant, aut confirment. Caffiam leniffimum purgans effe omnibus perfuafum eft; immo ad humorum, ac præfertim urinæ acrimoniam temperandam opportuniffimum. Uti autem purgans eft, ftomacho, atque inteftinis infefta eft. Flatus copiofiffimos gignit, hyftericis, atque hypochondriacis tantopere nocet, & in nonnullis quandoque, quod mirum dictu, hypercatharfim progignit. Cum enim tarde admodum operetur, eo quod falinæ, acrefque ejufdem particulæ craffioribus obvolutæ funt, difficillime folvuntur, atque a reliquarum nexu fecedunt: hinc adjuvante calore loci, atque adjacentium vifcerum, effervefcentiam, atque fermentationem facile concipit, unde acres, ftimulantefque halitus fufcitantur, qui moleftiæ cum fint nerveis fibrillis, fpafmos infignes in eafdem inducunt, quibus aeris particulæ, atque ipfi infefti halitus coerciti dolores, ac tormina moleftiffima procreant. Si ftomachus pravis, vitiofifque fuccis onuftus fit, quibufcum corrumpatur, & in fermenti naturam affurgat, quod cæteros bonos, laudabilefque velut venenato quodam miafmate inficiat, hypercatharfi producendæ opportuniffima exiftit. Quo loco valde miror Ludovicum Septalium (*caut. medic.* 82. 83.) Caffiæ ufum in inflammatorio inteftinorum dolore commendaffe ob id potiffimum, quod „ *miti illo, blando, & humido calore fæpe inflammationem fedet, dolorem leniat, & fuppurationem tumoris adjuvet*, cum paulo ante aperte docuerit, cavendum effe ab omni *quantumvis levi medicamento fubducente, ne attractis ad partem inflammatam ab illæfis partibus calidis inflammatio augeatur*, aut &c. Quid quod ne oleofa quidem, quæ ad cæteras inflammationes tantopere opportuna funt, hic locum habeant? Ramofæ enim illorum partes calore loci facile affantur, comburunturque, atque empireumaticam acrimoniam nancifcuntur, quæ irritare vehementer, & fpafmos infignes excitare valet. Saltem verendum eft, ne cum inteftina membranacea ftructura donentur, eorumdem tonum fic labefactare valeant, ut hærenti materiæ difcutiendæ inepta evadant. Cum vero ejufcemodi partibus bona, ac laudabilis fuppuratio raro contingat, nihil præter gangrænam, & fphacelum expectandum eft.

Tutiffimi porro funt Clyfteres ex decoct. hord. parati, vel cancrorum fluviatilium cum nitro ad blandiffime attenuandum, & fimul nimium fervorem, motum-

tumque humorum compefcendum aptiffimi. Illud autem in horum ufu cavendum eft, ut in parca quantitate, & fæpius in die injiciantur, ne attactu ipfo fuo, & copia moleftiæ fint nerveis eorumdem fibrillis, quæ propterea irritatæ in vehementiores fpafmos agantur, quibus morbus augeatur, aut confirmetur.

X. *Extrinfecus abdomini fomenta ex floribus verbafc. &c.*] Innumera fere, quæ paffim a practicis extrinfecus applicanda proponuntur, fedulo pro ingenii modulo ad examen revocans nulla deprehendere potui, quæ tuto adhiberi poffe mihi viderentur. Aqua perquam gelida abdomini applicanda poft Neapolitanos hodie maxime ceu præftantiffimum remedium vago Medicorum rumore circumfertur. Verum præterquamquod actuali, ut ajunt, frigore materia perfpirabilis intus cohibetur, quæ fanguinem ad fluendum minus idoneum reddit, illud præterea accedit nerveas fibrillas magis, magifque convelli, atque minimorum vafculorum diametrum ita anguftari, ut fanguini trajiciendo inepta evadant. Frigida enim, ut ait Cœlius Aurelianus, adftrictivæ funt virtutis. Tantum igitur abeft, ut iftius generis medicamentis impactus, hærenfque fanguis dimoveatur, excutiaturque, ut hærere magis, ac fubfiftere cogatur. Neque Epithemata ex rebus fpirituofioribus parata, cujufmodi funt camphora, fpiritus ardentes, effentiæ plantarum, quæ fale volatili acri conftant, arridere unquam potuerunt. Summa enimvero fateor tenuitate donari minimis permeandis fibrarum poris, & anguftiffimis vafculis, ac receffibus quibufcumque abditiffimis penetrandis aptiffima, quid tamen utilitatis afferre poffint ventriculi, aut inteftinorum inflammationi, in qua omnia adftricta, omnia convulfa, adhuc non novi. Nihil porro unquam curæ mihi, cordique fit, quam ut fibras in hoc morbo nimium conftrictas molles reddam, ac relaxem, quod nulla meliori ratione præftare poffe exiftimavi, quam fomenta ex floribus emollientibus tepida applicando, nec non omenta, & vifcera Animalium recenter mactatorum, quorum blandus tepor dici vix poteft, quam fit opportunus crifpatis inteftinorum fibris clementer emolliendis, relaxandifque, debitum hærenti fanguini fluorem conciliando, ejufque liberum per vafa inteftinorum excurfum promovendo.

XI. *Alterans quotidie ex fero lactis deftil. cum cichor.* ℥ vi. *nitri purif. &c.*] Quæ demulcendo, ac blande fedando, quæ blandiffime attenuando, & fimul refrigerando operantur in fonte pharmaceutico effe in ufum vocanda manifefta res eft. Inter quæ eminet Serum lactis deftillatum cum cicor. &c. nitrum, & fimilia. Per deftillationem enim ferum fpoliatur terreis particulis, ac magis fœculentis, ac purior ejufdem, & defæcatior pars oleofis, lævibus, politifque particulis, nec non nitrofo, aut armoniacali fali, qui in cichorea, aliifque plantis ejufce generis ineffe reputatur, unita elicitur, quibus folidæ partes obliniuntur, ab ulteriori vellicatione præcaventur, fluida vero nimis tenuja, atque acria leniter incraffantur, obruunturque, fimulque nimius eorumdem fervor, motufque compefcitur. Si de nitro fermo fit, obfervationibus accuratiorum practicorum compertum eft, in febrium ardoribus, in inflammationibus datum ftatim refrigerationis fenfum per univerfum corpus diffundere: adeo fanguinis motum compefcendo, fervoremque temperando operatur. Fateor ex hoc remedii genere in conftitutione quadam Epidemica febrium malignarum, quæ ventriculi, atque inteftinorum inflammatoria pathemata conjuncta habebant, mira vidiffe. Nonne Cl. Etmullerus Lindani filiam pylori inflammatione laborantem folo nitro in decocto hordei fæpius propinato fanatam a Patre fuiffe teftatur?

Vefpertinis vero emulfiones ex quatuor feminibus frigidis in aq. hord. &c.] Ratione falis cujufdam nitrofi, aut faltem ratione falis cujufdam armoniacalis, qui nitrum inchoatum dici poteft, agere plantas quafdam refrigerantes dictas, cujufmodi funt lactuca, portulac. & fimiles, alibi oftendimus; hinc aquæ ex iifdem eli-

elicitæ ad nimium fervorem, motumque humorum compefcendum opportuniffimæ exiftunt. Idque eo magis evenire cenfendum eft, fi emulfiones in iifdem parentur ex feminibus quatuor frigidis. Blandum enim continent oleum hæc femina farinæ cuidam miti, ac lævigatæ unitum, ob quam faciIlime in aqua folvi patitur: folutum autem cum fit, affationi, ac combuftioni plurimum refiftit. Dici autem vix poteft, quam apte acres, ferventefque humores temperentur, fibræ fpafmo conftrictæ relaxentur, fiti, dolori, aliifque fymptomatibus occurratur.

XII. *A Saturninis medicamentis, fiquid fentio, abftinendum &c.*] Præclaras utilitates hactenus recenfitas afferri a mitificante, ut ajunt, quodam medicamento Saccharo Saturni dicto paffim tradunt Scriptores magni, & docti. Paratur idem ex plumbo, quod cum molli textura præditum fit, acidum, ut plerique cum Etmullero volunt, a quo inflammationes & rubores oriuntur, vel fumme tenues, volatiles, ac fulphureas particulas, quæ folidis partibus nimium calorem, ruboremque conciliant, ut alii exiftimant, abforbet, ficque inflammationem compefcit. Hæc fere Recentiores Medici, quorum perbella explicatione quid, amabo te, effe poteft illuftrius? An qualitates illas Veterum Medicorum, quas ineffe medicamentis reputabant, & a quibus vires fuas fortiri exiftimabant, adhibeas? An frigoris efficacia vires fuas exercere, atque inflammationem refrigerare Saturnum putes? At Dii te male perdant, fi Ariftoteleis principiis jamdudum e Scholis ejectis, id adhuc in tanta philofophiæ mechanicæ claritate, ac fplendore imagineris. Non infunt nimirum in medicamentis facultates iftæ formaliter, ut ajunt, fed folum materialiter, & effective, ideft remedia ipfa in fe non habent calorem, aut frigus, fed folum materialem ftructuram, cujus applicatione ad partes noftri corporis calor fequatur, aut frigus, ut exemplo Saturni demonftratum eft. Utinam quam apte Saturninorum operandi modum explicant Recentiores Medici, tam raro eadem ægrotantibus propinarent. Nihil enim iftius generis medicamentis pernicioflus. Novit peffimas, atque exitiofas Saturni dotes Cl. Hoffmannus *Metal. morbif.*, & in *annotation. ad Poterium de Saturno*, ideoque difcriminis plena ex eodem parata medicamenta effe haud dubie affirmavit. Novit Cl. Boerhaavius *Op. Chem. proc.* 173. ac vix dolofius, tetrumque magis venenum haberi, quam a Saccharo Saturni afferere minime dubitavit. Ecquis non novit? Si Veteres ipfos confulamus, cum venena in calida, & frigida ab illis dividerentur, Saturnina autem frigida in quarto gradu effe ipfis viderentur, qui gradus non tantum cum vehementia, fed etiam fere femper cum læfione eft conjunctus, inter venena frigida recenfere minime funt veriti. Antimonium, Cerufam, Mercurium non alia de caufa venena effe crediderunt. Quo loco minus mirari fubit folum Saturni fumum adeo nocere ftomacho, & inteftinis, ut eorumdem inflammationem fæpe excitet: (tantum abeft, ut eorumdem remedium fit) & Rhodium *cent.* 3. *obf.* 10. Fernelium *tract. de lue venerea cap.* 7. Borellum *cent.* 4. *obf.* 12. Billichium, aliofque teftari fe graviffimos morbos ab ufu Saturni obortos vidiffe.

Ita & ab opiatis] Ubi dolor ægrum dire exerceat, nonnulli ad opiata confugiunt, ut quietem, placidamque tranquillitatem concilient. Eft cur iis gratulemur, quod dolorem omnino, & cito compefcant. Gaudent fibi quoque, cum ægrum de dolore amplius non conquerentem invifunt. Aft proh dolor! Cætera fymptomata ingravefcunt, fudor fit frigidus, mors in limine. Hæc nimirum opiatorum operandi ratio in ejufcemodi morbis, ut fenfum fibris tenuiffimis, quibus contexta funt inteftina, adimendo fphacelo occafionem præbeant. *Vid. cap.* 3. *com. in aph.* 14.

XIII. *Ad ftatum accedente morbo, fi vomitus gravior, vel &c. fola eluentia &c.*] Cum fimpliciffima hac methodo iftiufmodi morbos pertractarem, vidi quandoque

doque altera, aut tertia morbi die vomitum, ſi aderat antea, graviorem fieri, vel irritum vomendi conatum ſupervenire. Undenam id oriretur dubius animo hærebam. Quam enim moleſtiam ſolidis partibus inferrem neſciebam. Rem autem paullo diligentius perpendenti mihi in mentem venit ſuſpicari initio morbi materiem inflammantem adhuc fluere, in ſtatu vero hærere omnino, ac ſubſiſtere. Cum materia fluit, quod inter initia contingit, nihil damni afferre poſſe nitrata facile judicavi, quin imo roboratis vaſorum tunicis, eamdem circulo reſtitui poſſe. Cum vero vaſa ſanguifera jam penitus obſtructa ſunt, nitrata licet blandiſſime attenuando, ac commovendo operentur, ſtimulo, ac moleſtiæ eſſe affectis partibus; qui ſtimulus vel vomitu, vel irrito vomendi conatu ſupervenien-te ſe prodit. Hiſce vero apparentibus a quibuſcumque quantumvis leniter commoventibus abſtinendum eſſe conſtitui. Quid autem efficacius, aut pro ægrorum opportunitate valentius eo caſu aqua copioſe, & calida propinanda? Præterquamquod ſolidas partes relaxat, acres, vellicanteſque humorum particulas diſſociat, diſgregat, ineptaſque reddit ad vellicandum, ac mordendum; fervorem præterea nimium temperat, ſanguini fluorem conciliat, atque hac ratione inflammationes tuto, feliciterque debellat. Videant medentes quid præſtare valeant tam varia calidiora diaphoretica, vel diuretica ex triplici Regno petita, quid theriacales aquæ, quid eſſentiæ, ſpiritus, ſales volatiles ad flatus, ut ajunt, diſcutiendos, ad hærentem ſanguinem dimovendum in eo morbo, qui ſolis nitratis exaſperatur, in quo omnia adſtricta nimis, ac convulſa ſunt, fuſi, colliquatique humores.

XIV. *Tenuiſſimus ſit victus ex ſolis juſculis extremitatum pedum vituli &c.*] Nihil cum in quocumque, tum in hoc potiſſimum morbo remediorum farragine perniciofius, nihil præpoſtera victus ratione deterius. Agitur de ventriculi, atque inteſtinorum inflammatione, quæ ingeſtis macerandis, digerendis, ſeparandis, excernendiſque a natura ſunt comparata: quibus fungi muneribus minime poſſe perſpicuum eſt ſine membranarum, quibus conflata ſunt, actione vehementi, & aſſidua, ſine violentis contractionibus, diſtractionibuſque. Quid ergo ſi ad nauſeam uſque propinentur medicamenta; ſi minus congrua alimenta ingerantur? Sola igitur juſcula, quæ nulla opus habent attritione, ut ſolvantur, atque ea quidem ex iis elicita, quæ humorum acrimoniam obtundendo, cujuſmodi ſunt gelatinoſa juſcula, vel refrigerando, motumque compeſcendo, qualia ſunt hordeacea, avenacea blanda, mitique aciditate fœta, exiſtunt opportuna.

XV. *Vid. cap. III. com. in aphor.* 20.

XVI. *Si craſſa inteſtina ſint affecta, Clyſteres ex lact. &c. therebint. venet. &c.*] Therebinthina ob balſamicam, & non admodum calefacientem virtutem eximii uſus eſt in pleriſque morbis a ſoluta unitate ſolidarum partium pendentibus. Mundificat abſtergendo, vivificat leniter irritando, ut ulcera carne impleantur, quod opus ſolius naturæ eſt, exſiccat demum, ut claudantur. Sylvius enemate ex lacte, therebinthina, & melle parato dyſenteriam cum puris dejectione, corrupta, atque exulcerata inteſtinorum ſubſtantia, non ſemel a ſe curatam fuiſſe teſtatus eſt. Si tamen conſideremus Clyſterum operationem, maxime illorum, qui affectis partibus applicari debent, cujuſmodi ſunt abſtergentes, mundificantes, conſolidantes, ſolum in craſſa inteſtina exerceri; (in tenuja enim ſecundario tantum, & per conſenſum operantur) apparebit luce clarius in ulceribus craſſorum inteſtinorum locum habere, in tenujum inutiles eſſe, ideoque eo caſu ſolum univerſalibus utendum eſſe, ut optato fine potiamur.

CAPUT V.

De doloribus inteſtinorum non inflammatoriis, & ſpeciatim de Colica.

I. UTI reliqua inteſtina, ſic ſpeciatim Colon dolore torqueri ſæpe ſolet citra inflammationem.

II. Cauſa proxima eadem eſt, quæ cæterorum dolorum, ſolutio ſcilicet continuitatis nervearum fibrillarum.

III. Quam gignunt 1. tenax, ac viſcida materies coli parietibus tenaciter adhærens, 2. nimis tenuis, fluida, atque acris, 3. ſpiritus animales cæco impetu in Coli fibras irruentes, 4. materies elaſtica inter duas Coli extremitates carcere occluſa, ac rareſcens.

IV. Unde quatuor maxime inſignes colicæ affectionis differentiæ: pituitoſa, bilioſa, hyſterica, flatulenta.

V. An igitur acidus humor tantum, aut bilis nimis oleoſa cum ſucco pancreatico vitioſe efferveſcens colici doloris cauſa?

VI. Dolori colico nephriticus maxime affinis eſt. Si tamen dolor in lumbis fixus ſit, parvum occupet ſpatium, ſecundum ureterum tractum ſucceſſive protendatur, ad mingendum ſtimulus adſit, urina primum aquoſa, & tenuis appareat, deinde arenoſa ſubſideant, ab enematis injectis, ab alvo ſoluta nullum levamen, leve tantummodo poſt paſtum, arenulæ alias expulſæ ſint, nephriticum eſſe dolorem pronuntiato.

VII. Si dolor ſit vagus, ac totum illum ambitum occupans, qui a dextro inguine aſſurgit ad hepatis regionem, inde ad hypochondrium ſiniſtrum tranſverſim fertur ſub coſtis ſpuriis, ac demum iterum deorſum flectitur ad inguen ſiniſtrum, ab alvi fluxu, ab enematis injectis levamen aliquod percipiatur, exacerbetur vero rurſus a paſtu, colicum eſſe dolorem cenſendum eſt. Quamquam hæc non raro imponant.

VIII. Pituitoſam colicam dolor comitatur gravativus, interdum vomitus tenacis ac viſcidæ materiæ; bilioſam vero dolor adeo vehemens, ut loco ſtare neſciant ægri, vomitus materiæ ſubviridis, porraceæ ardoris ſenſum in os relinquentis, urina rufa, alvi bilioſæ dejectiones, ſitis, vox rauca. Eadem fere etiam hyſtericæ colicæ communia ſunt: hiſce tamen accedunt faucium conſtrictio, ſenſuſque globi ad gulam aſcendentis, urinæ copioſiſſimæ tenues, aquoſæ, levamen ex uſu quorumdam ſuffumigiorum. Flatulenta tandem dolore diſtenſivo, inflatione totius abdominis, murmure quaquaverſum ſeſe diffundente, flatuum per os proventu copioſiſſimo cum levamine ſymptomatum dignoſcitur.

IX. Colicus dolor quandoque in inflammationem inteſtinorum, & ſphacelum lethalem degenerat.

X. Colica bilioſa in convulſivas affectiones Epilepſiam, Vertiginem tranſit; in Paralyſim vero ſicuti Pictavii frequentiſſime, ita rariſſime in no-

ſtra

ſtra hac Italiæ parte terminatur. Dii faxint, ut a truculentiſſimo morbo quamdiutiſſime præſervemur.

XI. Colica in arthritidem, & iſchiadem frequentiſſime definit, & arthritis viciſſim in colicam.

XII. In colica pituitoſa pillulæ Paracel. a ʒ .s. ad ʒ i. Mercur. dulc. a gr. vi. ad x. laud. nepenth. gr. ii. hora altera ante ſomnum propinatæ præſtantiſſimæ ſunt.

XIII. Si obſtructa ſit alvus, fæceſque induratæ, Clyſterem purgationi præmittere expedit ex juſculi tenuis gallin. ℥ viii. Sacchar. rubr. ℥ i. Sal. gem. ʒ ii. vitel. ovor. n. 1. M. pro uſu dicto.

XIV. Alvo ſubducta olea ſtillata aniſor. ment. corticum citr. oleum ſi libet S. Juſtinæ ad gut. vi. ex decoct. theiform. flor. Chamom. apprime viſa ſunt convenire.

XV. Remittente dolore pulvis ſtomach. quercet. ad ʒ .s. ex prædicta decoctione Chamom. vel ejuſdem extracto eximii uſus eſt. Quolibet quinto, aut ſexto die rhabarbar. s. p. ʒ .s. ex conſerva violar. exhibenda.

XVI. Hiſce ſuccedant opportuno tempore in diuturniore affectu ſucci naſturt. aquat. beccabung. fumar. & ſimiles opt. depurati ad ℥ iii. ex juſculo tenui per xv. circiter dies. Ardente Sirio aquæ acidulæ Recobar. in noſtra hac Italiæ parte non omittendæ.

XVII. Equo vehatur æger, aut motum quemvis viribus reſpondentem inſtituat, vino maturo abſynthite calido utatur.

XVIII. In colica bilioſa ſola venæ ſectio, nec non oleum amygdal. dulc. ad ℥ iiii. vel v. viſa ſunt convenire; injectis ter, quater, & ultra in die Clyſteribus ex decoct. rad. alth. tuſſilag. malvar. lilior. albor. flor. malvar. chamomi. vel oleo ſeminum lini recenti.

XIX. Hiſce fruſtra adhibitis Man. ℥ i. .s. ol. amygdal. dulc. ℥ ii. ex jure pingui mira quandoque præſtant.

XX. Ad opiata tandem deveniendum.

XXI. Aqua hordei calida copioſe exhibeatur, ſemicupium inſtituatur emolliens.

XXII. In diuturniore affectu, & ſæpe recurrente ad aquas thermales acidulas, tandem ad Lac confugiendum.

XXIII. Hyſtericam colicam ſolum laudanum liquidum a gut. vi. ad x. ex aq. flor. til. lilior. conval. roſar. vel tripha. magn. a ʒ s. ad ℈ ii. præmiſſa venæ ſectione, ubi ſuppreſſio ſit menſium in fœminis, egregie ſedat.

XXIV. Colica flatulenta eadem methodo pertractanda, qua cholera ſicca.

CAP.

CAPUT V.

De doloribus inteſtinorum non inflammatoriis, & ſpeciatim de colica.

I. UTI *reliqua inteſtina, ſic ſpeciatim Colon dolore torqueri &c.*] Inteſtinorum dolores ab affecta parte nomen aſſumere omnes fere Medici uno ore tradunt contra nonnullorum opinionem, qui quemcumque inteſtinorum dolorem colici nomine inſignire conſueverunt. Enimvero qui ita ſentiunt, & falſa eos ſentire manifeſtum eſt, & ignorare prorſus, quæ de humano corpore ſcitu nobis utilia ſunt, ac neceſſaria. Sunt enim quandoque circa umbelicum dolores maxime inſignes, puta ab abſceſſu, ulcere ilei inteſtini ultima infeſtante; ſi pro colicis doloribus eoſdem habeas, quam facile in fraudem induci potes, Clyſteres abſtergentes, mundificantes injici curans, cum tamen iiſdem ultra coli valvulam juxta accuratiores Anatomicos non pervenientibus, oleum, & operam perdas!

II. *Cauſa proxima eadem eſt, quæ cæterorum dolorum, ſolutio ſcilicet &c.*] Proximam doloris cauſam eſſe continui ſolutionem oſtendimus *lib.* 1. *cap.* 9. *com. in aph.* 1. quæ tot modis fieri poteſt, quot modis nerveæ fibræ affici ea ratione valent, qua opus eſt ad violentas, & non ordinatas contractiones, diſtractionesque: hæ namque ſine mutato contactu particularum, ex quibus nervus componitur, id eſt ſine vehementi ſolutione quadam fieri nequeunt, quam ægre anima percipiens triſti ſenſatione affici cogitur, ac dolere. Quidquid ergo nerveas inteſtinorum fibras vellicare, diſtrahere, premere, aut alio quovis modo torquere poteſt, id omne dolori inteſtinorum producendo opportuniſſimum exiſtere perſpicuum eſt.

III. *Quam gignunt* 1. *tenax, ac viſcida materies coli parietibus tenaciter adhærens*, 2. *&c.*] Ex quibus liquido conſtat non alia de cauſa craſſam, ac viſcidam materiem coli parietibus tenaciter adhærentem colicum dolorem progignere, quam quod nerveas ipſius fibras premit gravatque; nimis tenuem e contra fluidam, atque acrem, quod mordet eaſdem, ac pungit; ſpiritus animales cæco impetu in nerveas coli fibras irruentes, quod varie, & inordinate eaſdem concutiunt, atque in inconcinnos, perturbatoſque motus agunt; materiem elaſticam coli finibus coercitam, quod ejuſdem latera majorem in modum diſtendit, diſtrahitque.

IV. *Unde quatuor maxime inſignes colicæ affectionis differentiæ, pituitoſa &c.*] Pro varietate cauſarum variæ obortæ colicæ affectionis differentiæ. Quæ a craſſa, tenacique materia coli parietibus adhærente, pituitoſa a Veteribus dicebatur, eamque a frigida pituita repetendam eſſe affirmabant. Ita Galenus de ſe ipſo narrat, teſtaturque ſe dolorem colicum acerbiſſimum patientem pituitam vitream actu frigidam excreviſſe. Salmuthius vero *cent.* 5. *obſ.* 78. vidit in Italo quodam colico dolore conſumpto diſſectoque totum Colon pituita obductum, relicto ſolum foramine digiti craſſitie.

Bilioſa] Quæ e contra ab humore nimis tenui, fluido, atque acri, bilioſa appellabatur, eamque a cauſa calida, humore ſcilicet bilioſo repetebant. Quod quamvis in eorum ſententia verum non ſit, nihil eſt tamen cur aperte negetur. Quid eſt enim cur jure Medicus reprehendendus ſit, qui, ubi humores nimis viſcidi, lentique peccent, aut inſipidi ii ſint, aut dulces, aut acidi, aut ſalſi, hæc omnia vitia brevitatis gratia uno verbo complectatur, & pituitoſos vocet, & eadem denominatione morbos ex iis prodeuntes inſigniat? Ubi humores e contra nimis tenues, fluidi, fuſi, ſolutique, quis Medicum redarguat, ſi bilioſos dicat?

Hy-

Hyfterica] Quæ a fpiritibus animalibus cæco impetu in coli fibras ruentibus ortum traducit, hyfterica audit Cl. Sydenhamo, eo quod hyftericas mulieres non raro affici eadem contingit, dum convulfionibus a fpirituum ataxia torquentur. Nemo quod fciam ante Sydenhamum de hyfterica colica loquutus eft.

Flatulenta] Colicæ flatulentæ Veteres ipfi mentionem fecerunt, ac Recentiores, Modernique fere omnes. Nullus tamen frigidus humor, & materia craffa Veterum non integre attenuata, nec Willifii fpiritus ventris incolæ in ataxias ob irritationem abeuntes, fed folus inteftini Coli fpafmus, quo extremitates ejufdem occluduntur, & aeris particulæ angufto fpatio coercentur, accufandus. Exinde enim fit, ut eædem majorem elaterii vim adeptæ, ac fefe dilatare nitentes Colon majorem in modum diftendant, ficque dolorem excitent. *V. cap.* 2. *com. in aph.* 6.

V. *An igitur acidus humor tantum.*] Nefcio quibus permoti rationum momentis nonnulli ad credendum vehementer adducti fint, colicæ veræ caufam humorem acidum effe inteftinis maxime infeftum. Cum enim proxima doloris caufa fit folutio continui, feu irregulares, perturbatique nerveorum filamentorum motus, violentæ & non ordinatæ eorumdem contractiones, cur redarguendus fit, qui ab humoribus acribus (quo nomine & acres proprie dictos, & acidos, & falfos comprehendimus) & a ponticis, aufterifque, & quovis alio fapore præditis fuccis, ut ait Hippocrates, qui ftimulando, vellicandoque pares fint, colicas affectiones repetendas effe contendat, omnino non video. Quo loco filentio prætereundum non eft, morbos non folum inteftinorum, fed quofcumque ab acido pendere, Chymicorum opinionem fuiffe initio fuperioris Sæculi fatis claram. Duo enim conftituebant rerum elementa, a quibus omnia generantur, aliud agens, quod acidum, aliud patiens, & materiam, quod alchalicum dicebatur. Id quod antea innuiffe Hippocratem vago rumore circumferebatur, poftquam Otho Tachenius textus Hippocratis explicans (in *lib.* 1. *de diæt. n.* 4. *&* 2. *n.* 17.) in quibus habet duo effe generalia rerum elementa, ignem fcilicet, & aquam, ignis nomine acidum, aquæ vero alchali eumdem voluiffe, interpretatus eft. Ab acido porro omnes morbos, ab alchali omnia remedia nafci fuftinebant. Verum in contrariam omnino fententiam ventum eft nuperrimis temporibus, exiftimantibus aliis non acidum morborum caufam effe, fed alchali; in acido propterea remedium quærendum. Opiniones hafce duas maxime illuftres ad examen fedulo revocarunt viri præftantiffimi Robertus Boyleus in tract. *de imperfecta chymicorum circa qualitates doctrina*, & in *animadverfione* de *Alchali*, *&* *Acido*, Archibaldus Pitcarnius in *differtatione de opera quam præftant corpora acida*, *&* *alchalica in curatione morborum*, eafque cum ob alias prope innumeras, tum ob hanc potiffimum rationem exploferunt, quod hofce fales in fanguine reperire hominibus adhuc datum non fit. Quamquam fi concedatur eofdem fales in fanguine reperiri, ut multi Chymici volunt, (qua de re infra dicemus) cuinam mirum non videatur poft obfervationes duorum fere Sæculorum adhuc non convenire inter ipfos, acidum ne morborum caufa fit, & alchali remedium, an contra? Quo fane multi jure, meritoque ad credendum vehementer adducti funt utrumque merum Chymicorum figmentum effe. Saltem fateri oportet omnia vitia humorum qualitate peccantium per duos hofce fales explicari nullo modo poffe.

An bilis nimis oleofa cum fucco pancreatico vitiofe effervefcens] Nec minus mirandum nonnullos in ea effe opinione, ut credant inteftinorum dolorem a bile nimis oleofa cum fucco pancreatico vitiofe effervefcente pendere. Hanc quæftionem fi dirimam, vereor ut illos de induftria redarguere velle videar, qui fententiam tuentur, ac pugnaciffime fuftinent. Eminet inter hos Cl. Etmullerus,

qui

qui uti Graafium, & Sylvium in plerisque sequutus est, ita & tueri illam, & sustinere opus ipsi fuit. Helmontianis tamen, mechanicisque principiis sæpe usus est ad nodos medicarum quæstionum solvendos, prout in rem cadere videbantur, nihil interesse judicans, quo modo illos solveret. Rem sane laude dignam, dummodo perverse non utaris. Ecquis enim hominem in eas angustias compellat, ut ad tot, tamque varia explicanda unius duntaxat generis principia usurpet? Libera ubique sunt Medicorum placita, & opera, neque ulla respublica, aut Senatusconsultum de re medica sibi unquam tribunal ausit adserere. Sed ad rem propius accedamus. Si manifestum fiat hosce succos effervescere nunquam posse, quid est tandem cur ad Etmullerum, aliosque, qui hanc sententiam tuentur, accedamus? Præcipuum effervescentiæ fundamentum desumunt ex aciditate succi pancreatici, & ab alchalica bilis natura. De bile fere omnes conveniunt. Si enim syrupus violarum affundatur bili, in colorem viridem mutatur, alchalini principii in ea latentis indicio manifestissimo; præterea maculas pingues detergit ex linteis, colores pictorum diffundit, cerevisiarum acorem corrigit, quæ omnia alchalicorum propria sunt. De succo pancreatico lis est. Acidum enim esse plane negat Morgagnius (adv. 3.) Si Boerhaavium audimus, insipidum fere, aut potius subsalsum esse docet salivæ simillimum. Sed quod magis eos damnat, qui hanc sententiam tuentur, observationum inconstantia est. Quid est enim, cur acidum semper succum pancreaticum minime deprehenderint? Citatus Graafius, qui multum laboris, atque industriæ impendit in collectione hujusce succi ex cadavere hominis per infortunium extincti adhuc calente, succum pancreaticum collectum variis curiosis gustandum exhibuit, qui illum acidum judicarunt, quandoque tamen insipidum, nonnunquam austerum, sæpius salsum se deprehendisse testatus est. Salsum & Brunnerus in cane, cui ante plures hebdomadas ligaverat ductum pancreaticum, & Werhejenius in Vacca observasse testati sunt.

At inquies, in naturali statu acidus non est succus pancreaticus, facillime tamen acorem contrahit, & quandoque adeo vehementem, ut partes ipsas solidas corrodat. Recte quidem. Quid inde fieri putas? Nunquam effervescere posse cum bile facit experimentum, quo deprehensum est, bilem inspissatam, in qua videlicet activiora ejusdem principia unita sunt, viresque potentissimæ, ne cum acido quidem fortissimo effervescere.

VI. *Dolori colico nephriticus maxime affinis est. Si tamen dolor in lumbis fixus &c.*] Qui noverit ex Anatome intestinum Colon connecti cum Rene dextro, & sinistro, minus mirabitur difficillimum esse dijudicare an dolor Renum potius sit, quam intestini Coli. Dolent frequentissime Renes a calculis in eorum substantia genitis, & pelvim ingredientibus, ejusque membranas majorem in modum distendentibus, pungentibus, lacerantibus. Renes in lumbis sitos esse, nec magnum occupare spatium manifestum est. Ubi igitur calculus eosdem occupaverit, in lumbis percipi dolorem, atque solum illud spatium occupare, quod Renibus datum est fixum tamdiu, quandiu calculus eisdem insederit, luce clarius apparet. Ureteres hinc a quovis Rene, ubi infundibuli forma ampliati pelvim faciunt, descendunt ad vesicam usque, in quam angustis orificiis terminantur urinam in Renibus separatam deferentes. Qui insignem hanc connexionem Renum cum ureteribus, & vesica noverit, is facile intelliget, cur dolor secundum ureterum tractum successive protendi debeat, & continuo adesse ad mingendum stimulus.

Urina primum aquosa, & tenuis appareat, deinde arenosa subsideant.] Sed præ cæteris magni facienda est tanquam inseparabile nephritici doloris signum urina primum tenuis, & aquosa, in qua deinde arenosa subsideant. Galenus ipse in diagnosi morborum occulatissimus fatetur se in dignoscendo dolore colico a nephri-

ti-

tico deceptum fuiffe: de eodem dubium omne tolli fi arenæ, aut calculi in urina fubfideant. Quod Hippocrates ipfe obfervavit: inquit enim *fect.* 4. *aph.* 79. *Quibus in urinis arenofa fubfident, iis Renes, ac Vefica calculo laborant.*

Ab enematis injectis, ab alvo foluta nullum levamen.] Nemo ignorat Clyfteres craffa inteftina abluere, ipfifque applicari viribus fuis integris permanentibus. Horum igitur operationem primario in craffa inteftina exerceri, fecundario autem, & per confenfum in tenuja, & partes iifdem inteftinis adjacentes manifefta res eft. Hinc eft injecta enemata parum, aut nihil prodeffe calculo Renum laborantibus, cum per confenfum tantum, & membranas crafforum inteftinorum, & externas Renum cum iifdem connexas laxando, fovendoque operentur. Cum autem calculus dimoveri nullo pacto queat, fit ut nullum, vel ferme nullum levamen percipiatur. Quod plane dictum velim de fubducta alvo. Licet enim alvo fubducta tollatur preffio Renum, quam gignunt induratæ fæces, ac mitior reddi poffit morbus, cum tamen calculus minime dimoveatur, permanere eumdem debere, & tandiu perfiftere, quandiu vel per ureteres in veficam delabatur, vel in Renum fubftantiam omni fere fenfu deftitutam e pelvi cogatur afcendere, manifeftum eft. Plura autem infra dicemus.

VII. *Si dolor fit vagus, ac totum illum ambitum occupans, qui &c.*] Dolorem colon inteftinum infeftantem non uno loco fixum hærere, fed vagum effe facit potiffimum inteftini Coli longitudo infignis, quam interdum vix quinque, fæpius tamen feptem fpithamas excedere Anatomici tradunt, & quod caput eft, ejufdem in variis fubjectis varia, & mira converfio, flexufque. Totum enim illum ambitum occupat, qui a dextro inguine affurgit ad hepatis regionem, inde ad hypochondrium finiftrum tranfverfim fertur fub coftis fpuriis, ac demum iterum deorfum flectitur ad inguen finiftrum, unde mirum videri non debet in toto hocce eodem ambitu dolorem manifeftari.

Ab alvi fluxu, ab enematis injectis levamen aliquod percipiatur] Quæcumque fit colicæ affectionis caufa, fymptoma, quod omnibus fere commune eft, ac maxime urget alvi occlufio tanta eft, ut neque purgantibus per os affumptis, neque clyfteribus injectis fubduci queat. Si igitur fubducatur, fluatque alvus, fæcefque induratæ eliminentur, inteftina a diftentione liberari contingit, minus diftenta minorem pati diftractionem, hinc dolorem imminui. Enemata aut alvum folvendo, aut immediate affectæ parti applicita fpafmodicas membranarum contractiones laxando, emolliendove dolorem compefcere manifeftius quidem eft, quam ut ullis rationibus poffit comprobari. Alimenta ingefta ventriculi fundum petere perfpicuum eft: huic fubjectum cum fit Colon premi contingit, ac dolorem poft paftum exacerbari.

Quamquam hæc non raro imponant] Hactenus recenfita figna & rationi innixa funt, & obfervationibus confirmata; ne autem ea fint, de quibus dubitare non liceat facit longiffimus inteftinorum canalis peritonæo obductus, mefenterio alligatus, mire flexus, & convolutus, unde una pars affecta alterius offenfæ fpecie facile imponet. Hanc judicii difficultatem novit Fernelius, qui primus omnium obfervavit fæpenumero in imo ventre excitari dolores, qui præ eorum vehementia, & fimilitudine colici nuncupantur, quorum tamen non Colon inteftinum fedes eft, fed vel peritonæum, vel membranæ, quæ abdominis, ventrifque imi partibus obtenduntur. Quid quod & mefenterii vafa fanguifera eadem cum inteftinis mirabiles hic arcus, anaftomofes, & infulas conftituentia acri humore obftructa humoralis colicæ fpecie imponant? Nefcit porro laudatus Fernelius, an uberius, quam ab hoc fonte colicæ illæ Pictavienfibus familiares enafcantur. Sed hac de re infra dicemus.

VIII. *Pituitofam colicam dolor comitatur gravativus, interdum vomitus tenacis &c.*]

&c.] Veteribus persuasum fuit morbos a causa frigida, ut ajebant, mitiores esse: pituitam humorem frigidum appellabant, hinc orta a pituita symptomata cæteris leviora. Quæ fere Recentiorum sententia est, dum viscidos, lentos tenacesque succos, ac fibrarum deficientem tonum, atoniam accusant: illi enim vehementer irritando, acriter pungendo, violenter convellendo, hæ vero validioribus suscipiendis contractionibus ineptæ sunt, hinc gravativum esse dolorem necesse est. Eadem de causa nec ventriculus, ac reliqua imi ventris viscera ea ratione afficiuntur, qua opus est ad violentam contentorum per superiora excretionem, ac vomitum, vel si vomitus supervenit, materiem ejici debere ejusdem plane indolis, ac est illa quæ stimulo est nerveis fibrillis, crassa scilicet, viscida, ac lenta, perspicuum est.

Biliosam vero dolor adeo vehemens, ut loco stare nesciant ægri, vomitus &c.] Colica biliosa quoniam a causa calida secundum Veteres ortum traducit, seu a sanguine, & humoribus tenuibus, acribus circa intestinum Colon, aut mesenterii vasa dato tempore, & occasione conspirantibus congestis, a quibus vehementer vellicatæ, atque irritatæ nerveæ fibrillæ violentissimas contractiones, distractionesque, ac continui solutionem patiuntur, hinc dolor ille adeo vehemens, ut loco stare nesciant ægri. Intestinorum canalis præ spasmo facile minoris sectionis evadit, contentæque fæces vel inferius propelli non possunt, quin imo novo stimulo sunt, ac molestiæ, quare intestinorum motus facile invertitur, quo acerrima materia ejicitur, vel si propellantur alvi biliosæ dejectiones sequuntur. Sulphureis vero, & volatilibus sanguinis particulis exsolutis, & per universam massam diffusis, urina rufa, sitis, aliaque id genus subsequuntur.

Eadem fere etiam hystericæ colicæ communia sunt, hisce tamen accedunt faucium constrictio &c.] Observatione Cl. Sydenhami constat eadem fere signa adesse in colica hysterica, licet causa longe diversa sit. Ad vomitum quod spectat materiæ viridis, flavæque animadvertendum est non a corruptione, & acredine humorum in primis viis stabulantium pendere, sed a solo spirituum animalium perturbato motu, quo fit ut invertatur peristalticus intestinorum motus, & succi biliosi, pancreatici, & quæ a glandulis ventriculi, & intestinorum extillat portio, ciborum reliquiæ specie corrupti, depravatique humoris ejiciantur. Quæ sibi probanda sumere debuerat Sydenhamus causam affectionis hystericæ ad spirituum ataxiam revocans, citra humorum in visceribus imi ventris depravationem, aut vitiatam naturalem sanguinis, & spirituum eorumdem crasim, si debiliorem texturam excipias, unde facile in turbas aguntur. Recte ne, an secus infra videbimus de malo hypochondriaco tractaturi. Sufficiat nunc innuisse ex symptomatibus hystericam affectionem comitantibus, ac præcipue ex faucium constrictione, sensuque globi ad gulam ascendentis, urinis copiosissimis, tenuibus, & aquosis, aliisque similibus certum capi posse argumentum colicam hystericam esse, quæ quo modo fiant, cit. loco ostendemus.

Flatulenta tandem dolore distensivo, inflatione totius abdominis &c.] Cum in Colica flatulenta nihil præter aerem inter duas Coli extremitates coercitum accusandum sit, liquet cur distentio, & inflatio totius abdominis percipi debeat. Aeris enim particulæ sese facile expandunt, & rarefaciunt, rarefactæ autem fieri minus potest, quin membranas intestinorum distendant, atque hac ratione ventrem inflent. Quod si distentione augeatur spasmus, & magis angusto spatio aer coerceatur, cum experimento sæpius, & a multis facto compertum sit elasticitatem aeris tanto majorem esse, quanto minus est spatium in quod aer contrahitur, probabile est vim elasticam acquirere tantam, ut adversus membranas intestinorum nitens easdem summopere distendat, unde totum inflari ventrem contingit, & tympani ad instar pulsare. Tamdiu autem aer in sua actione per-

sistit,

fiftit, quandiu per extremitatem unam aliquam viam fibi, aditumque patefaciat. Aere autem diftentæ membranæ fui elaterii vim exercentes impetu contentum aerem explodunt, hinc murmur, rugitus, flatuum per os proventus. Quoniam vero erumpente aere tunicæ, quibus coercebatur, minus diltenduntur, diftrahunturque, hinc levamen fymptomatum.

IX. *Colicus dolor quandoque in inflammationem inteftinorum, & fphacelum &c.*] Licet Colon craffum fit inteftinum conftans craffioribus membranis, quam fint tenujum, & cellulis pinguedinofis intus obductum, fenfu nihilominus pollet exquifito propter ligamentum tendinofum, quo eædem cellulæ per longitudinem percurrentes donantur. Dolor igitur vehemens eft, qui fi diu perfiftat, fieri minus vix poteft quin vafa inteftinorum fubftantiam perreptantia crifpentur, convellantur, atque ea ratione afficiantur, qua fanguis fubfiftere, atque hærere cogatur, unde inflammatio. Cum hæc ex folutis jam viribus contingat, facile in fphacelum terminatur, ut obfervationes quæ extant in M. N. C. *dec.* 2. *an.* 3. *obf.* 193. item *obf.* 65. Blancardi *anat. pract. cent.* 5. *obf.* 2. *Hildani obf.* 61. *cent.* 2. KerKringii *obf.* 42. Willifii *de medic.* Sylvii, Spigelii, aliorumque teftantur.

X. *Colica biliofa in convulfivas affectiones Epilepfiam, Vertiginem &c.*] Colicam biliofam in convulfivas affectiones definere certa & conftans virorum præftantiffimorum obfervatio eft. Cujufce rei caufa ea fortaffe eft, quod feri, lymphæ, aliorumque acrium, ac vellicantium humorum in imo ventre congeftione refoluta, ad cerebrum una cum fanguine metaftafis fit, ac circa meninges, & principia nervorum hærentes nervea filamenta varie, inordinateque concutiunt, unde affectiones convulfivæ. Nifi forte extremitatibus nervorum convulfis, & convulfione ad Cerebrum propagata, & principia nervorum, eadem mala per confenfum oriri velis, quod ab omni ratione alienum minime judicaverim.

In Paralyfim vero ficuti Pictavii frequentiffime &c.] Colica, quæ in Paralyfim terminatur Colica Pictonum nuncupatur, quia Pictavii incolis morbus familiaris, & apud infulas Caribum adeo frequens, ut in numero morborum endemicorum jure merito habenda fit. Veteribus parum notam fuiffe hanc colicam animadvertit Riverius, ejufque mentionem facit Paulus Ægineta *lib.* 3. Rariffimus certe apud noftrates populos affectus eft. Rariffimum apud fuos fuiffe viri præftantiffimi Hollerius, Fernelius, Ballonius, aliique tradiderunt. Mirabuntur ii tamen, qui Baglivum adierint, qui haud dubie affirmavit nil facilius Colicæ fupervenire, quam Paralyfim. Hujufce morbi vehementia tanta eft, ut ejus fymptomata vix explicari dicendo, aut percenferi numerando poffint. Uftionis fenfus, morfus, puncturæ, urinæ fuppreffio, virium languor, extremorum refrigeratio, fudores frigidi, præcordiorum anxietates, animi deliquia ea fere funt, quæ ad dies plures ægrum exercent, eo ufque dum ceffante aliquando doloris vehementia æger moleftam quamdam fenfationem per fpinalem medullam percipiat, qua brachiorum, ac crurum nervis propagata, imbecillitate infigni afficiuntur, quæ in Paralyfim tandem terminatur. Qui cum Willifio partem in colica primario affectam mefenterium prætendunt, quod eft valde fenfile, & humorum nervofo generi infenforum affluxionibus plurimum obnoxium, exiftimant materiem illam, quæ in mefenterio, aliifque abdominis flexibus hærens nervorum propagines, fibrafque, quibus menfenterium innumeris fcatet vellicando, vehementes, inordinatafque contractiones, ac fpafmos excitat, derivatione facta in principia nervorum, eorum præfertim, qui a Spinali Medulla oriuntur, obftructionem eorumdem efficere, ac Paralyfim excitare. Quidni liceat conjectare folam convulfionem fortem, ac vehementem nervorum a quavis caufa prodeuntem, nervorum eorumdem ftructuram pervertentem paralyfi producendæ opportuniffimam exiftere? Conjecturæ anfam præbet experimentum illud, cujus alibi meminimus

Cl. Valfalvæ, & a viro præftantiffimo Morgagnio confirmatum. Si filo ligetur ramus nervi alicujus in canibus prope jugulum confpicui, qui ad cor, aut præcordia defertur, mox vinculum folvatur, Canis poft aliquot dies, quos fufpiriofus agit, tandem moritur. Nullum in nervo ligato vitium deprehendi poteft, congeftio nulla. Nulla igitur potior affignari poffe videtur caufa, quam vitiata, ac labefactata ipfius nervi ftructura, ita ut fenfim fenfimque per eumdem ceffet influxus fpirituum Animalium eo ufque, dum languefcente cordis motu, mox plane ceffante moriatur Animal. Cum igitur in inteftina confluant infignes nervorum ramificationes a pari vago, & intercoftali, verofimile videtur a forti convulfione, qua univerfum fere corpus, vifcera autem imi ventris majorem in modum afficiuntur, nervorum filamenta maxime illorum, qui extra cerebrum fiti funt, ita contorqueri, vitiari, ac lædi in fua ftructura, ut tenuiffimo liquido nerveo vehendo impares evadant. Si ita res habet, jam ceffante fpirituum animalium influxu per nervos, qui motui voluntario, & fenfibus externis dicati funt, Paralyfim fequi debere manifeftiffima res eft. Vehementis hujufce convulfionis indicio fatis manifefto eft copiofus ille fudor, quem Paralyfim fequi tradidit Cl. Baglivus. Convulfione enim ad extremitates ufque capillarium vafculorum, glandulafque cutis propagata, ferum, tenujorefque fanguinis partes exprimuntur, hinc univerfum corpus fudore perfunditur. Malum Paralyticum, quod a vehementibus purgantibus enafcitur, an aliunde aptius repetas, quam ex fpafmo in nerveas fibras inducto? Narrat Hoffmannus *de confenf. nervofar. part. &c.* de fœmina quadam, quæ refinam jalappæ ad purgandum affumens paulo poft paralyfi totius dextri lateris corripiebatur cum aphonia, ftupore mentis, & maximis inteftinorum torminibus. Alias obfervationes, quarum meminit *in Dif. v. De Purgantibus fortioribus ex praxi medica merito ejiciendis f.* 15. Cum eodem fere recidant, brevitatis gratia prætermitto. Quot morbi Cerebri, & Meningum convulfivi in Apoplexiam tandem, & Paralyfim defînunt? An humor infarciens, atque obftruens accufandus, vel fortis convulfio, qua fpirituum in partes motui, & fenfui infervientes derivatio præpediatur?

XI. *Colica in arthritidem, & ifchiadem frequentiffime defînit &c.*] Baglivi obfervatio de inexplicabili illo confenfu inter morbos cutis, & ventris, & mutatione doloris colici in arthriticum, & arthritici in colicum nova non eft. Veteres fere omnes poft Hippocratem, qui hujufce metaftafeos meminit *lib. 6. Epid. Part.* 4. *tex.* 30. eamdem adnotarunt. Immo Galenus *in com. ad aph.* 5. *lib. Hippoc.* caufam affignat, quam non aliam effe putat, quam quod humorum in articulos influentium motus ad Colon inteftinum eft converfus, & revocatus. Quam fententiam confirmans Ballonius (*conf.* 80.) fubdit: *Si id verum eft, cur non poft colicos dolores humor in articulos referri poteft?* Plures hac de re obfer. vid. in Solenandro *in conf.* Rayero M. N. C. *Dec.* 1. *an.* 6. & 7. *obf.* 208. nec non iifdem M. *Dec.* 2. *An.* 4. *obf.* 42. in Drauvizio *tract. de Scorbuto*, & Stiffero *tr. de podagra*. Quis Baglivi praxim medicam venientem in manus hominum totam perbellis obfervationibus fuffultam admiratus non eft? Sufpicio poftea in plerofque cecidit eorum, quæ fe obfervaffe teftatus eft Baglivus, nihil fere obfervaffe, a Veteribus deprompfiffe omnia. Sufpicionem commoverunt Commentarii Ac. Bononien. (*de dura meninge*) in quibus plura elegantiffime de Baglivo narrantur. Verbo dicam. Et Pachioni fyftema de dura meninge, & Malpighii methodum ad curfum fanguinis in ranis oftendendum fua feciffe declaratur. Qui probe norunt hominis ingenium, qui fe continere poffint, quin ad fufpicandum vehementer adducantur fuas fuiffe practicas obfervationes? Cæterum cum dolor Ifchiadicus ab arthritide vaga fede tantum differat, & intenfione, colicam vero in arthritidem mutari manifeftum fit, cur non in Ifchiadem

dem tandem desinat? Quæ fere Cl. Tozzi obfervatio eft. (*prax. med.*)

XII. *In colica pituitofa pillulæ Parac. &c. Mercur. &c.*] Plerique minus docti Medentes vix, ac ne vix quidem ad caufas morbi refpicientes ad oleofa, & opiata ftatim confugiunt in eam fpem adducti, ut credant, ubi dolorem fedaverint, fe curationem rite abfolviffe omnem. Quod negant alii, ubi morbum a materia craffa, vifcida, ac lenta inteftinorum membranis tenaciter adhærente oriri deprehenderint. Nos ab his fumus. Atque ut ab oleofis exordiamur, minime fallit hæc ratio. Olea quæcumque blanda e feminibus vegetabilium quorumdam elicita, cujufmodi funt femina piftach. amygd. dulc. recenter expreffa lubricando, emolliendove operantur: hinc ubi inteftinorum membranæ corrugatæ, crifpatæ, & ficcæ fuerint, quoniam applicata crifpaturam ipfam, corrugationem, & ficcitatem tollunt, alvum leniter fubducunt, acrefque fi qui fuerint humores ad inferiora protrudunt. Si vero alvi durities adfit, atque inteftinorum dolor a vifcidis, lentis, ac difficilibus humoribus tenaciter eorumdem fibris adhærentibus exoriatur, ac fibrarum ipfarum tonum labefactantibus, tantum abeft, ut oleofa alvum fubducant, ut eamdem magis, magifque cohibeant. Cum enim olea ramofis, ac vifcidis partibus donentur, & vifciditatem humorum augent, & folidarum partium motum enervant magis, ac labefactant. Diverfam hanc operandi rationem notantes Medici, quid eft tandem, cur turpiffimum morem oleofa in quocumque dolore præfcribendi altiori voce non damnent, & e medio aliquando non tollant? Si de opiatis fermo fit, dolorem quidem fedant, fed materia craffa, tenacique tunicis inteftinorum adhærente, cum atonia fibrarum, verendum eft, ne eadem magis, magifque figatur, atque coli infarctus, & obftructiones augeantur, unde morbus paulo poft graviffimis ftipatus fymptomatibus recrudefcat. Jam etiam me tacente facile omnes intelligunt, nihil in hac colicæ fpecie efficacius, aut pro ægrorum opportunitate valentius inveniri poffe purgante fimul, & opiato medicamento initio ftatim propinando. Non autem quæcumque purgantia vifa funt convenire, fed ea folum, quorum bafis Aloex eft balfamicis correcta, inter quæ pillulæ Paracelfi, ut alias mittam fere innumeras, eminent. Purgantium nempe balfamis unione fit, ut inteftinorum tonus, qui ab illis labefactatur, ab his reftauretur, unde purgatio commoda, tuta æque atque efficax habeatur. Purgantium enim vis augetur a balfamis, non augetur tamen ftimulus, quod mirum fortaffe iis videatur, qui balfamorum naturam nondum funt affequuti. Minus tamen mirabuntur, fi diligenter perpendant tenuiffimo, fubtiliffimoque fulphureo principio fcatere, quæ roborare valent bilis actionem, imo illud ipfum præftare, quod bilis, ut fcilicet affumpta facilius folvantur, & inteftina ad contentorum expulfionem follicitentur. Celebres funt hodie pillulæ illæ Beccherianæ, Stahlianæ, Hoffmannianæ ab inventoribus fuis dictæ, quæ quantum conjicere poffum nihil aliud funt, quam purgantia quædam fuccis aromaticarum plantarum foluta, & balfamis unita, quæ eorumdem vim ftomacho, atque inteftinis infeftam corrigunt, unde blandiffima æque, atque efficaciffima ad purgandum evadunt. Nos pillulis Paracelfi utimur, & quod in officinis proftant, & quod alvum purgant commodiffime; eoque magis fi ftimulus addatur quo purgatio promptior peragatur. Quid porro Mercurii dulcis operatione effe poteft opportunius, qui fi minus trituratus adhibeatur, in inteftina folum agit vifcidas, mucofafque fordes potentiffime incidendo, & leniter abftergendo? Ubi cætera fruftra adhibita fuerint remedia, Mercurium dulcem fumme commendavit Riverius. Dici vix poteft, quam tutum fit remedium Mercurius, fi caute, ac provide adhibeatur a Medicis. *Caute*, inquam, ac *provide*: *Mercurius enim dulcis*, inquit Cl. Ramazzini, (*tr. de mor. artific.*) *equo indomito perfimilis eft, quoties in manus imperitas inciderit*: Subdens paulo poft: *Adeo fufpecta funt be-*

ne-

neficia, quæ ab hoste tam infido, ac versipelle proveniunt, ut de Medicorum Mercurio apte dici possint, quæ de suo commentus est poetarum princeps: animas ille evocat orco pallentes, alias ad tristia tartara mittit, dat somnos, adimitque, & lumina nocte resignat. Cautionum summa in eo sita est, ut justa quantitate, & in morbis a crassis, viscidis, lentisque humoribus subortis citra phlogosim, & inflammationem exhibeatur, ut de colica hactenus dictum est.

Laudan. nepenth.] Purgantes pillulas cum laudano commendarunt maxime illustres Medici Riverius, Forestus, Poterius, aliique. Medicamentum quoddam est laudanum nepenthes ex opio compositum dolorem majorem in modum sedans. Verbum enim græcum Νηπένθες est, compositum ex particula privativa νη & πένθος, luctus, quoniam scilicet tristitiam discutit, & hilaritatem inducit; quippe quod Homero teste, vino Convivarum Menelai, ad hunc producendum effectum, immixtum fuerit ab Helena, quæ hujuscemodi pharmacum a Polydamna Ægyptia Thonis Conjuge dono acceperat: hac autem virtute præditum esse nepenthes asserit loco citato, ut quicumque deglutierit illud, malorum penitus oblivi-scatur, neque tota illa die flere possit, etiamsi Pater, & Mater ei mortui fuerint, vel coram ipso filius trucidaretur, aut frater. Vocem porro istam transtulisse videntur chymici ad compositionem opiatam quæ dicitur Nepenthes Aurea Angeli Salæ ab Auctore descriptam *in Opiolog.*, vel etiam ad laudanum opiatum vulgare, ut liquet ex not. ad Boerhaav. (*de virib. medicament. cap.* 8. *de anodynis*).

XIII. *Si obstructa fit alvus, fœcesque induratæ, clysterem purgationi præmittere &c.*] Recte purgatio tunc succedit, cum humor evacuandus rite præparatus est, viæque ad sui expulsionem sunt antea expeditæ. Excedentis in eo qualitatis mutatione parari humorem manifestum est, ita quidem, ut si acer nimis, ac tenuis fuerit, diluendus sit, corrigendusque, si crassus, viscidusque, attenuandus, incidendus. Quæ nonnunquam præstari solent ab ipso pharmaco peccantis humoris conditioni accommodato. Ita acida pharmaca, cujusmodi sunt cremor tartari, tamarindi, aliaque id genus, biliosos, atque alchalicos humores compescunt, & corrigunt, & simul justa quantitate educunt, salina vero, atque acria apprime conveniunt in iis affectibus, qui a viscidis, lentisque humoribus progignuntur. In hunc finem pillulas aloeticas cum Mercurio ad pituitosam colicam commendavimus. Vix autem, ac ne vix quidem optato fine potiemur, nisi viæ expediantur, clysterem puta purgationi præmittendo, si obstructa fuerit alvus, fœcesque in crassis intestinis sint induratæ: Imo verendum est, ne dolor molestior fiat, & violentæ stomachi subversiones ex pharmaci licet mitissimi assumptione subsequantur.

XIV. *Alvo subducta olea stillatæ anisor. ment. cortic. citr. &c. S. Justinæ &c.*] Olea per destillationem ex plantis sale volatili oleoso fœtis elicita adversus quamplurimos morbos commendantur. Leucophlegmatia laborantibus, hypochondriacis, hystericis, apoplecticis, lethargicis prodesse communiter reputantur. Nullo tamen in malo majore laude efferuntur, quam in flatulento ventriculo, ut perbelle ait Cl. Boerhaavius *chym. tom.* 2. *proces.* 23. torminibus iliacis, colico dolore. Illud tamen diligenter cavendum est, ne a bilioso, acri, tenuique humore, ne a plethora, ac similibus causis oriantur. Hisce enim non solum profligandis inepta sunt, sed eosdem augere valent, aut confirmare. Eximiam porro operam præstant, si dolor a mucosa materia intestinorum parietibus adhærente, ab atonia fibrarum ortum traducat. Tenuissimæ enim, ac subtilissimæ partes ramosis partibus involvuntur, quæ cum diu in actione perrennent, lentis, mucosisque quisquiliis attenuandis, digerendis, laxis intestinorum fibris roborandis opportunissimæ existunt. Idem plane dictum velim de compositis mul-

tis

tis oleis volatilissimis, inter quæ eminet celeberrimum illud S. Justinæ Patavii, cujus accurata descriptio extat in lexico pharmaceuticochymico Jo: Bapt. Capello, quodque ad eosdem morbos vel externe adhibitum ceu potentissimum remedium prædicatur. Quæ indicare volui, ne adolescentes minus periti specioso anticolicorum titulo in fraudem inducerentur.

Ex decoct. theiform. fl. Chamomil.] Chamomillæ pariter usus insignis est in quamplurimis ventriculi, & intestinorum morbis, ubi discutiendum est, dolores mitigandi, & nervosis partibus placida exoptanda tranquillitas concilianda. Quare adversus cardialgiam, testantibus viris Cl. Foresto, atque Etmullero, adversus dolores colicos ejus decoctum efficacissimum, si quod aliud medicamen est. Oleum elegantissimum ex hujusce plantæ floribus arte chymica paratur coloris cœrulei, elegantia, atque amænitate ipsi sapphiro non cedens, quod docente Cl. Simon. Paulli eorum dotibus plane instructum est, atque illis, qui decoctum fastidiunt, cum tantillo sacchari in conveniente vehiculo propinari potest ad guttas aliquot. Sed hic pariter prudentia opus est, ut ejusdem usus calidis, ac biliosis interdicatur. Nempe laudati Paulli post C. Hoffmannum observatio est, olea essentialia stillatitia ventriculo esse infesta, atque adnotante Cl. Geoffroy (*Mat. Med. p.* 2.) usu diuturno, atque intempestivo ardorem accendere in ventriculo, & in renibus, sanguinem inflammare, in quibusdam sitim perpetuam excitare, in aliis calidum hydropem inducere. Ecquis igitur ejuscemodi olea nonnisi in frigidis, & a lenta, viscidaque materia oriundis morbis præscribat?

XV. *Remittente dolore pulv. Stomachi. Quercet. &c.*] Basis pulverum Stomachic. Quercetani radix Ari est, quæ, ut alibi ostendimus, tanta pollet acrimonia, ut verno tempore silente caule effossa, & gustata vellicationem per diem integrum in lingua relinquat, particularum valde tenujum, ac volatilium indicio manifestissimo, quæ propterea mucum viscidum, ac spissum ventriculi, & intestinorum parietibus tenaciter adhærentem incidere, attenuare, atque resolvere habent. Ea de causa in colicis doloribus a viscidà, & lenta pituita apprime conducit hæc radix. Ex his liquido constare arbitror in quanta obscuritate versentur qui ad causas istiusmodi affectionum vix ac ne vix quidem respicientes pulverem Stomachicum Quercet, veluti specificum omnibus, & singulis præscribunt. Quæ enim detrimenta in ægros emanatura non sint, si morbus a succorum acredine, a fibrarum spasmo, ac crispatura exoriatur?

Quolibet quinto, aut sexto die rhabarb. &c.] Rite tunc purgationem succedere, cum humor evacuandus rite præparatus fuerit, supra ostendimus. Id quod inter initia statim obtineri non potest, maxime urgente dolore, cui totis viribus occurrendum. Remittente igitur dolore, ac viscidis mucosisque quisquiliis attenuatis, solutisque, purgantibus locus datur, quibus sensim sensimque foras eliminentur. Quid autem præstantius, aut pro ægrorum opportunitate valentius rhabarbaro, quod cum peccantes humores educere valet, eosdem etiam corrigit, & paullo sicciores addendo particulas laxatas intestinorum fibras in pristinum sui elaterii statum restituit?

XVI. *Hisce succedant opportuno tempore in diuturniore affectu succi nastur. aquatic. &c.*] Dolores colici, qui a partium, & succorum ad chyli elaborationem concurrentium vitio ortum traducunt, contumacissimi morbi sunt. Depravatus enim chylus ubi in sanguinem pervenerit, nondum subactis, edomatisque vitiosis salibus, eumdem inficit, atque inquinat, unde ad glandulas, ac ductus in cavitatem intestinorum hiantes reflui morbi recidivam procreant. Tunc vero vix, ac ne vix quidem optato fine potiemur, nisi ad universalia remedia, quæ labefactatas primas concoctiones restaurant, glandularum abdominis fermenta corrigunt, ac viscerum naturalium tonum firmant, confugiamus. In horum censu veniunt

niunt præ cœteris fucci plantarum, quæ antifcorbuticæ temperatæ dicuntur, quæque falibus fœtæ funt nonnihil acribus, blandis tamen, atque nonnihil fubtilis olei, mitis tamen continent, unde fanguinis principia folvere habent, & fi quid lentum, ac vifcidum eft abftergere, & ftimulando folidas partes ad validiores contractiones excitare, unde fecretiones omnes in vifceribus naturalibus, excretionefque promoveri contingit, eorumdem fermenta corrigi, ac chylificationis opus in priftinum ftatum reftitui.

Ardente Sirio aquæ thermales acidulæ] Aquas thermales acidulas nefcio an cœteris omnibus anteponam. Remedium enimvero eft infinitis propemodum experimentis comprobatum. Ratio autem in hoc potiffimum fita eft, quod ferri divites funt, fpiritumque continent quemdam volatilem, ac fulphureum, quibus mucofas ventriculi quifquilias atteri contingit, tonum ejufdem confirmari, ac coctiones reftitui, in inteftinis vero acidum omne naturæ inimicum deftrui, & per infignes excretionum vias facile educi.

XVII. *Equo vehatur æger, aut motum quemvis &c.*] Equitatio præ cæteris teftante Cl. Sydenhamo ad ejufcemodi morbos profligandos plurimum valet. Vifcera enim omnia, præfertim vero imi ventris majorem in modum concutiuntur; hinc quod craffum eft attenuari contingit, quod hærens, impactumque dimoveri, fluidorum omnium excurfum promoveri, coctiones reftitui, ac pravos, vitiofofque fuccos per infignes excretionum vias extra corporis confinia eliminari. Motus quivis, & exercitatio moderata in aere aperto, & frigidiufculo, quoniam folidarum partium tonum confirmare habet, & fluidorum excurfum promovere, nunquam non bono emolumento effe poteft. Hinc Plinius, ut liquet *ex lib.* 3. *epift.* 1. mille paffus mane ambulabat; movebatur quoque pila vehementer; nam hoc exercitationis genere pugnabat cum fenectute; unde illi poft feptimum, & feptuagefimum annum aurium oculorumque vigor integer, inde agile, & vividum corpus.

Vino maturo abfynthite calido utatur] In iftiufmodi morbis adeft plerunque inertia bilis, quo fit, ut fœces minus fluidæ reddantur, inteftina minus follicitentur ad earumdem expulfionem, hinc alvus dura fiat, craffæ, vifcidæque fordes eorumdem tunicis adhæreant, hinc dolor. Ea igitur quæ bilis actionem augere valent, hic apprime convenire manifeftum eft. Virtute hac præftat vinum, quod tamen ex uvis maturis factum fit, & oleofis partibus conftet. Quod fi abfynthio alteretur, quam plantam ftomachi amicitia claram fecit, & calidum in ufum vocetur, nobiliffimum fi quod aliud evadit medicamentum. Spiritu enim volatili oleofo bilis analogo, quo præditum eft, vi ignis in motum adacto non folum deficienti bilis actioni occurrit blande ftimulando, & lubricando, fed ejufdem activiora principia folvendo efficit, ut crafforum humorum folutio, ac fœcum expulfio facilius habeatur.

XVIII. *In colica biliofa fola venæ fectio, nec non ol. amygd. dul. &c.*] Rem fedulo perpendenti non aliæ occurrunt indicationes in colica biliofa, quam fibras fpafmo conftrictas laxandi, emolliendique, humorum acrimoniam, tenuitatem, ac fervorem temperandi, dolorem dire ægros exercentem fedandi. Qui morbi caufam ad examen minus diligenter revocet, dici vix poteft, quam facile in fraudem inducatur, purgantia, aliaque id genus ftimulantia medicamenta, quæ in pituitofa eximiam operam præftant, ægris præfcribens. Nihil porro efficacius in colica biliofa venæ fectione, qua & copiam acrium, ac vellicantium humorum imminuimus, & fervorem nimium, atque impetum coercemus, & nervofo generi, fpiritibufque animalibus in turbas actis placidam exoptandam tranquillitatem conciliamus. Illud enimvero remedii genus eft, quo folo graviffimas iftiufmodi colicas affectiones debellatas fuiffe & Riverii, & Sydenhami

mi, & Hoffmanni, aliorumque obfervationibus compertum eft.

Si de oleo amygd. dulc. fermo fit, nonne ramofis fuis partibus acria humorum fpicula invertere habet, imparefque reddere ad mordendum, ac vellicandum, fpafmodicas nervearum fibrillarum conftrictiones laxare, & fimul lubricando alvum blande fubducere?

Injectis ter, quater, & ultra in die Clyfteribus ex. decoct. radic. alth. tuffil. &c.] Quoniam vero tanta eft nervearum partium ficcitas, ac crifpatura, atque acrium, & vellicantium humorum parietibus inteftinorum adhæfio, ut impar fit quandoque oleum amygd. dulc. ad eafdem ea ratione afficiendas, qua prædictorum humorum per alvum præcipitatio, ut ajunt, haberi queat, unde verendum eft, ne oleum diuturna in inteftinis mora, & loci calore, & vifcerum adjacentium affetur, comburaturque, & acrimoniam empireumaticam acquirens vellicando magis magifque morbum adaugeat, falubre eft accuratiorum practicorum confilium Clyfteres emollientes, feu ex decoctione plantarum, quæ fuccum pinguem, tenuem, & blandum continent, cujufmodi funt rad. alth. tuffilag. malv. lil. albor. fl. malvar. verbafc. aliaque id genus, paratos adhibere, quæ decocta fpeciem emulfionis lubricantis conftituunt (*Boer. de virib. medic.*) qua totus inteftinorum canalis a pyloro ad anum ufque laxatur, & per mirabilem nervorum ad inteftina confluentium cum vifceribus fere omnibus humani corporis confenfum, quies toto nervofo generi conciliatur; unde & alvum fubduci contingit, & fpafmos, dolorefque remitti.

XIX. *Hifce fruftra adhibitis, Man. ℥ i. .s. ol. amygdal. dul. &c.*] Clarum hoc medicamenti genus experientia fecit. Narrat Riverius *prax. tom.* 1. *lib. v. cap.* 1. obfervatum fuiffe ægrotum quemdam, cui triginta Clyfteres fine fructu injecti fuerunt, hoc remedii genere convaluiffe. Eft Manna fuccus pinguis ex arboribus quibufdam, Orno, Laryce, in primis vero e Fraxino exfudans, ut teftimonio, & obfervatione Jo. Raii, cujus meminerunt Sam. Dalè in *pharmacop. p.* 2. *p.* 449. nec non Charas in *pharmac. Reg. p.* 300. confirmatur, atque in foliis potiffimum excrefcens, qui faponaceo, atque abfterfivo fapore donatur. Si oleo amygd. dulc., & jure pingui folvatur, fua faponacea virtute lubricandi vim intendit, conftrictas inteftinorum fibras mulcet, lenit, & laxat, abfterfiva vero nonnihil ftimulat: unde aptiffimum ad acres nonnihil tunicis inteftinorum adhærentes humores educendos evadit medicamen.

XX. *Ad opiata tandem deveniendum.*] Plerique in colica biliofa, etiamfi dolor ferri vix ullo modo præ vehementia poffit, ab opiatis cane pejus, & angue abftinent, verentes, ne Paralyfi, quæ folet quandoque morbo fupervenire, occafionem præbeant. Anfam dedit fufpicioni Baglivus, ubi ait: *Cave ne opiata copiofius exhibeas, folet enim poft opiata magnus fudor fupervenire, & exinde paralyfis.* Quod fic accipias velim, ut intelligas ab opiatis tandiu abftinendum effe, quandiu eifdem utendi urgeat neceffitas. Qui mos præcipue fuit Arabibus Medicis, Methodicifque. Qua de re infignis extat locus apud Celfum *lib.* 5. *cap.* 25. dum ait: *Anodyna vocant, quæ fomno dolorem levant. Quibus uti nifi nimia neceffitas urget, alienum eft; funt enim ex vehementibus medicamentis, & ftomacho alienis.* Cæterum opiata dato tempore, & occafione adhibita non folum quidquam mali afferre non poffunt, fed nullum iifdem efficacius, aut pro ægrorum opportunitate valentius datum eft Medentibus invenire remedium. Sententiæ favet Tovuneus, qui adverfus opinionem illorum, qui opiata Paralyfim accelerare opinantur, teftatur fe indubitata experientia doctum larga manu illa non modo innocue, fed femper cum faufto fucceffu adhibuiffe. Quid quod diligentiffimus ille obfervator Sydenhamus cæteris omnibus præfidiis opiata anteponat?

XXI. *Aqua hordei calida copiofe exhibeatur*] Veteribus Medicis folemne fuit

colicam biliofam & calidiorem ufu aquæ frigidæ pertractare. Galeni monitum eft, urgente fiti, & calore ad aquam frigidam confugiendum effe, *lib.* 12. *meth. med. cap.* 7. Hippocrates ipfe *lib.* 3. *de morb. n.* 6. aquam frigidam febris ardentis remedium effe tradidit. Quem fequuti Celfus, Riverius, Septalius, aliique fe faufto eventu aqua frigida tum copiofe per os affumpta, tum ventri applicita ufos fuiffe teftati funt. Quod etiam confirmat Amatus Lufitanus, qui fatetur fe colicam biliofam fubito incantamenti ad inftar fuftuliffe. Qui mos apud plerofque hodie fic invaluit, ut omni alio cibo, potu, medicamento prohibito, ægris & nive perfrigeratam aquam præbeant, & univerfum corpus nive perfundant. Nifi tamen fervetur divini Hippocratis monitum, actu frigida nec confeftim admovenda effe, nec multum frigida, vereor ne duræ, rigidæ, atque inextenfiles reddantur vaforum tunicæ, ut fluidis libera circulatione trajiciendis impares evadant, hinc & fanguinis, & fpirituum motus, in quo vita confiftit, intercipiatur, atque æger in vitæ difcrimen adducatur. Qua de re vid. *com. in aph.* 2. *cap. iv.* Dici vix poteft, quam infenfum naturæ fit plurimum atque repente refrigerare, ut Hippocrates *fect. v. aph.* 24. teftatus eft. Quod fi nimiam fluidorum ebullitionem, fermentationem, calorem compefcere valeat aquæ tepidæ ufus, acres, vellicantefque particulas difpartiendo, diffociando, eafque per infignes excretionum vias facile eliminando, cur hac potius, quam frigida aqua non utar? Quem vadem dabimus nullum ab ufu aquæ calidæ ægro detrimentum creari poffe? Nemo ignorat ebulliendo aquam afperitatem, rigiditatemque amittere, læviorefque fieri, ac magis politas ejufdem particulas, feu quod eodem recidit ad fluendum paratiores, ad diluendum aptiores, ut oftendit Cl. Boerhaavius *de vir. medic.* Cum ergo aqua calida magis diluat, fervori quoque nimio, atque effervefcentiæ compefcendæ opportuniorem exiftere manifeftius quidem eft quam ut ullis rationibus poffit comprobari. Adeo a veritate alienum eft aquæ calidæ ufu flatus elevari, humorumque fermentationem, atque ebullitionem Colicæ caufam perperam habitam promoveri, qua perterriti plerique a tanto remedio abftinuerunt.

Semicupium inftituatur emolliens &c.] Semicupium vel ex oleo olivar. vel ex aqua emollientibus plantis alterata paratur. Alterutro horum totius corporis fibras nimium conftrictas, tubulofque omnes claufos mirum in modum relaxari contingit, acres vellicantefque humores temperari, dimoveri, & qua data porta extra corporis confinia educi. *Nocent*, inquit Bayerus, *balnea impuris omnibus corporibus, hinc præmitti debet purgatio, vel potus*. Quod indicare volui, ut intelligerent Adolefcentes in graviori affectu cæteris fruftra adhibitis ad Semicupium deveniendum effe.

XXII. *In diuturniore affectu, & fæpe recurrente, ad aquas thermales acidulas &c.*] In delectu aquarum thermalium hærent nonnulli dubii, atque ancipites, verentes, ne fi ad acidulas deveniant, nimis exagitent, commoveant, unde morbus augeatur, aut confirmetur; fi ad infipidas, nulloque activiori principio præditas, congeftionibus refolvendis, vifcerum vitiis tollendis impares fint. Qua in re fi quid fentio, utrafque locum habere, fi diverfa morbi tempora fpectentur, facile judicaverim.

Enimvero quid mali pertimefcendum ab ufu acidularum, fi non in paroxyfmo, & urgente dolore, ac fpafmo, fed extra paroxyfmum, & ad præfervandum in ufum vocentur? Spafmum, & convulfionem plerunque atonia fibrarum fequitur. Ad prava igitur vifcerum fermenta corrigenda, acres quofcumque naturæ inimicos fuccos deftruendos, ac per infignes excretionum vias eliminandos, coctiones reftituendas, ventriculi, & inteftinorum tonum confirmandum nefcio an cæteris omnibus anteponam. Acidulas certe Recobarii (cur non aliæ innumeræ?) in co-

colicis inteſtinalibus, cum ita ægri torquentur, ut ſæpe quemadmodum notat Sennertus convulſionem reformidemus, efficaciſſimas eſſe, ac plane mirabiles teſtatus eſt Cl. Gratianus (diſ. de font. acid. Recob.) *Vix enim*, inquit, *ullus dubito, quin hac de cauſa hujus fontis pretium plurimum augeatur*. Quod ſi quis uti velit infipidis aquis, nulloque activo principio præditis, cujuſmodi ſunt Nocerianæ, non eſt cur multum pugnemus. Præterquam enim quod acribus, vellicantibuſque humoribus diluendis, & terra calcaria, qua fœtæ ſunt, abſorbendis, ac præcipitandis, ſpaſmis præterea ſolidarum partium relaxandis copia, & pondere exiſtunt opportuniſſimæ.

Tandem ad Lac confugiendum] Pravis, vitioſiſque ſtomachi, & inteſtinorum ſuccis eductis, atque univerſa ſanguinis maſſa temperata, bilioſarum, acriumque particularum in ſanguine abundantium copia imminuta, quid uno lacte præſtantius, aut pro ægrorum opportunitate valentius? Eodem læves, politaſque particulas in ſanguinem invehi contingit, acres bilioſaſque temperari, ineptaſque reddi ad vellicandum, ac ſtimulandum, conſtrictas fibras emolliri, laxari, atque ab ulteriori vellicatione præſervari. *In doloribus colicis*, inquit Ballonius *com. in lib. Epid. p.* 98. *iiſque bilioſis lactis uſum valde contuliſſe vidi. Et tametſi Hippocrates lactis uſum interdicat dum ſunt dejectiones bilioſæ, tamen niſi inſignis aliqua ſit febris quæ corrumpit lac, ab eo abſtinendum non videtur*. Si Sydenhamum audimus, tanti facit lactis uſum, ut ſi quid in ſumma rerum anguſtia ſperari poſſit, id ab uno lacte ſperari jure poſſe confidat: quod obſervationibus confirmavit inquiens: *Mulieres aliquot cum affectibus hyſtericis diu conflictatæ, maximeque ea ſpecie, quam ego colicam hyſtericam appello, tandem ſolo lacte aliquandiu veſcentes convaluere*.

XXIII. *Hyſtericam colicam ſolum laudanum liquidum &c.*] Nonnulli cum animadverterint in colica bilioſa, & hyſterica varios humores virides flavos, aut alterius coloris per vomitum excerni, cathartica medicamenta in uſum eſſe vocanda exiſtimant, ut qua data porta extra corporis confinia protrudantur, ſicque ceſſante irritatione, quam in nerveas fibrillas inducunt, morbus profligetur. Qui in quanta obſcuritate verſentur dici vix poteſt. Vomitus enim a ſucco, qui a ventriculo, & qui a glandulis inteſtinorum Peyeranis extillat, a reliquiis ciborum, a ſucco pancreatico, bilioſo ob inverſum duodeni motum in ventriculum regurgitantibus dependet, quem vomitum patiuntur illi, qui curru vehuntur, qui navim conſcendunt, qui cæteroquin in perfectiſſimo valetudinis ſtatu ſunt conſtituti. Si ullo in caſu verendum eſt, ut purgantia ſæviſſimum dolorem efficiant colicum, ut Foreſtus *lib.* 21. *obſ.* 13. ac Bartholinus *hiſt. anat. cent.* 4. *obſ.* 23. teſtantur, id maxime verendum eſt, ubi ſpirituum perturbatus, atque inconcinnus motus eidem occaſionem dederit. Quod ſedulo perpendens Sydenhamus vel ipſis enematis leniſſimis prorſus abſtinendum eſſe, ac ſtatim ad ſuum illud tantopere præſtans laudanum confugiendum, & in illius uſu perſiſtendum eſſe haud dubie affirmavit. Et ſane quid ad inordinatos, atque effrænes ſpirituum motus compeſcendos opio, & ex iis paratis medicamentis efficacius?

Præmiſſa venæ ſectione, ubi ſuppreſſio ſit menſium &c.] Non eſt ſilentio prætereundum nonnullos in ea fuiſſe opinione, ut crederent ſanguinem, qui per vaſa uteri certo, ſtatoque tempore excerni ſolet, in iiſdem vaſis detentum hyſtericis affectionibus anſam præbere. Impuras autem, ac fœculentas tantum ſanguinis particulas excerni putabant; idcirco verebantur, ne totam ſanguinis maſſam inficerent, ſpiritus quoque animales conſpurcarent, unde in vehementes turbas abirent. Verum cum hodie ſaniorum Medicorum uno conſenſu ſtatutum ſit Menſes a ſolo ſuperfluo ſanguine cæteroquin optime, & naturaliter conſtituto in uteri vaſa propter peculiarem ejuſdem ſtructuram delato Menſium fluxum

pendere; imo hystericæ affectiones & virginibus pueris antequam menstruas purgationes patiantur familiares sint, & adultis, & vetulis, & fœcundis mulieribus, & sterilibus, & in quibus Menses immodice fluunt, illorum sententiam corruere manifestius quidem est, quam ut ullis rationibus possit comprobari. Itaque venæ sectio in hystericis mulieribus, quibus menstruæ purgationes deficiunt, non eo sane consilio instituitur, ut menstruus fluxus revocetur, (quod difficillimum) sed ut vasa a distentione liberando, ac materiem proximam spirituum educendo solidis partibus laxitatem, atque placidam exoptandam tranquillitatem conciliemus, atque hac ratione anodynis, opiatisque viam aperiamus, ut luculenter tradit laudatus Sydenhamus.

XXIV. *Vid. Cap.* 11. *aph.* 15.

Qui tantam causarum varietatem ad examen sedulo revocaverit, nullus dubito, quin specificis medicamentis plus tribuat quam par est. Ut innumera fere mittam, quorum accurata descriptio extat apud Cl. Tozzium, aliosque, nolo silentio prætertire stercoribus quorumdam animalium suam laudem non defuisse in Etmul. *Schrod. Diluc. p.* 1. *sect.* 3. *p.* 223. Boerhaavius ipse experimento didicit, Animalium stercora continere salem quemdam ad nitri naturam accedentem, qui intestinorum spasmis sedandis, ac nimio humorum fervori compescendo existit opportunissimus. Apte tamen in hunc locum cadit, quod Cl. Juncherus (*consp. therap. gener. p.* 345. & 46.) de istius generis medicamentis, ac præsertim de stercore equino effatus est: *At ubique non modo remedium est elogiis impar, sed & multis nauseosum; ideoque talibus relinquendum, qui jucunditatem ex ipsius usu percipiunt.*

C A P U T VI.

De lumbricis.

I. VErmes nullibi frequentius, quam in cavo intestinorum stabulantur.

II. Horum tria sunt genera. Teretes, qui plerunque illeon occupant, lati, qui totum intestinorum canalem, ascarides tandem, qui rectum.

III. Animalcula sunt vermes ex minimis ovis nobis connata tandiu innocua, nec hominibus infensa, quandiu

IV. Alimenta crassa, viscida, ac facile putrescentia, lactis ingurgitatio, ingluvies pueris familiaris, habitus serosus, humidusque, bilis inertia, autumnus humidus, & inæqualis insigni eorumdem proventui occasionem præbeant, vel dulcia, mellita, saccharina, horæi, acidique fructus ingesti eosdem irritent, vel pituita intestinalis, seu gastrica, in qua nidulantur, corrumpatur, pravumque halitum mittat.

V. Inappetentia, aucta fames, dolores stomachi, tormina graviora vacuo ventre, & eorumdem remissio sumpto alimento, sensus globi ad gulam ascendentis, & suffocationis, alvus, & urina modo immodice fluens, modo suppressa, oris fœtor peculiaris ad aciditatem vergens, aphonia, alternus faciei rubor, & pallor, tussis sicca, narium pruritus, dentium stridor, pavor in somno, delirium, epilepsia, vertigo, convulsiones artuum, cordis palpitationes, extremorum refrigerationes, aliaque id genus vermes

in

in inteftinis nidulantes plerunque comitari folent. At nifi vermes per os, aut alvum dejiciantur, his parum, aut nihil fidendum.

VI. Ubi corpufcula quædam cucurbitæ feminibus analoga cum fœcibus exeant, latis vermibus laborare ægrum cenfendum.

VII. Afcarides molefta titillatione ad anum, prurituque infigni, quem Syncope non raro excipit, ac frequenti tenefmo fe produnt.

VIII. Convulfio a verminatione cum halitu ab ore fœtidiffimo, & mortuorum vermium excretione lethalis.

IX. Quam bene cedunt in curatione anthelmintica cum purgantibus propinata!

Æthiope Minerali a gr. xii. ad ℈ i. & radic. Mechoac. f. p. a ℈ s. ad ℈ i. ex fyrup. cortic. citr. vel confer. flor. perficor. uti foleo.

X. Si convulfiones adfint, prius oleo amygd. dulc. leniendæ.

XI. Quibus bis, terque propinato medicamento purgante purgatio non fuccedit, iis medicamentum purgans dare amplius non oportet.

XII. Neque Clyfteres ex dulcibus, mellitis, & ex lacte tuti funt.

XIII. Acida, ubi æftus adfit fummus, & bilis fervidior peccet, ubi putredo humorum, dejectiones alvinæ enormes, eximiam operam præftant.

XIV. Ubi craffities humorum, & bilis inertia adfit, amara potius vifa funt convenire, inter quæ rhabarbarum præftat.

XV. Aqua pariter Tetutiana efficaciffimum, fi quod aliud, medicamen eft adverfus ejufcemodi morbos.

XVI. In diuturniore affectu ad aquas acidulas Recobarii deveniendum, vel fimiles.

C A P U T VI.

De lumbricis.

I. VErmes *nullibi frequentius, quam in cavo inteftinorum &c.*] Nulla fere humani corporis pars eft, in qua vermes reperti non fuerint. In corde, ejufque pericardio, in cerebro, pulmone, hepate, renibus, vefica, dentibus cavis obfervatos fuiffe tradunt paffim Scriptores magni, & docti. Exempla proftant in Act. R. S. A. P. Londin. ephemeridibus Nat. Cur. in SchenKio, Bartholino, Hildano, Forefto, Tulpio, Boneto, aliifque qui obfervationes permultas, atque hiftorias collegere. Maxime illuftris eft illa Cl. Ruyfchii, qui (*adverf. anat. Dec.* 3. *p.* 18.) in imis offium cavitatibus chryfalidum, feu nympharum exuvias detexiffe teftatus eft. Adeo verum eft vel in abfconditis quibufcumque, atque intimis receffibus ftabulari. Ventriculum tamen, & inteftina omnium opportuniffima effe vermibus affervandis loca facit blandus eorumdem, placidufque vermicularis motus, longiffimi canalis anfractus, circumgyrationefque variæ, ac miræ circumvolutiones, chyli in iifdem elaboratio, excrementorum feparatio, adjacentium vifcerum fotus, temperatufque calor. Miti enim calore vivificantur, chyli reliquiis, & excrementis nutriuntur, crefcunt, augentur, in flexuris inteftinorum fefe abfcondunt, ita ut a placido illo periftaltico motu e fua fede, nidoque dimoveri, atque deturbari minime poffint.

II. *Horum tria funt genera. Teretes, qui &c.*] Vermes in teretes, latos, & afca-

afcarides diviferunt Veteres fere Medici. Teretes frequentiffimi omnium funt, & fatis noti. Nifi enim aliquanto albidiores fint, ad terreftres quam maxime accedunt. Illis autem omnino fimiles extra humanum corpus intueri adhuc datum non eft hominibus: (qua de re plura inferius) In tenuibus potiffimum inteftinis, jejuno nimirum, & illeo latitare id maxime fuadere videtur, quod per os frequentiffime, quandoque per nares vomitu ejiciuntur; a tenuibus enim facillime in ventriculum afcendunt, nerveas autem ejufdem fibrillas molefte afficiendo in violentas, & non ordinatas contractiones follicitant, ac vomitum quocum ejiciuntur excitant. Quamquam vero fæpe ac fæpius per alvum dejiciuntur. Illei membranas, quibus firmiter inhærent perforaffe, & abdominis cavitatem penetraffe oftendit Cl. Hildanus (*obf. cap.* 1. 57.) Ex umbelico pueri octennis exulcerato lumbricum teretem fex, vel feptem digitos longum evulfum, ex tumore vero aperto in inguine Chirurgi manu duos lumbricos inteftinalibus omnino fimiles rofione facta exeuntes videre eft apud Jo. Allem *Syn. univ. Medic. art.* 690.

Lati] Ad latorum vermium hiftoriam quod fpectat, fcire intereft tænias græce, ideft fafcias appellari, unde & fafciati quoque vermes appellantur. Fafciolam autem perbelle referunt, fi caput, & caudam excipias, quæ in acutum definunt, quibus tamen non raro carent. Ad infignem longitudinem extendi folent. Obfervationibus enim Cl. Plateri, Baglivi, aliorumque compertum eft tænias longitudine triginta, & quadraginta pedes æquaffe. Cæterum duos, octo, & decem pedes menfura excedere, a plerifque obfervatum eft. De hifce vermibus confulendus præfertim eft Cl. Dan. Le Clerc. hiftor. lator. lumbricor. Latum vermem quindecim circiter ulnas longitudine æquantem Bononiæ vidi penes virum præftantiffimum, amiciffimumque Jo. Montum Inftituti S. A. B. Mufæi præfidem, atque hiftoriæ naturalis profefforem folertiffimum. Plures in inteftinis non adfunt ejufmodi lati vermes, fed unicus ut plurimum, qui propterea folium appellatur, quod Cl. Andrii Med. Parifienfis magni nominis, qui de vermibus in humano corpore genitis egregium tractatum idiomate gallico confcripfit, affirmavit. Aft alii binos quandoque, imo plures hofpitari putant. D. Hageunot (*Memoir de l' Acad. Vol. xvii. p.* 484.) tæniam in ventriculo felis, aliamque in duodeno fe reperiffe teftatus eft. Quæri tamen poteft, an hicce diftinctus ab altero vermis fit, an potius portio ejufdem. Hinc lis orta inter philofophos. Nonnulli in eam opinionem venerunt, ut crederent tæniam vermem effe unicum adeam, quam diximus, longitudinem extenfum. Plures vermes latos fimul invicem arcte excipi, atque uniri, & fafciam veluti quamdam conftituere longiffimam judicarunt alii. Fulcit horum opinionem id maxime, quod geniculis tranfverfis per totum divifus confpicitur latus lumbricus, & fi forte extremitates duas, quæ prope nodum funt, disjicias, lumbricum in plures difpartiri lumbricos fine ullius lacerationis indicio haud injucundo fpectaculo deprehendes. Quid ipfe obfervaverim paucis habeto. Mulier quædam infignem latorum vermium copiam feptem, vel octo circiter digitos tranfverfos longitudine æquantium, & viventium ejecit. Quæ res cum admirationem in adftantibus commoverit, placuit eofdem in apto loco fervare, ut intueri illos, ac judicium ferre fuum accedens Medicus poffet. Mirum dictu paulo poft plurimos fimul arcte unitos fafciam decem circiter pedes longitudine æquantem, & diftinctis geniculis divifam, cum prius non effet, conftituiffe. Cur ergo idem in inteftinorum cavitate plane fieri non dicamus? Quam proni funt Medici ad hujufmodi conjecturas? Si ita res habeat, jam liquido conftare arbitror, qui fieri poffit, ut plures, iique fatis longi effe poffint in inteftinis vermes tæniæ. Sufficit, ut in longo inteftinorum tractu, quæcumque demum caufa fuerit, disjungantur. Fafciam, quæ uni-

unica inteftinorum canalem occupabat, in plures difpartiri manifeftiffima res eft. Quidni liceat conjectare curcurbitinos, quos a fafcia diftinctos effe vermes fufpicati funt nonnulli, diftinctum genus non conftituere, fed eorumdem minimas portiones effe?

Afcarides tandem &c.] Afcaridibus nomen dedit Galenus. Sunt autem tenues, breves, minuti, ac numerofiffimi vermiculi magnitudine, craffitie, & tota fere figura acubus fimiles in inteftino recto, & juxta fphincterem mufculum nidulantes. Fibras ejufdem moleftiffime vellicant, mordent, ac corrodunt, hinc tenefmo infigni laborantes ægri infignem eorumdem numerum cum excrementis ex ano ejiciunt.

III. *Animalcula funt vermes ex minimis ovis nobis connata &c.*] Quo modo in humano corpore generentur vermes, quæftio eft inter philofophos maxime illuftris. Sunt enim, qui volunt vermes in humano corpore ex ovulis infectorum gigni, atque opinionem hanc fuam plurimis, ac fatis firmis rationum momentis fulciunt. Innumera fere funt infecta, quæ poft fæcundum inter fe coitum ovula fua in herbas, flores, fructus, aliaque efculenta, ac potulenta deponunt. Hæc five ab hominibus immediate ingerantur, five a brutis in efcam hominum cedentibus devorentur, in humanum corpus tranfmittuntur, unde blando ventriculi, inteftinorum, aliarumque partium fotu, ac calore vivificata in reptilia animalia convertuntur. Præterquamquod aerem ipfum, quem infpiramus, & deglutimus, innumeris ovulis refertum effe experimentis nobilium phyficorum compertum eft. Huc accedit in efculentis quamplurimis, in ipfo aere vermiculos vivos exiftere, ingeftos porro, ac deglutitos pro varia minimarum eorumdem partium expanfione, variam quoque formam, non fecus ac in terrenis contingit, induere. Cum vero deprehendant in pueris folo lacte vefcentibus nulla adeffe vermium indicia, atque eadem non prius apparere, quam fi alia edulia verminofo feminio fæta affumant, non folum ad fufpicandum, fed ad vehementer credendum adducuntur humanos vermes ab infectorum ovulis exoriri. Infinitus enimvero fim, fi fingula percenfere numerando velim, aut explicare dicendo, quæ a D. Nicolao Andrii (tract. cit.) aliifque pro hac fententia afferri folent, ut qui aliter fentiat garrire, & fomnia narrare videatur. Verum non defuerunt, qui eamdem altiori voce damnarunt, & e medio tollere, quantum illis fas fuit, conati funt. Qui fere funt, qui lumbricos ingenita nobis effe animalcula cum Cl. Vallifnerio autumarunt, qui cum naturalem omnem hiftoriam luculenter pertractaverit, de vermium in humano corpore generatione egit luculentiffime. Dici vix poteft quam apte præclarus Auctor argumentis a Cl. Andrii, aliifque allatis fatisfaciat omnibus.

Et primo quidem quod attinet ad vermes, quos oriri ajunt ex ovis infectorum cum herbis, floribus, ac fructibus, & ipfo aere ingeftis, ac deglutitis, diverfæ omnino fpeciei funt, propterea ne humani quidem: hinc fi nafcuntur, quod credi vix poteft, fimul ac nati funt pereunt defectu vel alimenti, vel congrui, atque ipfis opportuni nidi, vel aeris liberi, & aperti, aut a calore nobis infito, & fermentis infignis efficaciæ, atque activitatis perirent. Præterea humani vermes nunquam in chryfalides, aurælias, & nymphas convertuntur. Deeft enim placidus, quietufque locus, atque eorum naturæ accommodatus nidus, ut fiant illæ mutationes, quæ ad novum omnino animalis genus conftituendum neceffariæ funt. Itaque fimiles non effe perfpicuum eft. Apte cadit in hunc locum animadverfio illa Cl. Ruyfchii (*adver. anat. Dec.* 1. *p.* 18.) *quod in humano corpore generentur vermes, tam diverfa forma difcrepantes inter fe, ita tamen differentes ab omnibus aliis in natura rerum unquam repertis, ut nufquam iis fimilem ullum homini datum fit intueri extra humanum corpus.* Quid quod obferva-

tio

tio illa in pueris ſolo lacte veſcentibus nulla adeſſe vermium indicia, nec prius eadem apparere quam edulia verminoſo ſeminio fœta aſſumant, falſa eſt? Non ſolum enim in pueris, ſed vel in fœtibus adeſſe vermes evincit Hippocratis obſervatio (*lib.* 4. *de morb.*) Cuinam magis ſubcenſeam? *At nunc*, inquit, *de lumbricis latis dicendum. Eos enim in puero dum adhuc in utero eſt gigni aſſero: Teretes lumbrici iſthic eodem modo naſcuntur*: atque obſervationem probat ſubdens: *Ubi pueri in lucem ſunt editi, iis mulieres hæc medicamenta cibo in os indito afferunt, ut ſtercus ex inteſtino exeat, & minime aduratur, ſimulque ut inteſtinum dilatetur. Quo cibo in os indito multi ſane pueri tum rotundos, tum latos lumbricos una cum primo ſtercore per alvum dimiſerunt. Multi ſane pueri &c.* An deceptum fuiſſe Hippocratem fas ſit ſuſpicari? Nemo dixerit, qui hominis ingenium, mentis perſpicuitatem, dexteritatem in obſervando, & accurationem noverit. Quamquam ne ſciolos quidem, ac tonſores multis, ac frequentibus obſervationibus decipi cenſendum eſt, nedum Hippocratem. At obſcurum eſt; inquies, qua via ovula hæc in inteſtina deferantur, quam difficultatem effugiunt, qui vermes in humano corpore ex ovulis inſectorum naſci exiſtimant, eaque cum herbis, floribus, fructibus, pultibus, juſculis, carnibus, aliiſque in eſcam hominum cedentibus ingeri, ac deglutiri. Rem facillime expediunt, qui fingunt ſibi, aut imaginantur ovula hæc copioſiſſima eſſe, duriſſima, ſolidiſſima, minutiſſima, quam maxime tenuja, ideoque in lactearum venarum poros commodiſſime ſeſe inſinuare, ſanguini immiſceri, & ad fœtus per venam umbilicalem tranſmitti. Quamquam ubi in ſanguinem matris irrepſerint, una cum lacte in ſtomachum, atque inteſtina deferri rationi conſonum eſt. Quid vetat quominus philoſophus id ſibi pro neceſſitate fingat, aut imaginetur? Jam enimvero habet, quo innumera fere phænomena explicet commodiſſime; primum cur verminatio hæreditarius ſit morbus. Cum enim in ſanguine minutiſſima illa ovula contineantur, eodem vero nutriatur fœtus, parem ovulorum numerum recipiendo aptum eſſe manifeſta res eſt, iiſdemque de cauſis vivificari, augeri, creſcere. Patet etiam cur illi, qui duram alvum habent minus obnoxii ſint verminationi, magis vero qui ſolutam. Alvo enim libere fluente ova inter rugas inteſtinorum recondita, eiſdemque firmiter adhærentia difficillime avelluntur, atque una cum fæcibus per alvum demittuntur. Contrarium ſuccedit in alvi duritie, fæcibuſque induratis.

Alimenta craſſa, viſcida &c. lactis ingurgitatio &c.] Vermes hominibus infeſtos evadere, cum copioſior habetur eorumdem numerus, quam omnes in inteſtinis contineri poſſint manifeſta res eſt. Omnia igitur, quæ aptum vivificandis ovulis nidum, vivificatis nutrimentum, ac pabulum præbent, quo augeantur, creſcant, verminationi tribuere luce clarius apparet. Huc ſpectant alimenta craſſa, ac viſcida, quæ difficillime a ſtomacho ſolvuntur, minus ſoluta diuturna in ventriculo mora corrumpuntur, ac putreſcunt, huc lactis ingurgitatio, quod facillime acorem contrahit, ac corrumpitur, unde aptus vermibus nidus, ac nutrimentum.

Ingluvies &c.] Invaluit vulgo puerum fame non laborantem ægrotare. Mirum autem quantum a continuo, & nunquam intermiſſo alimentorum cujuſvis generis uſu turbetur illa placida quies tantopere neceſſaria ad chyloſim rite perficiendam. Huc accedit varia, ac diverſa alimenta difficillime attenuari, ac ſubigi, & ſi quæ prava ſint, cæteros bonos, laudabileſque ſuccos corrumpere, unde aptus vermibus nidus, ac nutrimentum, hinc eorumdem inſignis numerus.

Habitus ſeroſus, humiduſque.] Habitum ſeroſum, humidumque conferre ad copioſiorem vermium proventum facit potiſſimum obſervatio, infantes, qui tali

habitu

habitu donantur, vermibus maxime obnoxios effe, & Hollandis, qui laxiori fibrarum textura funt præditi, lumbricorum Epidemicas conftitutiones familiares effe. Neque hujufce rei ratio in arduo pofita. Siquidem in his organa chylificationi dicata atonia peccare contingit, fuccos autem gaftricos craffitie, vifciditate, & lentore, unde cruditates in ftomacho, & inteftinis generari contingit, quibus ovula vivificantur, crefcunt vermes, multiplicantur.

Bilis inertia &c.] Dum chylus per pylorum in inteftina defcendit, veluti cafeofus, & craffis, vifcidis, impurifque particulis onuftus bili mifcetur. Hunc fale fuo volatili oleofo, ac faponacea virtute intime penetrat, fcindit, attenuat, aquea oleofis mifcet; (oleofum enim corpus fine falis interventu commixtionem aquæ non patitur, hinc faponarius liquor jure optimo dicitur bilis) lævem, mobiliorem, & fluidiorem reddit, partium fæculentarum feparationem promovet, ut purus per lactea in fanguinis maffam propellatur. Si bilis inertia adfit, corrumpi eumdem contingit, & aptum vermibus nidum, ac pabulum præberi, unde copiofus eorumdem proventus. Apte hinc Helmontius: *Ubi deficit bilis, ibi lumbricorum patria*. Liquet ex his cur juvenes, in quibus bilis vividior adeft, verminationi minus obnoxii fint, quam pueri.

Autumnus humidus, & inæqualis.] Non alia de caufa certa anni tempora, autumnus præfertim humidus copiofo vermium proventui anfam præbet, quam quod folidas partes majorem in modum relaxat, ita ut ineptæ evadant ad munia chylificationis rite obeunda, unde chyli corruptio, quo vermes tantopere delectantur. Epidemicam ab hac caufa vermium conftitutionem repetendam effe cenfuit Frid. Hoffmannus (*de verm. fect.* 9.) Quod antea adnotarunt Hippocrates & Galenus in com. Hippocrates *de morb. pop. in principio*: *In Autumno*, inquit, *ferini fiunt ftomachi dolores, & vermes Afcarides nuncupati vefpere infeftant*. Autumnum quoque ferinum appellavit Hippocrates; Galenus autem non aliam hujufce rationem affignavit, quam quod in autumno gignuntur Afcarides, & Lumbrici. Cum vero Hippocrates (*coac. lib.* 6. *Epid. p.* 7. *& lib.* 4. *de affect.*) genus iftud Animalculorum θηρία appellaverit, quod latinis audit fera, non defuere, qui ferinos illos ftomachi dolores pro doloribus a vermibus oriundos habuerunt.

Vel dulcia, mellita, faccharina &c.] Cum nonnulli vidiffent a dulcibus, & mellitis rebus, a fructibus horæis, acidifque ingeftis fymptomata verminationis propria fe prodere, in eam opinionem venerunt, ut crederent ova in iftis condi, quæ in ftomachum, & inteftina delata vermes progignerent. Verum crediderim cum Cl. Vallifnerio propter experimenta a viro diligentiffimo Francifco Redio inftituta (*offervazion. degli anim. c.* 119.) a fructuum, aliarumque fimilium rerum abufu excitari dolores inteftinales propter vermes jam exiftentes prius, irritatos a fucco male digefto, acido, crudoque chylo tenerrimæ eorumdem, atque molliffimæ ftructuræ infefto, quo fit, ut fugam quærentes in inteftinorum parietes quaquaverfum impingant, ac ftimulo eifdem fint, & moleftiæ. Succo uvæ diu appenfæ, quæ faporis amænitate præftat, vermibus affufo, paulo poft eofdem obrigefcere, atque exficcari vidit laudatus Redius: Succo vero mali perfici, & pyri adhuc viventes mire contorqueri, atque agitari deprehendit. Ecquis igitur ad credendum adducatur ejufcemodi fructus copiofiori vermium proventui occafionem præbere? Nifi forte id ex eo fieri dicamus, quod dulces, atque horæi fructus in ftomacho facile corrumpantur, corrupti vero cæteros bonos, ac laudabiles fuccos inficiant, ac depravent, cruditatefque gignant, in quibus vermes nidulentur, crefcant, augeantur. Quare falubre eft Celfi monitum (*lib.* 1.) fructus dulces primo cibo comedendos effe, ut fcilicet adventu melioris efcæ illorum malitia obtundatur, ut de Melonibus (quorum efu quatuor Cæfares perijffe tradit Cufpinianus in vita Frider. 3.) alijfque dul-

 cibus

cibus fructibus oftendit Nonnius *de re cibar. lib.* 1. *cap.* 4.

Vel pituita inteftinalis &c.] Haud infrequens eft vel diuturna mora, vel bilis defectu, quæ fale fuo volatili oleofo alimenta in ventriculo attenuata condit, aquea oleis immifcet, a corruptione præfervat, pituitam inteftinalem, feu gaftricam, in qua vermes nidum habent, corrumpi, unde pravum halitum mittat, qui vermibus infeftus ad fugam excitet, vel eofdem enecet, unde moleftiæ fint, ac ftimulo nerveis inteftinorum fibris, hinc fymptomata verminationis fe prodant.

V. *Inappetentia, aucta fames &c.*] Inappetentiam tunc fieri in iis, qui vermibus laborant, cum a pravis humoribus in ventriculo, & inteftinis exiftentibus, qui vermibus pabulo funt, eorumdem tonus infirmatur, fucci gaftrici titillationem, & moleftam quamdam vellicationem in nerveas fibrillas inducentes obruuntur, manifefta res eft. Augetur tunc fames cum vermes molefta rofione, & morfu nerveas fibras afficiunt. Mirum autem auctam famem maciem plerunque fequi, quod non aliunde repetendum eft, quam ex eo quod chylum continuo fugendo vermes impedimento funt, quominus idem in fanguinem per lactea ferri poffit, quo opus eft ad humores deperditos reftituendos.

Dolores ftomachi, tormina graviora vacuo ventre.] Ab hoc eodem fonte, & ftomachi dolores, & tormina graviora vacuo ventre repetenda funt. Deficiente enim alimento vermes in membranas vehementius adiguntur, fortius mordent, & interdum erodunt; affumpto eodem pabulum habent, quo vefcantur, membranæ lacteo fucco obliniuntur, ac mulcentur, hinc ftimulo, atque irritatione ceffante, fymptomata quoque verminationis mitefcant neceffe eft. Memorabile eft, quod narrat Trallianus *lib.* 7. *cap.* 9. vermes tunicas ftomachi erodentes *cardiacos affectus, & animi affectiones excitare, ut nonnulli ftatim intereant, unde mors infantum inopinata ab erofo fit ventriculo.* Quod ipfe in viro cardialgia a vermibus divexato poft mortem deprehendiffe bona fide teftor.

Senfus globi ad gulam afcendentis, & fuffocationis.] In globum præfertim rotundi vermes coacervantur, inteftina mire diftendunt, ad ventriculum, & æfophagum ufque afcendunt, arctant eumdem, occludunt, fubjectam tracheam comprimunt, aeris in pulmones ingreffum prohibent, hinc fenfus globi ad gulam afcendentis, hinc fuffocationis fenfus. Cujus memorabile exemplum extat in Gregorio Horftio *in epift. medicin. fect.* 7. ubi tradit filiam quatuordecim annorum a vermibus tantam colli conftrictionem paffam fuiffe, ut quafi laqueo injecto ejus fauces præcludi, & in imminente fuffocationis periculo prope certiffimo verfari videretur.

Alvus, & urina modo immodice fluens, modo fuppreffa.] Alvus plus æquo fluit, & urina copiofius emittitur, fi in crebriores contractiones a morfu, & erofione follicitentur inteftinorum, & cum his mire confentientes veficæ fibræ. Si vero præter modum crifpentur, convellanturque, occluduntur ductus, unde fæces, & urina excernuntur, hinc alvi conftrictio, urinæ retentio. Puerum feptem annorum magna urinæ incontinentia divexatum, & fæpius veluti fulmine ictum violentis convulfionibus cum ingenti fimul fame juncta laborantem, quæ omnia dejectis vermibus binis longis, & teretibus conquieverunt, memorat Pechlinus *lib.* 1. *obf.* 65.

Oris fætor peculiaris ad aciditatem vergens.] Oris fætor peculiaris ad aciditatem vergens pathognomonicum fignum paffim habetur. Fieri enim minus vix poffe credunt, quin fæces, quas continuo emittunt vermes, eorumque cadavera, pituitam inteftinalem gaftricam, in qua nidum habent, corrumpant, unde fætor. Quid tamen vetat, adnotante Cl. Harrifio, quominus oris ille fætor a corruptelis humorum, & impuritatibus in primis viis exiftentibus, etiamfi vermes

mes non adſint, exoriatur? Quo apparet inſeparabile, & maxime proprium ſignum perperam conſtitui.

Aphonia, alternus faciei rubor, & pallor, tuſſis ſicca &c.] Aphoniam in verminatione adnotarunt Cl. Fullerus, Baglivus, aliique. Contingit autem, quod irritatis, & convulſis imi ventris nervoſis partibus minoris ſectionis evadunt vaſcula ſanguifera eaſdem perreptantia, ideo minori ſanguinis quantitati vehendæ paria; reliquum eſt igitur, ut ad ſuperiora, laryngem ſcilicet, pharyngem majori copia feratur, ut ex hydroſtaticis legibus conſtat. Itaque vaſa laryngis, pharyngis ſic turgere poſſunt, ut premantur nervi linguæ motores, quo facto aphonia contingit. Ab hoc eodem fonte ſubita illa mutatio coloris faciei pallidi in elegantem ruborem, & contra repetenda. Conſtrictis ſiquidem imi ventris vaſis ſanguis ad ſuperiora cogitur, vaſa diſtendit, atque ibidem ſubſiſtens ruborem faciei conciliat: ceſſante ſtimulo, atque irritatione, ac vaſculis relaxatis, æquabili circulo ſanguis reſtituitur, & pallor ſubſequitur. Undenam tuſſim ſiccam, narium pruritum, dentium ſtridorem, pavorem in ſomno, deliria, epilepſias aptius repetas, quam a moleſta vellicatione, irritatione totius nervoſi generis, quam vermes excitant, atque abhinc prodeunte nerveorum filamentorum cum cerebri, tum reliquarum partium varia, atque inordinata concuſſione? Teſtes locupletiſſimos habemus Pechlinum *cit. loco*, qui refert puerum vermibus divexatum in Epilepſiam poſt dolores lumborum, ventris, & penis, ut in ſuſpicionem calculorum ventum fuerit, incidiſſe, quæ cum coli doloribus ceſſavit, vermibus alvo emiſſis. Memorabilis quoque eſt obſervatio Cl. Thomaſii in M. C. *Dec.* 3. *an.* 3. de juvencula horrendis epilepticis inſultibus preſſa cum apparitione ſimul ſpectrorum, quæ omnia ſtatim ceſſarunt vermibus per ſuperiora, & inferiora eductis. Ut mittam obſervationem 187. *Dec.* 1. *an.* 6. in M. N. C. de filiola octo annorum vermibus laborante, quæ tantis convulſionibus correpta eſt, ut caput, brachia, & crura perennibus, inordinatiſque motibus concuterentur, caput a dextro in ſiniſtrum, brachia, & crura ſurſum deorſum agitarentur.

At niſi vermes per os, aut alvum deijciantur &c.] Ne ſupra recenſitis ſymptomatibus plus tribuendum ſit, quam par eſt, facit potiſſimum ea ratio, quod eadem fere a pravis, vitioſiſque humoribus in primis viis certo, ſtatoque tempore collectis, atque extremitates nervorum proritantibus oriri poſſint. Minus dubitandum eſt in pueris. His enim maxime familiares ſunt vermes; ideoque in omnibus fere hujuſce ætatis morbis ſi non certo ſtatuere, at ad ſuſpicandum vehementer adduci poſſunt Medentes, ubi prædicta ſymptomata apparuerint, vermes adeſſe, etiamſi nondum per os, aut alvum dejecti fuerint.

VI. *Ubi corpuſcula quædam cucurbitæ ſeminibus analoga &c.*] Cucurbitinos vermes, quos a faſcia diſtinctos eſſe ſuſpicati ſunt nonnulli, diſtinctum genus non conſtituere, ſed eorumdem minimas portiones eſſe ſupra oſtendimus. Optimum proinde practicorum conſilium poſt Hippocratem fere omnium, corpuſcula illa, quæ ſimul cum alvinis fæcibus exeunt, cucurbitæ ſeminibus analoga pro genuinis latorum vermium indiciis habere. Nihil enim interpretante Spigelio, cujus meminit Hoffmannus, aliud ſunt, quam nodus lumbricorum medius, craſſus a lateralibus & ſuis membranaceis appendicibus putredine jam abſumtis ſuperſtes.

VII. *Aſcarides moleſta titillatione ad anum, prurituque &c.*] De Aſcaridibus vermibus nihil attinet dicere. Cum enim inteſtinum rectum occupent, manifeſtum eſt eorumdem motu, ac roſione nerveas ejuſdem fibras moleſtia inſigni affici, varie inordinateque concuti, unde moleſta ad anum titillatio, pruritus, atque frequens alvi dejectio. Morſus, irritatio tanta quandoque eſt, ut convulſio

K 2 per

per mirabilem nervorum confenfum ad cor ufque propagetur, unde fanguinis motum intercipi contingit, atque animi deliquia fupervenire.

VIII. *Convulfio a verminatione cum halitu ab ore fœtidiffimo &c.*] Duplici modo convulfio illis accidere poteft, qui vermibus premuntur; morfu fcilicet, & erofione in nervearum fibrillarum extremitates inducta, & halitibus, qui a vermibus mortuis, & cadaveribus factis exhalant, qui chylum primo, deinde fanguinem inficiant, tandem fpiritus animales, qui propterea fefe in nerveas cerebri fibras hifque appenfos nervos irruentes cæco impetu, atque eofdem varie, inordinateque concutientes, vifcerum fere omnium, ac totius corporis convulfiones excitent. Hujufce porro convulfionis indicio eft halitus fœtidiffimus, ac cadaver olens, & mortuorum vermium excretio. Putredine illa in inteftinis exiftente, facile fpirituum, & liquidi arteriofi influxu eadem deftituuntur, hinc fphacelatio, quæ plerunque ad lethum ducit, ut ex Actis Hafnienfibus *tom.* 2. *p.* 88. & Lentilio *Mifcel. Medic. p.* 365. apparet.

IX. *Quam bene cedunt in curatione anthelmintica &c. Æthiope minerali &c.*] Quæ cum ita fint, fuppetit jam quid in curatione præftandum fit: non folum enim enecandi funt vermes, fed expellendi etiam, ne in iifdem detenti corrumpantur, putrefcant, & lethali convulfioni, aut fphacelationi inteftinorum occafionem præbeant. Hinc anthelmintica cum purgantibus exhibenda. Anthelmintica enim medicamenta, quæ enecandi vermes vim habent, intelligimus Ἕλμινθες, fiquidem verbum græcum eft, quod latinis audit vermis. Anthelmintica igitur medicamenta, quæ vermibus funt infeftiffima, eofque enecandi vim habent. Inter anthelmintica Mercurius principem obtinet locum. Veriti funt nonnulli, ne ex mechanicis Mercurii affectionibus ejufdem operandi ratio fatis concinne peti poffet. Itaque occultam quamdam qualitatem in fcenam nunc denuo invexerunt. Quid enim tandem fibi vult peculiaris proprietas, facultas, qua voce ipfe Hoffmannus (*de vermibus fect.* 7.) ufus eft, quam occultam qualitatem? Hac occulta qualitate cum venena agere potiffimum viderentur, Mercurium ipfum inter venena vermibus dicata recenfere minime dubitarunt. Quamquam vero fi per occultam qualitatem eam operandi rationem intelligant, quæ explicari nullo modo poteft, verendum eft, ne minus placeant mechanicis quibufdam, qui tantam induftriam pollicentur, ut fe commode explicare eamdem valere haud dubie affirment. Quid enim quod Mercurius infeftus fit hifce animalculis, quod conftet partibus folidiffimis, minutiffimis, ad fluendum paratiffimis, ideo vermium corpufcula penetrare, & teneram eorumdem ftructuram deftruere valeat? Non unus autem eft modus exhibendi Mercurium. Alii Mercurio crudo vel ex ovo forbili, vel ex conferva aliqua, vel faccharo cantho in mortario vitreo exacte mixto, duce Cl. Hoffmanno, qui mira fe eodem præftitiffe teftatus eft, uti folent; alii cum Cl. Harrifio Æthiope Minerali, qui fcilicet ex mixtione fulphuris, & Mercurii elicitur, alii cum Helmontio, & Meibomo feniori Mercurio aqua, vel vino decocto. Si quæras quanam Mercurii præparatione uti magis expediat ad enecandos vermes, anceps animo hærere cogor, & liberum cuique fuum, ut mihi meum judicium relinquere. Sunt omnibus æquales vires, æqualefque facultates, fi famofam illam aquam cum Helmontio, ac Meibomo, tum Hoffmanno, Baglivo, aliifque commendatiffimam excipias, quæ ne probari, atque accepta mihi effe poffit facit experimentum, nullam nec coctione, nec quaffatione, nec alia quavis arte Mercurii particulam aquæ particulis uniri, atque fociari poffe. At vero an nobiliffimum remedium, longoque ufu probatum rejiciendum? Profecto cum nulla ratio fuppetat, propter quam vermibus infefta fit, de eodem faltem dubitandum. Ratio defumi videretur ex Mercurii particulis, quæ folæ vermibus enecandis

aptæ

aptæ natæ funt. Cum vero eifdem nihil omnino fcateat, quem tandem habere poteft ufum? Quidni liceat affirmare cum Cl. Monto (de quo Francifcus Maria Zanottus eleganter in com. A. B. p. 91.) fuas effe, ut in cæteris difciplinis, fic etiam in medicina anticipationes communes, & falfas, quæ Medicis vel κλινικοπάταις aliquando nonnihil imponant? Cæterum aliis Mercurii præparationibus fuas effe æque validas vires facit potiffimum ea ratio, quod Mercurius quocumque tandem modo præparetur, varie quidem aliis corporibus unitur, & fub diverfa forma fe prodit, ita tamen ut fi addatur corpus, quod majorem habeat cognationem, ac congruentiam, huic libentiffime priore dimiffo uniatur, nullo fui ponderis, ac fluiditatis detrimento. Celebre eft experimentum, & phyficorum confideratione haud indignum, quod fumitur ex fublimato Mercurio corrofivo fuper lamina ferrea, vel cuprea extenfo. Liquefcunt enim falinæ partes, acidæ vitriolicæ intimam ferri, & cupri fubftantiam penetrant, ac corrodunt, & Mercurius fub forma globulorum, qui vel nudis oculis confpicui fiunt, currentium adhuc, & fluidiffimorum fe prodit. Si Cinnaberi factitiæ, quæ habetur ex Æthiopis Mineralis fublimatione, affundatur limatura ferri, Mercurius liber dimittitur nullo fui ponderis, ac fluiditatis detrimento. Alia prope innumerabilia experimenta paffim fumunt Chymici. Ea nimirum eft cognatio, & congruentia falinarum particularum, & acidi vitriolici, fulphuris cum ferro, cupro, & aliis metallis, ut libentiffime fimul arcte uniantur, Mercurius vero, qui nullam habet, dimittatur. Hæc attigiffe neque inutile prorfus, neque injucundum duxerim. Habet enim phyficus, quo infinita fere phœnomena cognatione hac, & congruentia explicet commodiffime. Habent Medentes, quo jure meritoque affirmare poffint, nullum fere intereffe difcrimen inter Mercurium dulcem, Æthiopem Mineralem, & Hydrargyrum ad enecandos vermes. Si Mercurius dulcis minus tritus exhibeatur, præterquamquod vermes enecare valet, in inteftina etiam agit, & falivales glandulas ftimulando diarrhæam benignam excitat, ac pituitam, in qua vermes nidulantur, blande detergit, expellitque. Si Æthiops Mineralis, præterquamquod Cl. Harrifii, aliorumque obfervationibus compertum eft enecandis vermibus opportuniffimum exiftere, illud præterea commodi ex illius ufu percipitur, ut nunquam fanguinem ingrediatur, ficque falivatio, aliaque fymptomata præcaveantur; quibus ductus rationibus cæteris ipfe antepono, ac valde miror de ejufdem inefficacia a nonnullis cum Boerhaavio blaterari. Si ad hydrargyrum ubi res & occafio tulerit confugias, non folum infignem chymicis laborem detraxeris, fed etiam illud periculi effugeris, ne minus recte præparatum fit, vel ejufdem alteratione varia, atque unione aliis corporibus humano corpori infeftum evadat, ut plerique jure optimo affirmarunt. Solum illud curæ effe debet, ut nunquam Mercurius in forma liquida, vel pulvere exhibeatur, ut præ cæteris fapienter monuit Cl. Lemeryus (*curf. chym.*) quod & de aliis metallicis, & drafticis intelligendum eft. Dum enim defcendunt in ventriculum ex ejus plicis ob gravitatem non facile deterguntur, fed firmius adhærent, & corrofiva fiunt, unde infignes fpafmi, & inflammationes fubfequuntur. Quod affirmari nullo modo poteft, fi forma folida exhibeantur. Senfim enim fenfimque in ftomacho folvuntur, unde activitatem remedii dividi contingit, difpergi, ac mitiorem fieri.

Radic. Mechoac. &c.] Quamplurima funt purgantia, quæ paffim adhiberi folent cum anthelminticis in verminatione, fcamonium fumo fulphuris correctum, ideoque fulphuratum dictum, vel cydonys, quod diagrydium appellatur. Utrumque enim purgandis pueris, educendifque vermibus opportunum reputatur. Expurgandis tamen iis, qui vermibus laborant, & quorum ventriculus, atque inteftina mucofis quifquiliis, in quibus nidulantur, funt maxime obducta, Mechocan.

can. radix cæteris anteponenda eſt, utpote quæ tenellæ puerorum ſtructuræ eſt maxime accommodata. Adeo mitis eſt, ut vel infantibus innoxie detur, ac ſeroſa, quibus eorum corpora abundant, ſine moleſtia educat. Salinis, & reſinoſis principiis ſcatere experimentis Cl. Boulducii, Geoffroy, aliorumque compertum eſt. Atque hi quidem extractum parant ſalinum, & reſinoſum, iiſque qua data occaſione utuntur. Verum cum ejuſdem ſubſtantia utroque ſimul principio operetur, ac ſalina pars reſinoſam corrigat, fit ut mitiſſimum æque, atque efficaciſſimum evadat medicamentum, ideoque extractis anteponendum.

X. *Si convulſiones adſint, prius oleo amyg. dul. &c.*] Conſiderandum eſt diligenter quocum res ſit, & quæ potiſſimum ſymptomata cum verminatione conjungantur. Frequentiſſime motus convulſivi ſuperveniunt, quibus ut plurimum vermium morſus, & vellicatio in extremitates nervorum inducta anſam præbet. Tunc vero oleoſa ſunt in uſum vocanda, quæ præterquamquod lumbricis applicata omnes eorum tracheas obſtruendo enecare valent, ut experimentis Francisci Redi, & Baglivi (epiſt. de lumbric. lat. ad Nicol. Andrii) compertum eſt, accedit præterea convulſas inteſtinorum fibras, & membranas ſpaſmo conſtrictas laxare, mulcere, eaſque a morſu vermium, & eroſione tueri; demum efficere, ne ab acribus purgantium particulis poſtea labefactentur inteſtinorum fibræ, unde vermes ſine noxa, & moleſtia expellantur. Quæ fere methodus eſt Cl. Hoffmanni, quæ cum tutiſſima omnium viſa ſemper mihi ſit, eamdem cæteris omnibus anteponendam cenſui.

XI. *Quibus bis, terque propinato medicamento purgante purgatio non ſuccedit &c.*] Animadvertendum eſt quandoque nullam ſequi purgationem, ac vermium excretionem, etiamſi ter, & ultra propinatum fuerit purgans remedium. Tunc vel faſciati ſunt vermes, qui cum totum inteſtinorum canalem occupent, difficillime propter miros inteſtinorum anfractus, ac circumgyrationes, circumvolutioneſque ejiciuntur, vel rotundi, & teretes ſunt in globum coerciti, & canalem obſtruendo purgantis actioni reſiſtunt, vel in cæco inteſtino, appendice vermiformi repoſiti purgantis vim eludunt, ideoque ſi purgantia continuo adhibeantur, periculum eſt, ne ſenſim ſenſimque auctis eorumdem viribus adeo irritentur nerveæ inteſtinorum fibræ, ut in inſigues ſpaſmos, & convulſiones agantur magno ægrotantium damno.

XII. *Neque Clyſteres ex dulcibus, mellitis &c.*] Plerique in eam opinionem adducti, ut crederent dulcibus, ac mellitis vermes delectari, Clyſteres ex iiſdem rebus paratos injiciendos curant, rati futurum ut iſtorum jucunditate illecti ad inferiora, inteſtina ſcilicet craſſa invitentur, & per alvum commode dejiciantur. Verum cum experimentis Cl. Redi compertum ſit, dulcibus, ac mellitis irritari magis, magiſque vermes, verendum eſt ne ejuſcemodi Clyſterum uſu in vehementiores turbas agantur, ſicque morbus augeatur potius, aut confirmetur.

XIII. *Acida, ubi æſtus adſit ſummus, & bilis fervidior peccet &c.*] Sennerti monitum eſt præſente febre, & alvi fluxu, ab acribus medicamentis, a purgantibus in verminatione eſſe abſtinendum. Nihil porro ad æſtum compeſcendum, ad bilis fervorem temperandum, humorum putredinem corrigendam, alvi fluxus ſiſtendos acidis efficacius, aut pro ægrorum opportunitate valentius. In conſtitutione quadam Epidemica febrium malignarum inſignem vermium proventum obſervare mihi contigit. Sitis autem urgebat, calor intenſiſſimus erat, copioſus ſudor, diarrhϾ, vomitus immoderati, fœtidiſſimus ab ore halitus, aliaque hujuſmodi. Mirum pleroſque ſubacidis remediis, præſertim vero ſucco limonum, inſigni facta vermium dejectione, ſiti, immoderatis evacuationibus ceſſantibus, perfectiſſime convaluiſſe. Ecquis ad credendum vehementer non adducatur cum Bal-

Ballonio, gaſtricas fuiſſe febres iſtiuſmodi malignas ab inſigni ſuccorum gaſtricorum corruptela, bilis præſertim, tenujorum, volatiliorumque humorum fuſione, exſolutione? Acida porro acre fluidorum invertendo, ſales volatiles corroſivos figendo, ac diſſolutionem prohibendo eximiam præſtiterunt operam. Ea ratio eſt, cur acida refrigerandi vi polleant, & catharticorum vim infringant; eorum enim ſulphur exaltatum cogunt, & figunt. Vires acidorum egregiæ innotuere Veteribus fere Medicis Hippocrati, Galeno, Dioſcoridi, aliiſque, iiſque potiſſimum in pleriſque morbis malignis, contagioſis ſumma cum felicitate uſi ſunt. Quid quod Medici in India plus præſidii in limonibus ponunt, quam in famoſo illo lapide bezoartico, aut theriaca ad malignos morbos, & peſtilentiales præcavendos? Conf. com. in aph. 12. cap. 9.

XIV. *Ubi craſſities humorum, & bilis inertia adſit, amara &c.*] Non defuere, qui inter ſpecifica ad enecandos vermes amara quoque recenſenda eſſe contenderunt. Vuepfferi enim obſervationibus compertum eſt, plurima infecta ab amaris devoratis ſpaſmis affici, & convulſa plerunque mori. Celebre eſt Semen Santonici, Tanaceti, Abſynthium, Chamomilla, ex gummoſis aſſa fœtida, ſagapenum, myrrha, & hujuſmodi alia odore ſulphureo graveolente prædita. Quamquam vero non ſolum amaritie ſua, atque odore vermibus infeſto operantur, ſed etiam ſalibus volatilibus, oleoſis, & ſiccioribus particulis, quæ ſolidas partes laxatas jam coroborare habent, ac mucilagineas ſordes, in quibus eorum ovula retinentur, foventurque, reſolvere. Rhabarbarum hiſce præſtare facit potiſſimum, quod purgante ſimul facultate donatur, & bilis actionem adeo juvat, ut in biliofis adhibitum icterum quandoque progignat.

XV. *Aqua pariter Tetutiana &c.*] Aqua Tetutiana vermibus infeſta eſt, tum quod ſalinis ſpiculis, ac mordacitate ſua periſtalticum inteſtinorum motum ſollicitat, ſordeſque omnes, & mucoſas quiſquilias, in quibus vermes nidulantur, abſtergit, atque ſuo pondere ad alvum præcipitat, tum quod tenerrimam eorumdem ſtructuram lædit. Aſclepiades ipſe ad enecandos vermes ſalitam aquam commendabat; atque illi, qui prope mare degunt, marinam aquam ſummo cum emolumento adverſus vermes aſſumunt. Hoffmannus pariter mentionem facit quorumdam fontium mineralium medicatorum, qui examine inſtituto ſalis communis divites erant, atque aliud ſalſum inſtar arcani duplicati continebant, qui præ cæteris habebant peculiarem virtutem anthelminticam, dum epoti omnis generis lumbricos, inque primis aſcarides magna in copia cum fœcibus ejiciebant. (Vid. Hoffman. op. med. pract. diſſert. Dec. 2. Diſſ. 1. de ſalium medio-rum excellente in medendo virtute ſect. 21.)

De uſu aquæ Tetutianæ Vid. Cap. 3. lib. 3. aph. 13.

XVI. *In diuturniore affectu ad aquas acidulas Recobarii &c.*] Non alia ratione metalla quædam anthelmintica vi donari reputantur, quam quod ſpiculis ſuis pungunt, lacerant tenellam vermium ſtructuram, eoſque occidunt. Huc ſpectant, præter Mercurium, Mars, ejuſque vitriolum, & ex his compoſita medicamenta. Cæteris omnibus præſtant aquæ acidulæ hodie maxime celebres in agro Vicentino Recobarii. Vitriolum enim martis continere certis experimentis Cl. Jo. Gratiani compertum eſt. Anthelminticam eiſdem ineſſe facultatem ſi quis ſentiat, quod vitrioli martis divites ſunt tenerrimæ vermium ſtructuræ infeſti, garrire omnino, & falſa ſentire non videatur; at ad veritatem propius accedere, qui ex eo repetat anthelminticam earumdem virtutem, quod craſſas, ac mucilagineas ſordes in primis viis hærentes abſtergere, infarctus reſerare, coctiones reſtituere, viſcerum naturalium fermenta corrigere, tonum confirmare habent, vermium nidum deſtruere, ac minutiſſima ovula per inſignes excretionum vias eliminare, atque hac ratione verminationis fundamenta ab imo convellere. Re-

li-

ligiofum quemdam Afcaridibus laborantem, clyfteribus, fotubus, fuppofitoriis, atque aliis internis medicamentis prope innumeris fruftra tentatis, non folum ufu aquarum Recobarii ea ratione liberatum fuiffe, ut moleftiam ex illorum morfu, ac rofione poftea nunquam perceperit, fed decurfu temporis nunquam iifdem obnoxius fuerit, bona fide teftor. Quid plura? An de ejus remedii efficacia dubitandum eft, quam cum ratio eximiam effe evincit, obfervationes eamdem confirmant?

C A P U T VII.

De immodico hæmorrhoidum fluxu.

I. SAnguis in hæmorrhoidalibus vafis internis ftagnans, tumoremque elevans hæmorrhoides cæcas internas dictas progignit, in externis externas.

II. Quotiefcumque difrumpantur, aut corrodantur, ita ut fanguis extra modum ex ipfis effundatur fumma cum virium jactura, corporis pallore infigni, inappetentia, aliifque graviffimis fymptomatibus, immodicus hæmorrhoidum fluxus exoritur.

III. Sanguis etiam in ftatu naturali per vafa imi ventris tarde movetur; multo magis fi copia peccet, vel non rite fermentatus, ac volatilizatus fuerit. Hæ nimirum conjunctæ morbi caufæ funt.

IV. Qui lauto utuntur cibo, qui otiofam, & fedentariam agunt vitam, qui alimentis craffis, vifcidifque utuntur, animi pathematibus, mærore præfertim, ac triftitia tenentur, qui temperamento donantur melancholico, qui hypochondriaci, ad hujufmodi morbos proni funt.

V. His accedunt laboriofi partus, irrita fœcum expulfio, purgantia validiora, aloetica in primis iis exhibita, qui iftiufmodi affectionibus obnoxii funt.

VI. Immodicum hæmorrhoidum fluxum fanguinis ad inftar loturæ carnium excretio fequitur, hunc pedum ædema, tandem hydrops.

VII. Cave a fanguinem fupprimentibus in ejufmodi morbis, nifi forte propter enormem hæmorrhagiam periculum fit, ne in fyncopem æger labatur graviffimam.

VIII. Si plethora adfit, venæ fectio in brachio celebranda: in virium collapfu infigni cucurbitulæ ficcæ mammis, aut hypochondriis applicandæ.

IX. Interea Spongiæ fucco hypociftidis aqua plantaginis foluto, decocto Myrt. balauftior. cortic. granatorum imbutæ apertis venis, fi externæ fuerint, admovendæ, fi internæ, ope parvæ fyringæ eadem injicienda.

X. Ad vitriolata tamquam ad facram anchoram confugiendum. Colcothar vitrioli, aquæ multæ ftipticæ, Lemerii, Robelii & h.m. huc fpectant.

XI. Pro ufu interno folo fungo melitenfi contentus fum, vel fimili.

XII. Si vero lentus fit fanguinis fluxus, res autem cum ægris boni, ac laudabilis habitus, præmiffo fero lactis tamarindato, vel caffia cum pulpa tama-

marindorum, ſucci optime depurati urtic. heder. terreſtr. plantagin. ad ℥ iii. quotidie exhibendi.

XIII. Æſtivo tempore Aquæ Brandulenſes per XV. dies, quæ libras quatuor non excedant cum tinctura Mart. ſuc. cydon., aut acido vitrioli, aut ſulphuris extracta ad gut. xx. vel xxx. eximiam operam præſtant.

XIV. Autumno tandem lac primum aſininum, tum vaccinum aqua plantaginis coctum cum corallorum præparatorum ʒ .s. cæteris palmam præripiunt.

XV. Juſcula extremitatum pedum vituli, gelatinæ ejuſdem, gum. arabic. ac tragacant. a ℈ .s. cum alimentis aſſumpta apprime viſa ſunt convenire.

XVI. Si obſtructionibus imi ventris laboret æger, cacheticus ſit, pedum ædemate laboret, rhabarbaro a gr. xv. ad xx. quolibet tertio, vel quarto die uti expedit.

XVII. Horum dierum intervallo tartarus vitriolatus in parca doſi locum habet.

XVIII. Succi plantaginis, urticæ, hederæ terreſtris hic quoque viſi ſunt convenire.

XIX. Quid mali verendum ex uſu aquarum acidularum, ſi in parca doſi exhibeantur?

XX. Reſeratis obſtructionibus ad Lac ut ſupra deveniendum.

CAPUT VII.

De immodico hæmorrhoidum fluxu.

I. *Sanguis in hæmorrhoidalibus vaſis internis ſtagnans &c.*] Nemo ignorat hæmorrhoidales venas non alias eſſe Anatomicis, quam quæ ultimæ inteſtini recti oræ conſitæ ſunt. Alias porro internas eſſe, externas alias manifeſta res eſt. Hæ nimirum inferiores ſunt, & in ramum hypogaſtricum venæ cavæ influunt, illæ ſuperiores, & in ramum meſentericum, & inde in venam portæ abeunt.

Quotieſcumque autem in his ſubſiſtit ſanguis, aut ejus motus maxime retardatur, neceſſe eſt, ut a novo continuo affluente ſanguine in ea quantitate in prædictis vaſis cumuletur, quæ eorumdem diametro minime reſpondeat. Ea igitur diſtendat neceſſe eſt, eo uſque dum tumor inſignis fiat, qui & nerveas fibrillas, quibus contexta ſunt, & membranas, ac partes, quibus interjectæ, moleſte afficiens in vehementiores, & non ordinatas contractiones agens dolorem inſignem excitet. Tumorem, doloremque vaſorum hæmorrhoidalium, hæmorrhoidum cæcarum titulo inſigniverunt Veteres fere Medici. Ex diviſione venarum hæmorrhoidalium in internas, & externas liquet, cur in internas pariter, & externas hæmorrhoides cæcæ jure optimo diviſæ ſint. Cæteras diviſiones deſumptas ex magnitudine, ex figura, unde ob ſimilitudinem aliqualem ficus, cryſta galli, condylomata dicuntur, tamquam inutiles medicinam facientibus prætermiſimus.

II. *Quotieſcumque dirſumpantur, aut corrodantur, ita ut ſanguis &c.*] Non poteſt ſanguis in vaſis hæmorrhoidalibus diutius ſubſiſtere, atque eadem præternaturaliter diſtendere, quin vel diſrumpantur tunicæ, vel acrimonia corrodantur, unde ſanguis in inteſtinum rectum effundatur. Quod ubi contigerit, fluxus hæ-

hæmorrhoidalis dictus exoritur, qui quandoque mitis adeo ac placidus est, & per intervalla recurrens, ut superfluo evacuato sanguine quamplurimi, iique gravissimi morbi præcaveantur. Talis fluxus familiaris est iis, qui calidiores incolunt regiones, & mulieribus, quibus menstruæ purgationes deficiunt, vel plurimum imminutæ sunt. Quandoque modum excedit, ita ut vires paulatim deficiant, corpus universum pallore perfundatur, inappetentia, tumores ædematosi superveniant, aliaque ejusmodi, quæ in summum discrimen ægrum adducunt. Talis porro fluxus immodicus censendus est, & medicam opem exposcens. Quod monere volui, ne in fraudem inducerentur adolescentes existimantes quamcumque sanguinis evacuationem copiosam immodicam esse. Non enim copia, & quantitate æstimandæ sunt sanguinis, cæterorumque humorum evacuationes, sed naturæ tolerantia, vel labore insigni, ac gravamine. Potest enim in Socrate ea copia effundi sanguinis citra ullam noxam, quæ cæteroquin in Thalia maxima fit. Id quod a varia Socratis, & Thaliæ constitutione tum quoad solidas, tum quoad fluidas partes repetendum. Idem plane & de Diarrhæa, & Vomitu, & Cholera morbo dictum velim.

III. *Sanguis etiam in statu naturali per vasa imi ventris tarde movetur; &c.*] Per ea vasa celer est sanguinis motus, quæ insigni elatere, seu vi naturalis suæ contractionis valida, ac firma donantur. Hæc enim validius, & fortius sese contrahentia fluenti sanguini calcar addunt, unde ejus velocitas. Atqui venæ mesaraicæ imbecilles a natura sunt constitutæ, neque elatere illo, ac vi donantur, qua fluentem sanguinem impellere valeant; ergo tardus per easdem motus est. Huc accedit in innumerabiles surculos, ac ramos elegantissimos arcus describentes dividi. Retardari autem debere majorem in modum sanguinis motum tot resistentias offendentis in tortuoso illo incessu, luce clarius apparet. Sed quod magis mirari subest, venam portæ, licet ea tunicarum soliditate, quæ arteriis propria est minime donetur, sanguinem valido impetu a corde projectum immediate non recipiat, & minime ab extraneis comprimatur, arteriæ tamen sanguinem vehendo vices agere. Nil mirum igitur si lentior sit per eamdem motus, eo magis cum sanguis contra propriam gravitatem ascendat. Quamquam si consideremus vasorum hæmorrhoidalium constitutionem, constat ea partibus musculosis, & solidis, quæ continuo motu propulsos humores exprimant, destitui; hinc fit ut iidem non eadem felicitate, & rhythmo revehantur mediis venis, unde eorumdem stagnatio. Ultraquamquod fieri minus vix potest, quin a fæcibus præsertim duris hærentibus in intestinis venæ illorum substantiam perreptantes valde premantur, quapropter intercipiatur, vel saltem languescat sanguinis ascensus; hinc in vasis, ubi minima datur resistentia, nimirum circa podicem, tarda circuitio. Adde a continuo fæcum, atque excrementorum transitu vasorum eorumdem tonum ita infirmari, ut nullam fere vim, ac nisum faciant in affluentes humores; quare ex gravitate contenti, & ex enervato continentis vasis motu congestiones humorum succedant necesse est, quas interdum immodicæ evacuationes excipiunt. Qui plura cupit adeat Cl. Stahlium (*diss. de ven. port. morb.*) qua morbos omnes, qui a difficili per venam portæ, & hepar cursu proficiscuntur, diligenter exaravit.

Multo magis si copia peccet, vel non rite fermentatus &c.] Immodicæ autem evacuationes facillime excipiunt, cum præ copia sanguinis vasa ita distenduntur, ac turgent, ut inepta fere trajiciendo eidem evadant. Inepta porro evadunt ex eo potissimum, quod plenitudine sanguinis, ac plethora ad vasa vera peccante, superatur eorumdem resistentia, præsertim illorum, quæ minimo donantur elatere, cujusmodi sunt sedales venæ. Hinc cum imminuatur sanguinis motus, resistentiæ autem eædem sint, congestiones in iisdem fieri debere manifestius quidem est,

eft, quam ut ullis rationibus poffit comprobari. Quid fi rite fermentatus, ac volatilizatus non fuerit, craffitie, vifciditate, ac lentore peccet? Segnius quidem moveri, & quemcumque obicem offendat fubfiftere, atque hærere lippis æque, ac tonforibus notum eft plus, quam ipforum digiti, atque ungues. Eft ne cur ad tartaream indolem eo loci collectam, aut ad humorem melancholicum, quem a Liene excipere, & interdum expurgare hæmorrhoidales venas arbitrabantur, confugias? Vetant fanguinis circulationis leges, & vaforum ofcula ubique fimilia, quominus illæ fiant depofitiones. Quominus Lienem inculpes vetat Anatomicorum obfervatio nullam Lienis cum vafis hæmorrhoidalibus connexionem, communicationem immediatam nullam adeffe. Quo magis patet vel a fanguinis copia, vel ab eodem non rite fermentato, ac volatilizato hæmorrhoidalium vaforum tumorem, doloremque, difruptis vero, aut erofis eorumdem tunicis, hæmorrhoidalem fluxum fubfequi.

IV. *Qui lauto utuntur cibo, qui otiofam, ac fedentariam agunt vitam &c.*] Qui lauto utuntur cibo plus boni fucci in fanguinem invehunt, quam nutriendis, augendifque partibus faciat. Neceffe eft igitur, ut fanguinis maffa majorem in fe materiem contineat, atque hac ratione plethora ad vafa vera excitetur. Quemadmodum nihil ad attenuandum fanguinem, ac fluida noftri corporis moderata exercitatione aptius, ita nihil ad craffitiem, vifciditatem, ac lentorem eorumdem progignendum vita otiofa, & fedentaria opportunius. Exercitatione enim folidæ partes vim, robur, atque elaterium acquirunt, ideoque exagitando, & commovendo fanguini pares fiunt, quod dici vix poteft, quantum ad eumdem attenuandum faciat. In otiofa e contra, & fedentaria vita ceffante mufculorum, folidarumque partium actione, humores craffos, vifcidos, ac lentos cumulari, qui congeftionibus præfertim vifcerum imi ventris anfam præbent, adeo manifefta res eft, ut manifeftior fit nulla.

Qui alimentis craffis, vifcidifque utuntur, animi pathematibus &c.] Alimenta craffa, ac vifcida difficillime a ftomacho folvuntur; chylus propterea crudus, acidufque generatur, qui ubi in fanguinem pervenerit, eumdem fimili vitio inquinat, unde in vafis imi ventris congeftiones facile contingunt hæmorrhoidibus impetum daturæ. Sed a nulla re magis, quam ab animi pathematibus, angore præfertim, ac triftitia hæmorrhoidum vitia proficifcuntur. Tonum enim, ac robur partium labefactari contingit, primas coctiones turbari, congruam fanguinis mixturam tolli, vifcidum, lentum evadere, retardari ejufdem motum ea ratione, qua opus eft ad vifcerum imi ventris infarctus, atque obftructiones immodicis evacuationibus occafionem daturas.

Qui temperamento donantur melancholico, qui hypochondriaci &c.] Temperamento melancholico ii donantur, qui cor, & vafa anguftiora habent, qui fibras duras, craffas, ac denfas. Hinc fanguinis, & humorum motus tardus, lentufque, craffitudo autem infignis iis eft. Sanguine terreftribus, & falinis fixioribus particulis onufto funt præditi, unde tarditas eorum, & fegnities in actionibus exoritur, affidua meditatio, & gravitas. Ecquis autem non videat, quam facile congeftiones in fedalibus venis, & aliis imi ventris vafis in ejufcemodi temperamentis fubfequi valeant? In iis, qui hypochondriacis affectionibus laborant, infigne chylificationis opus labefactatur, unde chylus acidus, crudus generatur, qui fanguinem ingreffus eumdem craffum, vifcidum, & ad motum minus expeditum reddit, unde in vifceribus imi ventris facile fubfiftit, atque hæmorrhoides progignit.

V. *Laboriofi partus, irrita fæcum expulfio &c.*] In laboriofo partu fieri minus vix poteft, quin ob validum mufculorum abdominis nifum, & compreffionem in vafis mefaraicis factam intercipiatur liber fanguinis motus; cumque a

venis hæmorrhoidalibus ferri non poſſit ea celeritate, qua per arterias advehitur, neceſſe eſt ut ſubſiſtens, atque hærens congeſtiones, tumoreſque excitet, quos fluxus interdum ſanguinis excipere ſolet. Idem fere niſus, ac conatus ad induratas expellendas fæces neceſſarius eſt. Imo ab induratis, vique expulſis fæcibus valide premi, & anguſtari ſedales venas contingit, earumdem tonum labefactari, aut alia ratione affici, qua opus eſt ad congeſtiones humorum, & abhinc prodeuntes hæmorrhoidum tumores, doloreſque procreandos.

Purgantia validiora, aloetica in primis iis exhibita, qui &c.] Aloex quoniam conſtat ſulphure quodam tenuiſſimo, & inſignis efficaciæ, & ſale pariter quodam ſumme ſubtili, atque acri, ea præ cæteris acrimonia pollet, qua intus aſſumpta, prædicto hæmorrhoidum fluxui producendo opportuniſſima exiſtit. Infeſtam hujuſce medicamenti vim noverunt Veteres fere Medici, ac propterea niſi correcta prius fuerit, eadem utendum eſſe exiſtimabant. Hinc Aloem vel ſuccis plantarum amaricantium uniebant, aut ſucco roſarum diſſolvebant. Utroque autem modo principium illud ſumme activum infringi, ac mite fieri curabant. Quos ſequuti Recentiores medicamenta ex Aloe mitiſſima confecerunt. Celebre eſt illud Pechlini, quod ex Aloe ſuccis plantarum amaricantium mixta, ac ſoluta per repetitas vices, atque inſpiſſata conficitur, quod mitiſſimum æque, atque efficaciſſimum ad purgandum exiſtere teſtatus eſt. Quocumque tamen modo præparetur Aloex, prudentis eſſe facile judicaverim in iis, qui iſtiuſmodi affectionibus obnoxii, prorſus abſtinere, docente Fonſeca *tom.* 1. *conſ.* 57. *Caveat quiſque omnino a pillulis de Aloe; aloe enim aperit ora venarum, & hæmorrhoides adeo inducit, ut ex centenis his pillulis utentibus nonaginta hæmorrhoidibus laborent.*

VI. *Immodicum hæmorrhoidum fluxum ſanguinis ad inſtar loturæ carnium &c.*] In immodicis ſanguinis evacuationibus ſummum fieri ſpirituum diſpendium perſpicuum eſt: hinc langueſcere cordis, & arteriarum motum neceſſe eſt, ventriculi, pancreatis, hepatis, meſenterii, aliarumque partium, quæ chylo aut elaborando, aut perficiendo dicatæ ſunt, tonum imminui, chylum crudum aqueum generari, qui ſanguinis maſſam ingreſſus, cum eidem intime miſceri nequeat, dilutum nimis, atque aqueum reddit, unde ex apertis hæmorrhoidalibus vaſis effuſus loturam carnium æmulatur. Veteres Medici fluxum huncce hepaticum dixerunt, putantes a frigida, & humida hepatis intemperie non rite ſanguificantis produci. Verum poſt inventam ſanguinis circulationem, cum organa ſanguificationi dicata longe diverſa ſint ab hepate, corruere illorum ſententiam luce clarius apparet. Imo dubitant plerique an revera detur fluxus hepaticus, qualis a Veteribus cum Galeno deſcribitur. Quidquid tamen hac ſuper re ſentiant Medici, illud citra erroris ſuſpicionem affirmari poſſe videtur diuturnos hæmorrhoidum fluxus loturæ carnium ſimiles fluxus ſequi, quos an aliunde, quam ab recenſitis cauſis aptius repetas?

Hunc pedum ædema, tandem hydrops] Sanguis ſpirituoſis, volatilibus, ac balſamicis partibus deſtitutus, aqueis, crudiſque plurimum refertus fieri minus poteſt, quin iners ad motum, lentus, ac ſegnis reddatur; quapropter per minima capillaria vaſa, præſertim illa, quæ longe a corde ſunt diſſita, in quibus minima eſt vis, atque impulſus, facile ſubſiſtens tumorem pedum ædematoſum progignat. Quid quod, ſi diuturna ſit nimia ſanguinis evacuatio, optima ſanguinis mixtura perverti debet, atque ejus compages ita ſolvi, ut ſeroſa pars a reliquarum nexu ſecedens facile e glandularum poris elabatur, atque inde vel in cavitates tranſudet, vel intra partium laxam ſtructuram ſubſiſtat, unde hydrops?

VII. *Cave a ſanguinem ſupprimentibus in ejuſmodi morbis, niſi &c.*] Quamvis omnes evacuationes præternaturales morboſæ cenſendæ ſint, nihilominus tamen illæ præ temporis diuturnitate neceſſariæ quaſi fiunt. Hinc eſt eos, quibus ſuppri-

primuntur, in graviſſimos morbos incidere. Ita Hippocrates 6. *aph.* 12. *Diuturnas curanti hæmorrhoides, niſi una quæpiam ſervetur aperta, periculum aquæ inter cutem, aut tabis impendet*; atque Celſus *lib.* 6. *cap.* 18. *In quibuſdam hæmorrhoidum fluxus parum tuto ſupprimitur, qui ſanguinis profluvio imbecilliores non fiunt, habent enim purgationem hanc non morbum, ideoque curati quidem, cum ſanguis exitum non haberet, inclinata in præcordia materia ſubitis, & graviſſimis morbis correpti ſunt.* Plures hiſtor. vid. in Galeno *l.* 6. *can.* 29. & *lib.* 3. *de humorib. com.* 26. Hildano *cent.* 2. *obſ.* 11. Heurnio *com. in aph.* 46. Quid quod natura in primis ſuppreſſis menſibus per hæmorrhoidalia loca abundantem ſanguinem ſæpiſſime emittat? Quod jam obſervavit Hippocrates *in Coac.* & *lib.* 4. *Epid. cap.* 20. exemplo confirmat, dum ait: *Filia Ædilis menſibus non prodeuntibus per duos annos hieme habuit hæmorrhoides.* Et Heurnius *com. in aph.* 10. *lib.* 6. inquiens: *Novi mulieres, quæ menſium vice hæmorrhoides fundebant.* Cum vero ex ſuppreſſis menſibus quamplurimi graviſſimique morbi ortum traducant, ut obſervationibus ipſiuſmet Hippocratis *lib. de virgin. morb. s.* 120. nec non *lib.* 1. *de morb. mulier. s.* 5. Hildani *cent.* 5. *obſ.* 41. M. N. C. *Dec.* 1. *an.* 1. *ob.* 85. Act. Hafnienſ. *Vol.* 2. *obſ.* 78. compertum eſt, ecquis temeritatis notam effugere poterit, qui ejuſcemodi evacuationes uſu adſtringentium cohibeat? De adſtringentium noxa memorabilis eſt locus in Aetio *lib.* 1. *cap.* 16. *Communis error & muliercularum, & barbitonſorum eſt, qui & Medicis fugiendus, exhibentium adſtringentia, quæ nullo tempore, nullaque occaſione unquam in uſum venire poſſunt. Adſtrictis enim locis aut nobiliora membra invadent moleſta illa excrementa, aut retenta in malum habitum, aut hydropem laborantes ducent.* Vid. Septal. *in animadver. lib.* 7.

VIII. *Si plethora adſit, venæ ſectio &c.*] Ubi plethora morbo occaſionem præbet, quam tuto venæ ſectio celebratur! Imminuta ſanguinis copia vaſa hæmorrhoidalia nimis diſtenta, ac relaxata in priſtinum ſui elaterii, ac toni ſtatum reſtitui contingit, quæ propterea ſeſe validius, & fortius contrahentia ſanguinem dimovere habent, ac circulo reddere, unde immodica evacuatio cohibetur. Quod non ſine admiratione accipi ſolet ab iis, qui vires ab evacuatione ſanguinis debilitatas per venæ ſectionem magis magiſque infirmari, ac fere collabi putant magno ægrotantium damno. Qui dici vix poteſt in quanta obſcuritate verſentur. Ex corporibus enim pleni habitus ſæpiſſime incredibilis ſanguinis copia ſine noxa effunditur. Apte in rem cadit elegans locus apud Jo. Heurnium *in com. lib.* 1. *aph.* 3. dum ait: *Illuſtriſſimus Aurantiæ Princeps Wilhelmus Naſſovius Antuverpiæ a latrone læſus ſclopeto in collo, ita ut jugularis magna illa vena maximam ſanguinis funderet copiam per plurimos dies, cum quotidie plures ſanguinis libras emitteret, fluxione tandem colcothare cohibita, ſalvis viribus evaſit.*

In virium collapſu inſigni cucurbitulæ ſiccæ mammis &c.] Quamquam revera ſi tanta ſit ſanguinis evacuatio, ut vires majorem in modum langueſcant, haud inficias ire auſim imminuendi ſanguinis copiam indicationem nullam adeſſe, ſolum revellendi. Salubre propterea practicorum conſilium cucurbitulas ſiccas mammis applicandas, Hippocratis præeunte exemplo, qui *ſect.* 5. *aph.* 5. mulieri ad cohibendum menſtruum fluxum cucurbitam mammis apponit. Rarefacto nimirum inſigniter intra cucurbitulæ ventrem aere per ignem ibi accenſum, vis ejus elaſtica imminuitur. Eadem imminuta fit, ut tota atmoſphæra aeris externi, cum ferme nullam reſiſtentiam habeat, vehementer cucurbitulam premat adverſus cutem, ſic ut interni aeris cum externo communicatio auferatur. Quare partes cucurbitulæ ſubjectas minorem preſſionem ab aere intra cucurbitulam contento pati, neceſſe eſt. Particulæ autem, quæ intra ſanguinem, intra muſculorum interſtitia, & alias ſubjectas partes continentur, ſeſe vi ſua elaſtica expandunt, tumoremque elevant. Ad tumentem locum ſanguis quoque cogitur. Motu autem

ad

ad mammas excitato fit, ut ab hæmorrhoidalibus vafis revellatur, hinc fluxus facilius cohibeatur.

IX. *Interea fpongiæ fucco hypociftidis aq. plantag. foluto, decocto myrti &c.*] Succus hypociftidis ex plantæ ejufdem nominis recenti fructu contufo exprimitur, & ad folis radios ad extracti folidi confiftentiam denfatus ad neceffarios ufus affervatur. Potens adftringens eft, ut fapore ejufdem evincitur; nulla fiquidem meliori ratione cognofci poteft adftringens vis plantæ cujufdam, quam ex fapore auftero, & adftrictionis fenfum relinquente. Summitates myrti ore exceptæ linguæ fibras adeo potenter adftringunt, ut moveri eadem vix amplius poffe videatur. Eodem fapore cortex mali granati, & flores mali Punic. balauftia dicti donantur. Hifce propterea qua data occafione uti poffumus ad nimias fanguinis evacuationes fiftendas apertis vafis applicando, ut viribus fuis integris operentur.

X. *Ad vitriolata tamquam ad facram anchoram confugiendum. Colcothar vitrioli.*] Quamvis hactenus recenfita medicamenta potenter adftringant, nulla tamen ratione æquiparanda funt vitriolo, & ex hoc defumptis medicamentis. Calcinatio vitrioli, quæ colcothar dicitur, cæteris præftat vitrioli præparationibus. Celebre hac fuper re experimentum inftituit Cl. Lemeryus, quod philofophorum etiam confideratione haud indignum videtur. Sumit nimirum æqualem portionem limaturæ ferri, & fulphuris, & cum aqua fimplici maffam quamdam in congruo vafe fatis mollem conficit. Obfervat non plures elabi horas, quin effervefcentia fufcitetur, quæ calorem vafi infignem conciliat: fumi denfiffimi exhalant, qui non raro inflammantur: ceffante fermentatione remanet materia quædam, quæ vitriolum martis dicitur. Hæc fi vehementiffimo igne tractetur, calcinatur, privaturque omnibus partibus phlogifticis, & in calcem quamdam mutatur acidiffimis, & terreis partibus prægnatam, quæ colcothar appellatur. Ratione acidarum partium, & terræ potentiffime adftringit, & in ufum tantum externum excipitur. Effervefcentiæ ratio non aliunde petenda eft, quam ab admixtione fulphuris, quod cum vitriolicis conftet partibus, & pinguedinofis inflammabilibus, fit ut vitriolicæ particulæ fecedentes ab inflammabilibus ferro, quocum majorem habent cognationem, intime uniantur, ejufque poros fubeant. Dum hæc fiunt effervefcentia excitatur tanta, ut vafa ipfa non raro difrumpat; avolantibus interim fubtilioribus particulis vitriolum ferro unitur, & vitriolum martis habetur, ex hoc colcothar dictum. Experimentum hoc effecit, ut Lemeryus plura corollaria efficeret, quibus fe quam plurima phænomena phyficis clara explicare poffe exiftimavit. Cum enim fulphur, & ferrum in terraqueo globo ubique inveniantur, fi forte contingat, ut fulphur ferro occurrat, fermentatione hac fufcitata intelligi facile poteft, qui terræ motus, quaffationes, rupturæ contingant, qui meteora quædam fiant, præcipue vero fulmina, flammarum difperfio per aerem, aliaque id genus.

Aquæ multæ ftipticæ Lemerii &c. huc fpectant.] Colcothar Vitrioli bafis eft illius aquæ ftipticæ Lemerii dictæ. Oleum vitrioli famofæ illius Robelii. Aqua lapidis medicamentofi Crollii vim adftringendi a vitriolo maximam partem agnofcit. Hæc quidem omnia in ufum vocari poffunt, ubi colcothare vitrioli uti minus placeat. Cavendum tamen quam diligentiffime, ne vel gutta quidem adftringentium ejufcemodi aquarum per os ingeratur. Si quam enim mutationem, & alterationem in fanguine e vena recens extracto vitriolata efficiunt, fimilem in fanguine per venas excurrente, fi intus fumantur, faciunt, cum experimentis Cl. Stancarii (*in com. A. B. p.* 159.) compertum fit concrefcere fanguinem, colorem obfcurum induere, atque in grumos cogi, verendum eft, ne in vifcus aliquod coactus fanguis inflammationi, aut aliis morbis anfam præbeat.

XI. *Pro*

XI. *Pro usu interno solo fungo melitensi &c.*] Missis igitur vitriolatis ad ea confugiendum esse ratio suadet, quæ præterquamquod nullam, aut ferme nullam in extracto sanguine alterationem efficiunt, tutissima porro, atque efficacissima esse ad sanguinem supprimendum observationes cum certæ, ac constantes, tum multæ, ac frequentes evincunt. Hujusmodi sunt fungus melitensis, atque alia capite 2. *lib.* 2. *aph.* 11. recensita.

XII. *Si vero lentus sit sanguinis fluxus, res autem cum ægro boni, ac laudabilis habitus, præmisso sero lactis tamarindato*] Jam ad chronicam, & lentam hæmorrhagiam sanguinis ventum est, quam levissimis, ac mitissimis medicamentis pertractandam esse ex superius allatis perspicuum est. Potest eadem ortum traducere a sanguine non rite fermentato, ac volatilizato citra ullum in visceribus imi ventris, hepate præsertim, vitium, quod impedimento sit, ne Sanguis libera, atque æquabili circulatione traijciatur, atque congestionibus in sedalibus venis occasionem præbeat, vel vero cum eisdem conjungatur. Si primum contigerit, id quod bonus, ac laudabilis ægri habitus, obstructiones nullæ in visceribus imi ventris conspicuæ manifestum reddent, nihil aliud præstandum esse videtur, quam ut sanguis in pristinum suæ fluiditatis statum restituatur; atque labefactatis partibus debitus tonus concilietur. Priusquam vero ad ullum remedii genus confugias animadvertas velim, alvum lubricam facere in hoc morbo valde proficuum esse. Induratæ enim fæces nonnisi conatu summo expelli queunt, quo fit ut sanguis e disruptis vasis copiosius effundatur. Id autem præstare per purgantia stricte dicta periculosum duxerim. Cum enim stimulando operentur, morbum augere posse manifestum est. Lenientia igitur tantum locum habere videntur, ac lubricantia, quorum tamen delectus habendus est. Ea enim solum in usum vocanda, quæ cum alvum blande solvere, tum vasis hæmorrhoidalibus apertis levem adstrictionem conciliare valent. Inter hæc eminet Serum lactis tamarindatum, pulpa tamarindorum, quorum eximius est usus in quibuscumque sanguinis evacuationibus, speciatim vero in hæmorrhoidibus, ut præ cæteris Cl. Mercurialis testatus est.

Succi optime depurati urtic. heder. terrestr. plantag. &c.] Urticam sale nitroso, aut saltem sale quodam armoniacali, quod nitrum inchoatum dici potest, fætam esse alibi ostendimus. Ratione hujusce salis virtus eidem jure optimo tribuitur blandissime attenuandi, & simul fervorem nimium, motumque compescendi, atque hac ratione sanguinem supprimendi. Si eadem planta ore detineatur, dentibusque trituretur, levis cujusdam adstrictionis sensum linguæ conciliat, blandæ cujusdam adstringentis facultatis indicio manifestissimo. Idem plane dictum velim de hedera terrestri, utcumque nonnulli affirment cum Cl. Tournefortio, præter; salinas partes sulphureas eidem arcte commixtas inesse. Mitissima enim planta est, ac balsamica vi, eaque blandissima, & non admodum calefaciente pollet. Quapropter ad sanguinis crasim corrigendam, ad debitum vasis tonum conciliandum, atque hac ratione sanguinem supprimendum plurimum valet.

XIII. *Æstivo tempore Aquæ Brandulenses &c.*] Nihil ad immodicum hæmorrhoidum fluxum cohibendum aquis Brandulensibus efficacius, aut pro ægrorum opportunitate valentius. Sale enim quodam nitroso abundare creduntur, non modo ab incongruis succis, & superfluis, & vitiosis salibus inquinati sanguinis crasim emendandam aptissimo, quo fit ut remisso sanguinis motu, qui prius in sedales venas impetum dederat, cruentæ excretionis occasio deficiat; verum etiam laxatis præter morem vasculis intestina, conterminasque partes percurrentibus prompte subveniendum. Solent in parca dosi exhiberi, ne præ copia, & pondere prædicta vascula nimis distendendo, ac relaxando morbum augeant, aut confirment.

Cum

Cum tinctura Mart. ſuc. cydon. aut acido vitrioli &c.] Sunt qui crocum Martis adſtringentem dictum adhibent in ejuſcemodi morbis. Verum cum nihil ſit aliud quam ferri limatura violentiſſimo igne pertractata, ita ut avolantibus ſulphureis, ſubtilioribuſque particulis remaneat terrea pars acidis particulis fæta, ſi quid ſentio, ab eodem abſtinendum traderem. Verendum enim eſt, ne plus æquo adſtringendo hæmorrhoidalem fluxum intempeſtive cohibeat, quod periculoſum eſt, ut ex ſupra allatis apparet. Satius porro duxerim uti tincturis aliquo ſucco acido elicitis, quæ cum blande adſtringendi, ſeu corroborandi virtute donentur, dici vix poteſt, quam tuto, feliciterque morbum depellere habeant.

XIV. *Autumno tandem lac primum aſininum, tum vaccinum, aqua plantag. &c.*] Lac aſininum, utpote tenujus, & ad diluendum, ſaleſque acres, atque erodentes diſpartiendos, ineptoſque actioni ſuæ conſtituendos aptius, quo fit ut cruentæ exeretionis occaſio deficiat, ſolet primum adhiberi in hæmorrhagiis, mox vaccinum, utpote craſſius, & ad debitam ſanguini conſiſtentiam conciliandam, ad vaſa diſrupta, aut alio quovis modo aperta conglutinanda opportunum. Quod eo magis evenire cenſendum eſt, ſi aqua plantagini coctum exhibeatur, quæ planta vulnerariam habet virtutem, cujus propterea eximius uſus eſt, ubi immodicæ ſanguinis evacuationes ſiſtendæ ſunt, vel ſi contuſa affectis, apertiſque vaſis applicetur. Quid quod illud etiam commodi ſequitur ex lactis uſu aqua plantaginis cocti, ut difficilius in ſtomacho aceſcat, & corrumpatur, ideoque exhiberi poſſit ad menſes citra ullius noxæ periculum?

Cum corallorum præparat. &c.] Sed nihil efficacius ad lactis corruptionem in ſtomacho præcavendam terreſtribus corporibus, quæque abſorbentium titulo paſſim inſigniuntur. Ejuſmodi ſunt oculi cancrorum, teſtæ calcinatæ, margaritæ omnes, matres perlarum, coralla. Coralla, ut cæteris omnibus anteponam facit potiſſimum ea ratio, quod præter terram copioſam oleo bituminoſo, & balſamico cum eadem arcte conjuncto fæta ſunt, ut teſtatus eſt Cl. Geoffroy *tom.* 1. *mat. med. &c.* Hinc corpus ingreſſa qua occaſio fert non modo reſtituere tonum viſcerum valent, ſed & acres ſuccos, unde crebro ſanguinis craſim vitiari contingit, ebibere, ac fluxum ſanguinis cohibere.

Plures autem corallorum præparationes recenſentur ab Auctoribus: magiſterium, ſyrupus, ſal, tinctura. Quibus tamen præparationibus corallum adeo mutatur, ut novam omnino, ac diverſam a naturali indolem acquirat. Quam non mutationem ſubjerit corallum, ſi acidis liquoribus ſolvatur, & alchalinis præcipitetur, quæ præparatio magiſterium corallorum appellatur? Si de ſale corallorum ſermo ſit, nihil eſt aliud, quam cryſtalli oriundæ ex acido ſale cum corallo per diſſolutionem, & evaporationem conjuncto: tantum abeſt, ut vere ſit ſal ex corallis extractus. Quænam corallorum tinctura, ſi & tartarus, & vitriolum album, aliaque ejuſmodi ad eamdem extrahendam adhibeantur? Imo ſpiritus vini commune menſtruum in uſum vocatur. Qui experimenta hæc ſumunt, colore corallorum eleganter purpureſcente delectantur, eumque a corallo repetendum eſſe exiſtimant. Verum quid quod non tam a corallo colorem, & vim obtinet, quam a menſtruo, aut aliis rebus, quæ corallo conſociantur? Sed video jam quam varius futurus ſit ſermo illorum, qui tincturam anodynæ corallorum Helvetii titulo inſignitam adhibent, quæ fit additione ſal. volatil. tartar. flor. benz. camphor. croc. præſertim vero Opii ea ratione, qua baſis ejuſdem dici poſſit, unde ad fluidorum, ſolidorumque motum nimium compeſcendum, ac ſanguinis immodicas evacuationes cohibendas valere plurimum reputatur. Licet haud inficias ire auſim præſtari id poſſe a tanto medicamento, præſtari tamen propter opium facile judicaverim. Quod ſi ita res habeat, auctor eſſem, ut vel vini ſpiritu tinctura ex opio eliceretur, vel per ſimpliciſſimam aquam (quo pariter men-

menſtruo extrahi patitur) ſicque labor omnis in tincturis corallorum obtinendis chymicis ſubtraheretur. Quid non præſtitit Laudano illo ſuo liquido in hiſce morbis Sydenhamus? Quid non præſtat opium crudum, torrefactum, aut alio quovis modo præparatum?

Ne autem medicamentis ex opio deſumptis ad ſanguinem ſupprimendum utamur facit experimentum Cl. Stancarii loc. cit., quo compertum eſt magnam cum ex vitriolo, tum ex opiatis ſanguini e vena extracto affuſis mutationem ſequi, quam ſi afferant ubi per os aſſumantur, periculum eſt, ne graviſſima detrimenta in ægrum emanatura ſint. Sola porro coralla tenuiſſime trita, & ſuper porphyriten in alcohol redacta, quæ coralla præparata dicuntur, tutiſſima ſunt, æque atque efficaciſſima, ut Cl. Geoffroy loc. cit. luculenter oſtendit.

XV. *Juſcula extremitatum pedum vituli, gelatinæ ejuſdem, gum. arab. &c.*] Quid non fecere ſola victus ratione Hippocrates, Celſus, Mercurialis, aliique in curatione morborum? Ecquis eſt qui non videat gelatinoſa debitam ſanguini conſiſtentiam tribuere, tenues humores incraſſare, atque edulcurare, vaſa aperta conglutinare, atque hac ratione immodicos hæmorrhoidum fluxus certo, feliciterque debellare? Gum. Arabicum, Tragacant. & ſimilia præterquamquod ſtomacho, qui plerunque in hiſce morbis labefactatur, amica ſunt, eumdem majorem in modum corroborando, ac confirmando, præterea partibus ſuis mucaginoſis acres nimis, mordaceſque humores demulcere valent, tenujores inſpiſſare, vehementiorem motum compeſcere, vaſa diſrupta, atque exeſa eadem ipſa mucagine obducere, & ab humorum acrimonia rodente præſervare.

XVI. *Si obſtructionibus imi ventris laboret æger &c. rhabarbaro &c.*] Tres indicationes potiſſimum occurrunt Medentibus hoc caſu, ſanguinem ſupprimendi, obſtructiones in imo ventre reſerandi, ſerum ſuperfluum in lymphaticis vaſis ſubſiſtens, vel ex iiſdem in cavitates effuſum extra corporis confinia educendi. Quæ ſanguinem ſupprimunt contraria iis ſunt, quæ obſtructiones reſerant, ac ſerum educunt. Quid ergo agendum in hac rerum anguſtia? Nempe ſedulo perpendendum, quæ cauſæ morbi fuerint, qui effectus. Ab immodico e.g. hæmorrhoidum fluxu hydrops ortum traduxit, immodicus hæmorrhoidum fluxus ab obſtructionibus viſcerum imi ventris. Si obſtructiones tollantur, quæ impedimento ſunt, quominus ſanguis libera circulatione per vaſa meſaraica, ac venam portæ traijci poſſit, unde ad ſedales venas ferri neceſſum eſt, eaſdem diſtendere plus æquo, diſrumpere, aut alio quovis modo aperire, nonne ſperandum eſt immodicum hæmorrhoidum fluxum atque abhinc prodeuntem hydropem profligatum iri? Ad obſtructiones porro reſerandas cathartica, & emetica medicamenta paſſim commendantur. Hippocratis obſervatio eſt cathartica turbationem, & dolorem circa hypochondria excitare. Quare eorum loco 4. *de victus ratione* vomitum ſingulis ſeptimanis conſulit, ut humores in primis viis hærentes per ſuperiora expurgentur. Ex hoc corpus peroptime habere ſubdit. Verum quidquid aliis hac ſuper re videatur, ſolo rhabarbaro, ſi quid ſentio, utendum traderem. Cum enim agatur de morbo, in quo non ſolum primæ viæ, hiſque adjacentes partes, & viſcera a viſcidis, lentis, mucoſiſque quiſquiliis expurgandæ ſunt, ſed etiam urinæ promovendæ, & ſolidæ partes roborandæ, & leniter adſtringendæ, nihil eodem efficacius, aut pro ægrorum opportunitate valentius. Nam præter purgantem, diureticam quoque, & leniter adſtringentem virtutem eidem ineſſe accuratiorum practicorum obſervationibus compertum eſt, utcumque affirmet egregius chymicus, & Academicus Pariſienſis Boulducius, ne in rhabarbaro quidem toſto, atque in materia a tincturæ per communem aquam extractione remanente certum ullum virtutis hujuſce adſtringentis indicium per ſæpe repetita experimenta habere potuiſſe.

XVII. *Horum dierum intervallo tartarus vitriolatus &c.*] Tartarus vitriolatus ſal quidam ſalſus eſt ex ſale tartari, & ſpiritus vitrioli portione emergens, qui leniter incidendo, & aperiendo operatur: propterea eximius illius uſus eſt, ubi humores craſſi, viſcidique ſic alterandi ſunt, ut per vaſa libere moveri queant, ac circulo reſtitui, & ſuperfluum ſerum per urinæ vias educendum. At, inquies, aperientia medicamenta quantumvis mitiſſima immodicas quaſcumque evacuationes augere valent: ergo ab aperientibus abſtinendum eſt. Recte quidem, niſi emolumenta, quæ ex uſu aperientium medicamentorum percipiuntur, majora ſint damnis, quæ ab iiſdem afferri queunt. Si majora ſint, quid ſit tandem, cur abſtineas omnino non video. Dum mucoſas ſordes abſtergis, obſtructiones reſeras, nonne morbi cauſam removes? Remota morbi cauſa, morbus tandem corruat neceſſe eſt.

XVIII. *Succi plantaginis, urticæ &c.*] Plantago, hedera terreſtris, & ſimiles plantæ præter vulnerariam, ac balſamicam, eamque mitem, ac blandiſſimam, virtutem diureticam etiam ſortitæ ſunt: hinc in immodico hæmorrhoidum fluxu, cui pedum ædematoſi tumores ſupervenere, nobiliſſima ſi quæ alia medicamina exiſtunt. Non ſolum enim ſanguinem ſupprimere valent, ſed blandiſſime attenuando, ſeroſaſque partes per urinæ vias educendo obſtructionibus, ſi quæ ſunt in imo ventre, atque hydropi opitulari. Diureticam præ cæteris plantis plantaginis facultatem novere Cl. Maijerne, & Williſius, propterea ejuſdem ſuccum concretum, & inſpiſſatum in hydrope ſummis laudibus extulerunt. Quid opus eſt pluribus? Cum ſale quodam ad nitrum accedente experimentis Cl. Boerhaavii (*chym. t.* 2. *p.* 22.) fœtam eſſe compertum ſit, ſatis habes, quo ſtatuere poſſis prædictis muneribus obeundis opportuniſſimam exiſtere.

XIX. *Quid mali verendum ex uſu aquarum acidularum &c.*] Fortaſſe vix alio ordine fluxum hæmorrhoidum nimium ab obſtructionibus imi ventris pendentem cohiberi melius deprehendes. Acidulæ enim dum ſanguineam maſſam lentis, viſcidiſque humoribus inquinatam, atque impeditam attenuant, atque expediunt vaſa ad hepar, & meſenterium pertingentia, vaſorum præterea eorumdem, atque ſanguinis texturam eo redigunt, ut illa ad numerum pateant, hic vero per deſtinatos a natura meatus, ac ductus ubique, & æquabiliter fluat, ex quo tandem fit, ut remiſſo ſanguinis motu, qui prius in ſedales venas impetum dederat, cruentæ excretionis occaſio deficiat. Adde ipſas venas laxatas jam vi mineralium partium corroborare, & fibris qua fieri poteſt tonum reſtituere; hinc ſanguinem in iiſdem hærentem validius, & fortius ſe ſe contrahentibus dimoveri contingit, circulo reſtitui, atque hac ratione morbi recidivam præcaveri.

XX. *Reſeratis obſtructionibus ad lac &c.*] Lac ubi cachecticus ſit æger, obſtructionibus laboret, ac ſanguis nimis aquoſus peccet, ſolutaque ſit ejuſdem compages, ferri minus ſolet. A ſtomacho enim vel congrue, ac rite ſolvi nequit, ac digeri, vel libere in ſanguinis maſſam invehi, unde diuturna in ventriculo, atque inteſtinis mora facile aceſcit, ac corrumpitur, vel ubi in maſſam ſanguinis pervenerit, ſolidas partes magis magiſque relaxat, ſanguinem humoreſque inertes ad motum reddit, quo fit ut morbus augeatur, aut confirmetur. Quare ſalubre practicorum conſilium obſtructiones prius removere, ut optato fine potiri valeamus. Conf. com. in aphor. 16. cap. 8.

CAP.

CAPUT VIII.

De affectione Hypochondriaca.

I. Affectionis Hypochondriacæ duo ſunt gradus: alter convulſionem in extremitates nervorum, qui viſcera in Hypochondriis ſita perreptant, alter vero circa principia eorumdem inductam pro cauſa agnoſcit.

II. Illi anſam præbet chyli aciditas, viſcido-acres irritantes ſordes in primis viis, inque proximis viſceribus hærentes propter ſalivæ, ſucci pancreatici, bilioſi, & qui a ventriculi, & inteſtinorum glandulis extillat, ſolidarumque partium ad chyli elaborationem concurrentium vitia; huic vero ſanguinis, ac ſpirituum vitiata diatheſis, ac valde ſenſilis nervoſi generis conſtitutio propter vitia primarum concoctionum ſanguini communicata.

III. Vitiatam ſanguinis, ac ſpirituum diatheſim ſuccorum, & partium ad chyli elaborationem concurrentium vitium perpetuo ſequitur, hinc morbus intenditur.

IV. Cauſæ antecedentes, & externæ ſunt prava victus ratio, ciborum ſcilicet crudorum, acidorum, fumo induratorum, leguminum, lacticiniorum abuſus, vel etiam bonorum, ac laudabilium, præſertim ſi dentibus non triturentur, diuturnæ quævis animi, mentiſque curæ, ſtudia intenſa, hæmorrhoidum ſuppreſſio, aliaque hujuſmodi.

V. Prodit ſe primum malum hypochondriacum ciborum faſtidio, inappetentia, aucta quandoque fame, rerum inſuetarum, & incongruarum appetitu, ructibus copioſis acidis, auſteris, amaricantibus, flatibus, borborygmis, ſtomachi, & inteſtinorum inflationibus, tenſionibus, doloribus, cardialgiis, colicis, tumoribus ſub coſtis ſpuriis, in ſiniſtri hypochondrii regione conſpicuis, vomendi conatibus, quos vomitus ipſe viſcidarum ſordium non raro excipit gravioribus jejuno ſtomacho, & a paſtu, alvi duritie, interdum alvi fluxu, copioſa ſalivæ excretione.

VI. Accedunt mox capitis dolores, tremores, anxia deliria, animi angores, cogitandi, reminiſcendique impotentia, ſomni perturbati, tetra inſomnia, vertigines, membrorum tremores, ac ſubſultus, cordis palpitationes, deliquia, dolor regionem renum quandoque occupans, ac calculum mentiens, urinæ tenuis limpidæ copioſa excretio, improviſa ejuſdem ſuppreſſio, tuſſis ſicca, pectoris anguſtia, ſpirandi difficultas, quam globi ad fauces aſcendentis, & ſtrangulationis ſenſus quandoque excipit, quibuſdam ſuffumigiis miteſcens, animi vero commotionibus gravioribus recrudeſcens.

VII. An ſpirituum ataxia a debiliori eorumdem craſi hypochondriacæ affectionis unica, & conſtans cauſa?

VIII. Si res mihi ſit cum ægro laxioris habitus, temperamenti, ut ajunt, frigidi, inappetentia inſigni laborante ſine febre, atque hypochondriorum æſtu, contentus ſum ſalibus lixivioſis abſynthii, centaur. minor. agrimon., vel tartar. ſolub. terra fol. tartar. tart. vitriol. a ℈ ii. ad ʒ i. ex juſculo junioris pulli propinandis ad multos dies.

IX. Si præpollentis acidi indicia ſe prodant (ſunt autem aucta fames, ventriculi morſus, rerum inſuetarum, & incongruarum appetitus, ructus acidum ſpirantes) pulvere Wedelii abſorbente, dempto eidem vitriolo, ad ʒ .s. uti expedit.

X. Alterutrum horum adhibeam, levem infuſionem rhabarbari quolibet tertio, vel quarto die exhibeo in hunc fere modum paratam. ℞. Rhabarb. elect. in taleol. inciſ. ʒ ii. tartar. vitriolat. vel ſolubil. ʒ i. M. infund. per xxiv. horas ſuper cineres calid. in aq. font. ℥ vi. Coletur poſtea, & leniter exprimatur liquor. Colaturæ addatur ſyrup. flor. perſicor. ℥ i. pro una, & ſic pro aliis.

XI. Primo Vere ſuccis optime depuratis Fumar. Sonch. Agrim. Taraxaci ad ℥ iii. ex juſculo junioris pulli uti præſtat quam maxime.

XII. Hiſce martialia ſuccedant. Si acidum mucoſis quiſquiliis prævaleat, limatura mart. s. ſuper lapide porphyrit. lævig. a gr. x. ad xv. ex ſucco concreto abſynth., aut ejuſdem conſerva per viginti circiter dies adhibenda.

XIII. Si mucus iners prædominetur, tinctura martis aceto, aut ſucco alio acido extracta a ʒ .s. ad ʒ i. ex decoct. theiformi abſynth. uti expedit.

XIV. Uti ſalium digeſtivorum, ſic ſuccorum, & martialium uſui rhabarbari uſus intermiſcendus.

XV. Prævalente muco inerti, pillulæ tartareæ Bontii a ℈ i. ad ʒ .s. ante cænam viſæ ſunt convenire, dummodo ad immodicum hæmorroidum fluxum proclives non ſint ægri.

XVI. Opportuno tempore ad aquas acidulas, tandem ad Lac primum aſininum, mox vaccinum deveniendum.

XVII. Cibi ſimplices ſint, ab acidis, a vino æger abſtineat. A paſtu tincturam abſynthii ex decoct. Caffè, aut ejuſdem conſervam ante cibum aſſumat.

XVIII. Si æger ſiccioris, & calidioris ſit habitus cum hypochondriorum æſtu, tenſione, pulſus duritie, febre, ſolo oleo amygdalar. dulcium, & clyſteribus ex aqua hordei cum ſaccharo contentus ſum.

XIX. Primo Vere ſucci optime depurati Portulac. Cichor. Endiv. Fumar. vel ſerum lactis cum iiſdem plantis deſtillatum viſa ſunt convenire.

XX. Æſtuoſa tempeſtate ad balnea aquæ dulcis, aquas Villenſes, Nocerianas, vel Acidulas deveniendum, tandem ad Lac.

XXI. In quacumque mali hypochondriaci ſpecie motus corporis moderatus, equitatio præſertim, peregrinationes, venationes inſtituantur. A quibuſcumque mentis laboribus a paſtu præſertim abſtineat æger, hilaris vivat, & ſi fieri poteſt, ſola victus ratione gubernetur.

CA-

CAPUT VIII.

De affectione Hypochondriaca.

I. A *Ffectionis Hypochondriacæ duo sunt gradus : alter convulsionem in extremitates nervorum &c.*] Mali hypochondriaci, aut huic persimilis meminisse videtur Hippocrates sub nomine morbi siccatorii, & ructuosi (2. *de morb.*) Idem postea a Diocle Carystio apud Galenum (3. *de loc. affect.* 7.) paulo accuratius descriptus invenitur. Viscera autem, quæ in hypochondriis sita sunt nomen eidem dederunt, quod ab hisce potissimum læsis, ac labefactatis oriri reputaretur. In proximis vero læsionis causis assignandis orta litigia. Mitto Veterum quorumdam opinionem, qui eamdem a jecoris intemperie calida, ventriculi vero frigida commenti sunt, atque illorum, qui Lienem tartareos, atros, melancholicos, atque atrabilarios succos generantem accusabant, ceu quæ Recentiorum Medicorum studio jamdudum explosæ, atque e scholis ejectæ fuerunt. Recentiores nonnulli Graafium, & Sylvium sequuti, progressi longius acidum pancreatis nimis austerum vitiose in intestinis cum bile effervescentem causam voluerunt. Fieri enim id minus posse, quin flatus, & vapores eleventur, qui cum sint valde acres, abdominis, & hypochondriorum dolores excitent. A vitio primarum viarum decursu temporis sanguini communicato ipsius sanguinis crasim vitiari, hinc alia, atque alia deinceps symptomata gravissima exoriri. Cui quidem opinioni quantum adstipulandum sit, liquet ex supra allatis de intestinorum dolore (*com. in aphor.* 5.) ubi succum pancreaticum cum bile effervescere nullo modo posse ostendimus. Longe maxime dissentire ab omnibus visus est Willisius affectum huncce ad motus convulsivos revocans, atque asseverans ejus causam esse inordinatum, ac confusum spirituum animalium motum circa nervorum principia existentem, propter admixtionem particularum hæterogenearum, quæ particulæ heterogeneæ spiritus una secum in canales nerveos deducunt, & in viscera imi ventris, atque in universum corpus cæco impetu irruentes symptomata, quæ affectionem hypochondriacam constituunt, procreare valent. Firmis adeo, validisque rationum momentis sententiam hanc confirmavit, illustravitque, ut plerosque medicorum ad eamdem cæteris omnibus anteponendam excitaverit. (*V. cap. xi. de morb. convulsivis.*) Et sane quin proxima, & immediata causa affectionis hypochondriacæ a convulsione repetenda sit, nemini dubitandum est. Convulsionem tamen excitari perpetuo propter vitia sanguinis, ac spirituum tantum abest, ut credam, ut in contrariam sententiam facile inclinem. Cum enim saltem inter morbi initia symptomata se prodant, quæ viscerum tantum in hypochondriis contentorum, præsertim illorum, quæ ad chylosim sunt comparata, offensas manifestant, ad credendum vehementer adducor affectionem hypochondriacam quandoque a convulsione in extremitates nervorum viscera in hypochondriis sita perreptantium inducta pendere, eamque primum affectionis hypochondriacæ gradum constituere; decursu vero a convulsione circa principia nervorum excitata, quæ alterum quasi gradum constituit. Hac de re plura infra dicemus.

II. *Illi ansam præbet chyli aciditas &c. propter salivæ, succi pancreatici &c.*] Quo modo in extremitates nervorum viscera in hypochondriis sita perreptantium convulsio excitetur facilius innotescet, si modum quo naturalis chylificatio peragitur prius exposuero. Duo autem conspirare videntur, salivæ, succi eidem analogi a glandulis ventriculi extillantis, biliosi, pancreatici, aliorumque in intestina confluentium debita copia, vis, energia, nec non ventriculi, & adjacen-

jacentium partium maxime refpirationi infervientium motus, elafticitas, robur. Ut appareat totum concoctionis ciborum negotium hifce duobus potiffimum peragi, filentio prætereundum non eft fingulari providentia factum fuiffe, ut alimenta (fupponimus jam apta effe ad mutationem illam fubeundam, quæ chylofis dicitur) quæ nutritioni Animantium infervire debent, artis primo adminiculo varie præpararentur, hinc diverfa attritione, coctura, mixtura cum aliis fluidis aptiora redderentur ad eamdem mutationem, quæ in humano corpore fieri debet, fubeundam. Cibi vero fic mutati alias in ore mutationes fubeunt, mafticatione primum, qua confcinduntur, deinde morfu atteruntur, & adjuvante præcipue motu linguæ mufculi in omnia volubilis, atque ad omne punctum oris applicabilis fic triturati cibi falivæ, liquidis aliis, humoribufque illuc confluentibus permifcentur, a quibus majorem attritionem, & folutionem nacti verfus fauces protruduntur, occlufaque laryngis rimula, & pharynge dilatata deorfum pelluntur in æfophagum juvante motu periftaltico fibrarum miro quodam modo æfophagi tunicas inveftientium. A glandulis ventriculi, five, ut aliis placet, ab arteriolis, a nervis fecernitur humor quidam, quem non acidum, fed leniter falfum cum Boerhaavio plerique faciunt. Huic humori denuo affufi cibi, aquea ejufdem parte lævigantur, in fluorem folvuntur, falina vero penetrantur, fcinduntur, ufque dum reliquiis ciborum, & calore loci confpirantibus nova femper faliva ex ore, æfophago, atque ex ventriculi tunica affluente perpetuo agitentur, macerentur, attenuentur, diluantur. Jam membranam ventriculi carnofam, feu mufculofam fibrarum vario ordine, & quafi inextricabili donari, ut quædam quafi circulares a parte fuperiori ad inferiora defcendant, aliæ in fuperiori ventriculi parte inter utrumque orificium, aliæ a finiftro latere ad dexterum oblique excurrant, quædam orificia ambiant, perfpicuum eft. Huic vim, & robur ineffe fummum ad alimenta intus contenta valide premenda, terenda magis, magifque attenuanda nemo unus dubitaverit, qui certis obfervationibus edoctus compertum habuerit, quædam animalia mafticatione carentia ventriculos habere, qui mufculis firmis adeo, denfifque donantur, ut aliquibus in locis plures uncias craffitudine fua exæquent, ut propterea eofdem in Gallo indico Cl. Borellus de *mot. Animal.* 2. *propof.* 191. cum potentia librarum 1350. comparaverit. Huc accedit compreffio affidua, & alterni diaphragmatis mufculi firmi, ac robufti, nec non mufculorum omnium abdominalium ictus. Huc vibrationes violentæ Aortæ fuppofitæ, huc preffiones innumeræ tot arteriarum ventriculi, omenti, pancreatis, lienis, & aliorum vifcerum. Hifce enimvero Archibaldus Pitcarnius, & Dominicus Hecquetus ejufdem difcipulus tantam folvendi cibos ineffe efficaciam exiftimarunt; ut fluida humorefque in ventriculum confluentes vix in laboris partem vocaverint, qua in re tamen multis minus placuere. Quid de aere dicam? Aerem in ventriculo rarefactum folvendis alimentis quammaxime tribuere liquet ex confideratione machinæ D. Boylei pro digeftione a Papino defcriptæ, qua fola vi aeris rarefacti parvi liquidi interventu offa ipfa duriffima paftæ ad inftar mollefcunt. Quibus omnibus materia femper evadit mollior, lævigatur, in fluorem folvitur, cineritium colorem induit, & per pylorum in inteftina protruditur, donec tenaciora a priore opera refidua continuatis diu, agentibufque iifdem caufis, tenujorem femper fui partem dimittant, & duriffima tandem exfucca omnino reddita forma adhuc fere priftina cohærente fere integra expellantur. Accurrens bilis, & fuccus pancreaticus in duodenum chylofæ maffæ admifcentur, & aquea oleofis immifcendo, penetrando, fcindendo, ulterius diluendo, fluidiorem, mobiliorem, lævem reddendo partium fæculentarum feparationem promovent, ut purus chylus per lactea in maffam fanguinis propellatur. Quæ fere Boerhaavii, Cy-

Cyrilli, aliorumque ſententia fuit, quam ſaniores Medici, Chymicorum opinione relicta, utcumque Vieuſſenius, Aſtrucius, Andryus, Mangetus, Valliſnerius aliique ſtrenue illam defendant, ſunt amplexati. Et ſane qui ſibi libentiſſime blandiri velit, vix in eamdem ire poterit, ſi illud vel leviter tantum mente volutaverit, ſuccum illum acidum, quem ſecerni putant in corporibus animalium analogum liquoribus acidis, a quibus corpora duriſſima facillime diſſolvuntur, qui ſuccus aculeis ciborum meatus, ac poros penetrando, ſcindendoque ciborum coctionem perficiat, multis quidem corporibus diſſolvendis parem eſſe, non omnibus, & ſingulis. Videmus enim acida ſanguinem, lac, alioſque cibos coagulare. Deinceps ſi ſuccus ille acidus alimenta intus contenta penetrando, ſcindendo diſſolvit, quid eſt cur ventriculi fibræ exquiſito ſenſu præditæ nullam offenſam patiantur, & in omni chyloſi ſtomachi ſubverſiones, doloreſque non ſubſequantur? Rationem experientia confirmat. Ventriculi enim Animalium ab aliis Animalibus ingeſti egregie concoquuntur, & digeruntur. Quænam autem ratio, propter quam liquores illi acidi in membranoſas partes extrinſecus advenientes agere debeant nullam ventriculi fibris noxam inferentes? Argumentum, quod neſcio an cæteris omnibus anteponam paucis habeto. Volunt Chymici in ventriculo adeſſe ſuccum acidum volatilem, alchalicum vero ab alimentis aſſumptis intus ferri; cum vero acida volatilia cum volatilibus alchalicis permixta fermentationem ineant, ut ex chymicis obſervationibus conſtat, colligunt acidum ventriculi in alchalicum agere. Verum ſi quid ſentio, difficultatem offendunt, quam declinare ſi velint, non facile poſſint.

Videmus enim alimenta, in quibus acidum abundat egregie concoqui, optime diſſolvi. Ab acido ne diſſolvuntur? Nemo illorum id facile conceſſerit. Acidum enim, ſi eoſdem audimus, in alchalicum, non in acidum agit. Quæ ſane omnia effecerunt, ut chymicorum de ciborum coctione doctrina tamquam commentitia a pleriſque damnata ſit, atque omnino rejecta. Archibaldi Pitcarnii, & Dominici Hecqueti de ciborum tritu ſententiam mancam eſſe ex ſupra allatis etiam me tacente facile omnes intelligunt. Cum igitur & ſalivæ, & ſucci pancreatici, & bilioſi, & qui a glandulis ventriculi, & inteſtinorum extillat debita copia, vis, energia, ſolidarumque partium debitus tonus ad chyli elaborationem, perfectionemque neceſſario concurrant, fit ut quotieſcumque illorum defectus adſit, vel inertia, iſtarum vero atonia peccet, alimenta quantum opus eſt non terantur, eorum ſulphur ramoſum ſoluto ſale non diſſolvatur, & chylus acidus, & crudus conficiatur, qui nervearum fibrillarum, quibus totus ventriculi, & inteſtinorum canalis contextus eſt, convulſioni, ſpaſmo, atque malo hypochondriaco anſam præbet. Præcipuam cauſam, & efficientem acidi eſſe ſalem, qui terreſtribus, ſulphureiſque partibus magna ex parte ſecretus valde acutus eſt, & ſal primigenius a chymicis vocatur, experientia demonſtratum eſt. Liquor enim acidus ex vegetabilibus non fermentatis per deſtillationem educitur non ob aliam cauſam, niſi quod ſal eorum primigenius magna ex parte a terreſtribus partibus, & a ſulphure per deſtillationem ſecernitur; terreſtres enim partes cum graviſſimæ ſint, nunquam attolluntur in alembico, ſulphur vero cum ramoſum, & valde implexum ſit corpus, difficile a mixtorum vinculo expeditur. Quo patet alimenta male trita ſoluto ſale, non ſulphure, chylum acidum præbere.

Huic vero ſanguinis, ac ſpirituum vitiata diatheſis &c. propter vitia primarum concoctionum &c.] Jam vero ubi chylus male elaboratus, crudus, viſciduſque, atque abhinc prodeuntes viſcido-acres irritantes ſordes per venas lacteas in ſanguinem propellantur, eumdem pariter vitiari debere manifeſtius quidem eſt, quam ut ullis rationibus poſſit comprobari. Nimirum acidum non generant

qui-

quidem vaſa (quo loco quæſtio occurrit inter chymicos, & mechanicos longe graviſſima) ſed a ſtomacho generatum, aut ab acido factas concretiones conſervant, præſertim ſi & ipſa atonia laborent, quo fit ut ſanguis ſegniter moveatur, concretioneſque ab acido factæ difficulter ſolvantur; hinc diſſolutio illius nexus, ac vinculi, quo pro optima valetudine conſtituenda alligari mutuo, & firmiter conjungi debent varia illa genera partium, quibus cum fluida noſtri corporis, tum ſolida componuntur; hinc oleoſarum, ac balſamicarum depreſſio, acidarum exaltatio, ſolidarum vero ea conſtitutio, qua liquidorum per eaſdem excurrentium impreſſiones vel leviſſimas quaſque recipere valeant; hinc totius nervoſi generis convulſivæ contractiones, hinc malum hypochondriacum ex totius corporis intemperie. Quo magis patet unam eſſe affectionis hypochondriacæ cauſam, locum tamen primario affectum differentiam facere. Quod & de pleriſque aliis morbis dicendum, ut Hippocrates *lib. de flatib.* teſtatus eſt, inquiens: *Morborum omnium unus, & idem modus eſt; locus vero ipſe eorum differentiam facit; quare videntur quidem morbi inter ſe nihil ſimile habere, propter diverſitatem ſcilicet locorum, cum ſit tamen una morborum omnium & ſpecies, & cauſa quoque eadem.*

III. *Vitiatam ſanguinis, ac ſpirituum diatheſim, ſuccorum, & partium &c.*] Quoniam ſanguis proxima eſt liquorum omnium materia, ſpiritus vero per nervos ad organa eorumdem ſecretionibus dicata tranſmittuntur, cum a naturali craſi, & temperie receſſerint, ſuccos pariter ad chyli elaborationem concurrentes, ſalivam ſcilicet, ſuccum pancreaticum, biliofum, & qui a glandulis extillat, a naturali conſtitutione aberrare debere, pravos, vitioſoſque ſeparari, ſolidas vero partes prædicto muneri obeundo dicatas debito, æquabili, & ordinato ſpirituum influxu deſtitutas atonia corripi, inæqualiter tendi, aut alia ratione affici, qua optima alimentorum ſolutio, maceratio, perfecta chyli elaboratio pervertatur, unde chyli ipſius, & ſanguinis, & ſpirituum vitia augeri, & morbus intendi debet, adeo manifeſta res eſt, ut manifeſtior ſit nulla.

IV. *Cauſæ antecedentes, & externæ ſunt prava victus ratio, ciborum ſcilicet crudorum &c.*] Quæcumque vel ſolidarum partium tonum, vel ſuccorum ad chyli elaborationem concurrentium craſim vitiare valent, atque hinc inſigne chylificationis opus evertere, ea affectioni hypochondriacæ producendæ opportuniſſima exiſtunt. Huc ſpectat ciborum crudorum, acidorum, fumo induratorum, & ſimilium abuſus, qui ſolutioni majorem in modum reſiſtentes, membranarum ventriculi tonum labefactare valent, ſuccorum vero vim infringere, atque ineptos ſuis muneribus humores conſtituere, unde chyloſim facile depravari contingit, viſcido-acres irritantes ſordes generari, quæ extremitates nervorum viſcerum in hypochondriis contentorum irritando innumeras fere læſiones pariunt. Quo loco minus mirari ſubit Blanchardum *p.* 2. *prax. cap.* 6. affectionem hypochondriacam morbum Friſiis familiarem pronuntiaſſe, quod piſis, lacticiniis, & acetariis abutuntur. Quidni liceat conjectare longe graviorem, frequentioremque eſſe morbum, quam antea unquam fuerit, ut liquet ex Veterum Scriptorum monumentis, præſertim Dioclis Caryſtii loc. cit., ac vix ullos hodie reperiri homines, qui eodem ſe immunes eſſe gloriari poſſint ob id potiſſimum, quod voluptatem in vitium gulæ vertunt? Quem peſſimum morem altiori voce damnavit, & e medio quantum illi fas fuit tollere conatus eſt Cl. Tozzi in praxi, quo loco: *Idque fortaſſe*, inquit, *ab intemperantia in victus ratione a tot, tantiſque gulæ libidinibus, itemque ex acidis, gelidiſſimiſque potionibus iteratis, atque præpoſtere, importuneque ſumptis jejuno ſtomacho, a paſtu, æſtate, hyeme, etiamſi nulla ſitis urgeat, aliaque neceſſitas cogat citra quaſcumque corporis exercitationes.*

Vel

Vel etiam bonorum, ac laudabilium, praesertim si dentibus non triturentur &c.] Cibi quicumque sint, si nimia quantitate ingerantur, stomachum nimis gravant, atque molestiæ eidem sunt, unde nauseæ, irriti vomendi conatus, aliaque ejusmodi subsequuntur. Quod quidem duplici ratione contingit, vel quod corrumpuntur, & stimuli vim acquirunt, vel quod inconcocta remanent, & moleste pariter ventriculum afficiunt. Utrumque, aut alterutrum contingat, manifestum est cum solidas partes, tum fluidas ad chyli elaborationem concurrentes facile vitiari, chylificationis opus everti, sordes acres, vellicantesque generari, quæ extremitates nervorum vellicando hypochondriaca pathemata progignere valent. Quid si dentibus non triturentur alimenta? Primam digestionem fieri in ore vel lippis, ac tonsoribus notum est. Hinc peti potest ratio, propter quam senes edentuli, quibus alimenta non satis ore triturantur, difficiliorem habeant concoctionem, atque affectioni hypochondriacæ sint plurimum obnoxii.

Diuturnæ quævis animi, mentisque curæ.] Nihil frequentius medentibus occurrit, quam graviores stomachi, & intestinorum subversiones a diuturnis, assiduisque animi curis. Spiritus animales in cerebro detenti minore vi, ac copia per nervos ad partes transmittuntur, unde solidarum partium, fluidarumque ad chyli elaborationem concurrentium texturam eo redigi contingit, ut impar omnino sit ad optimam ciborum coctionem, ac laudabilem chylosim perficiendam, illarum quidem propter defectum pristini elaterii, istarum vero ob viscíditatem, inertiam. Cum enim viscera fere omnia in imo ventre sita, vel insigni glandularum aggregatu componantur, cujusmodi sunt Hepar, Pancreas, ac Mesenterium, vel tunicis, in quibus pariter glandulæ copiosissimæ inferuntur, uti sunt ventriculus, intestina, quæ glandulæ juxta diversam structuram, situm, magnitudinem, motum tum naturalem, tum extrinsecus advenientem, a pressione scilicet externarum partium, musculorum, & adjacentium viscerum diversos succos, humoresque ad chyli elaborationem concurrentes separant, fit ut debilius sese contrahentibus fibris, quibus eadem viscera contexta sunt, liquorum, seu fermentorum eorumdem secretiones non solum imminuantur, sed ejusdem activitatis non sint, unde chylum male elaborari contingit, nec ab excrementitiis sordibus optime depurari, acres, vellicantesque sordes in primis viis colligi, atque hinc prodeuntes nervearum fibrarum spasmos, atque hypochondriaca pathemata excitari. Apte cadit in hunc locum, quod tradidit Baglivus, dum ait: *Qui laborant animi pathemate, potissimum corripi solent morbis ventriculi, ut inter cæteros observavi in mærentibus, qui conqueruntur primo de languore ventriculi, mox inappetentia, oris amaritie, siti circa horas matutinas, cruditatibus, flatibus, & tensionibus hypochondriorum*. Cæteras affectiones, quæ ex assiduis animi, mentisque curis exoriuntur, descriptas videsis in Fernelio, Salomon. *proverb.* 17. & *c.* 15.

Studia intensa.] Ea est inter viscera imi ventris, ventriculum præsertim, intestinorumque canalem, & Cerebrum connexio, ut una parte affecta altera quoque afficiatur, atque omnes simul, & perpetuo malorum, bonorumque participes sint, ut docet Hippocrates: *Stomachi subversio cerebri consumptio*. Quæ res Helmontium ad credendum vehementer adduxit sentientem animam non in cerebro, sed in ventriculo, præcipue superiore ejusdem orificio, quod innumeris nervorum propaginibus donatur, collocandam esse. Id quod contingit non tantum ob mirabilem nervorum consensum, sed etiam propter insigne digestionis ciborum negotium, cui sane cerebrum ipsum spiritus per nervos ad ventriculum, & huic inhærentes partes, ac viscera transmittens inservire certo certius habendum. Hinc sapienter admodum, prudenterque Cornelius Celsus loquens de iis, quibus caput debile, atque infirmum est, parum alimenti, idque facilis conco-

ctionis exhibendum esse præcepit, atque omnem quemcumque vel levissimum etiam imaginandi mentis laborem prohibendum. Tenuissima enim nervea filamenta, quibus cerebrum contextum est, tensa esse non possunt, quin uberiori spirituum influxu vigorentur, quod sine aliarum partium nervosarum, maxime chylificationi inservientium laxitate insigni fieri non posse adeo manifestum est, ut curiosiore explicatione nullatenus indigere putem. Quid quod anxia, ac morosa studia spiritus ipsos consumant? Vid. Vossius *idololatria Gentilium*, & Wedelius *tract. de studiorum intemperie*. Quo loco minus mirari subit Ciceronem summa fuisse corporis gracilitate, & infirmitate ob assiduas meditationes, & lucubrationes, quas in vita tantopere amavit, ut liquet ex ipsius operibus, in quibus eorumdem sæpissime mentionem facit; & Baronium, ut refert Janus Nicius Enitræus *Pinacoth.* ob assiduum studiorum laborem tabe pressum obijsse, qua cibos omnes utcumque nitidos, delicatos, suavesque ita fastidiebat, ut quotiescumque ad prandium, vel cænam vocaretur, tamquam ad supplicium se rapi diceret. Si addas litteratos homines curvo, inflexoque corpore cartis quasi incumbentes abdominis contenta multum sibi comprimere, ut egregie notat Ramazzinus *de morb. artific. cap. de litteratorum morbis*, ac desidem, & sedentariam vitam agere, quo nihil potentius ad virium robur infirmandum, habes, quo ad credendum vehementer adduci possis, a studiis intensis ventriculi, & viscerum chylificationi inservientium tonum labefactari, atque hinc malum hypochondriacum exoriri.

Hæmorroidum suppressio.] Inter multos gravesque morbos, qui ex suppressis hæmorrhoidibus ortum traducunt, frequentissime occurrunt affectiones hypochondriacæ, quæ res ansam plerisque dedit ad credendum insignem illum vasorum numerum a natura ita esse comparatum, ut materiæ unius alicujus, quæ sanguinem, ac cæteros humores inficere, atque inquinare posset, excretio haberetur. Et sane tot arteriolæ, ac venulæ mirum in modum circumvolutæ, in varios flexus actæ glandulam quasi alteram constituere videntur, cujus ope una cum sanguine fæculentæ materiæ secretio peragatur. Hinc nil mirum videri debet Cl. Fernelium affirmasse in aliquibus non raro e vasis hæmorrhoidalibus excerni materiem quamdam aqueam, viscidam, ab imperitis purulentam falso habitam, cum nihil sit aliud, quam fæculenta, atque impura materia, cujus exeretione tota sanguinis massa depuratur, unde innumeri fere morbi præcaventur. Si forte contingat, ut in sanguine eadem retineatur, ejusdem crasim, ac naturalem temperiem everti eo prorsus modo existimant, quo vinum perfectissimum quorumdam corporum admixtione in acetum mutatur. Hinc acribus, vellicantibusque sordibus in cerebro congestis, atque in tenuissima nervea filamenta se se insinuantibus, altiusque penetrantibus convulsiones, affectionem hypochondriacam excitari. Quæ fere illorum sententia est, qui affectionem hypochondriacam a convulsione in principia nervorum inducta ex totius corporis intemperie repetendam esse pugnacissime sustinent. Quæ tamen minus probatur, commendaturque iis, qui hæmorrhoidalem fluxum aliunde, quam ab hoc fonte altius, ac subtilius commenti sunt. Non enim sanguinem fæculentum, aut materiem aliquam corruptam per hæmorrhoidalia vasa eijci existimant, sed bonum, ac laudabilem, cum videlicet copia peccans, vel crassus, viscidus, ac lentus non ea celeritate, qua per arterias advehitur, ab hæmorrhoidalibus revehitur; (quod quidem facile contingit ob mesaraicarum venarum compressionem, debilitatem, tortuosum incessum, peculiarem venarum hæmorrhoidalium constitutionem, aliasque id genus alibi recensitas causas) unde in iisdem subsistens eadem majorem in modum distendit, disrumpit, vel acrimoniam nactus diuturna mora exedit, corroditque. Non alia porro meliori ratione affectiones hypochondriacæ expli-

explicari posse videntur a suppressis hæmorrhoidibus, quam quod sanguinis circulatio cum per hæmorrhoidalia vasa, tum mesaraica, venam portæ, & reliqua viscerum imi ventris perturbatur, stagnationes, infarctus, obstructionesque subsequuntur, unde succi biliosi in hepate, pancreatici in pancreate, salivalis in glandulis ventriculi, & intestinorum secretio inhibetur, vel plurimum saltem languescit, chylosis propterea pervertitur, acres vellicantesque sordes in primis viis colliguntur, quæ hypochondriaca pathemata excitare valent. Quamquam vero non hisce finibus tantum coerceri affectionem hypochondriacam facile concesserim, sed ex visceribus in hypochondriis sitis vitium postea sanguini communicari, ejusdem, & spirituum crasim vitiari, atque alterari ea ratione, qua opus est ad universum nervorum genus mire percellendum. Quem statum alterum affectionis hypochondriacæ gradum appellare cur dubitemus?

V. *Prodit se primum malum hypochondriacum per ciborum fastidium.*] Rem ita se habere clarius apparebit, si singula symptomata, quæ inter initia primum, & in primo affectionis hypochondriacæ gradu, mox illa, quæ decursu temporis, & in altero gradu observari solent, juxta allatam hypothesim explicemus commodissime. Manifestum est omnium Medicorum consensu, præcipuam famis sedem, & fundamentum stomachum esse: Imminuta igitur eadem erit, id vel vitio membranarum ventriculi contingat, quæ propter atoniam impares sunt ad tristem illam sensationem, quæ ad famem naturalem facit, percipiendam, vel succorum gastricorum, qui propter defectum, vel inertiam ad easdem vellicandas inepti existunt.

Aucta quandoque fame.] Depravata chylosi fieri minus potest, quin cruditates generentur, quæ diuturna in ventriculo mora facta eam acrimoniam nanciscantur, qua membranæ ventriculi irritentur, vellicenturque, unde ad appetendum cibum Animal excitetur. Auctæ hujusce vellicationis causam ab acerrimo acido plerique repetendam esse contendunt. Verum ad levem succorum gastricorum alterationem, mutationemve augeri posse famem facit potissimum exquisitus ventriculi sensus, unde levem quamcumque impressionem recipiendo opportunus existit.

Rerum insuetarum, & incongruarum appetitum.] Viri nisi hypochondriaci sint, nunquam depravato illo appetitu, quo absurdas res, & a natura alienas, cujusmodi sunt gypsum, vitrum, calx, stercus, & alia id genus avidissime, & cum voluptate ingerunt, corripiuntur. Pica audit morbus iste. Tanta autem est rerum, quas appetunt, aviditas, ut nisi illis frui possint, languescant, & animo interdum delinquant. Mirum autem ingesta, licet omnino absurda, ne vel minimum quidem incommodi afferre. Quæ res ansam dedit nonnullis ad credendum, a cerebro potissimum causam depravati hujusce appetitus repetendam esse. Cum enim viderint quantus esset in cibos vel absurdos assumendos impetus, phantasiam corruptam, & depravatam esse putarunt, seu certas quasdam motiones in cerebrum, & appensos nervos induci, quæ certas rerum imaginationes in animum inducant, unde animal ad easdem assumendas determinetur. Recte hi quidem. Pro varietate enim harum motionum varius, ac diversus oritur rerum appetitus. Verum adversus hos pugnant alii, ac depravatum ventriculi fermentum depravati appetitus causam statuendum esse pugnacissime sustinent, citra quod mira illa phænomena, quæ passim in Pica laborantibus observantur, explicari nulla ratione posse. Celebris est historia apud Sennertum de muliere quadam cretam, & molares lapides contritos ad librarum pondus deglutiente, ne vel minimæ quidem læsionis notis apparentibus. Qui autem fieri potest, ut membranæ ventriculi cretas, & lapides diu sine noxa ferre possint, nisi depravatum sit ventriculi fermentum ea ratione, qua opus est ad res adeo pravas

N 2 edo-

edomandas, ut qualitatibus suis non noceant? Nomine fermenti jam salivæ, succi a glandulis æsophagi, & ventriculi extillantis affluxum illi intelligunt, quod figuram immutare, vel texturam dissolvere, vimque eorum corporum infringere valeat, quæ cæteroquin exquisitissimas ventriculi fibras scinderent, dilacerarent, aut simili modo molestissime afficerent. His ducti rationibus depravatum ventriculi fermentum depravati appetitus causam constituunt. Quid ipse in re ardua, ac perdifficili sentiam paucis habeto. Non solum ventriculi fermentum, sed & phantasia, & organa gustui, & odoratui dicata male affecta depravati appetitus causa proxima sunt, ita tamen ut stomachus primum, deinde medullares cerebri fibræ, postremo narium, & linguæ papillæ afficiantur. Ad hujusce rei statum melius intelligendum sciendum est, ab externis objectis sensibilibus aliquam in nervorum extremitates sensorium constituentium mutationem induci, quæ mutatio nihil aliud esse videtur, quam motio quædam, quæ ad cerebrum usque, & medullares ipsius fibras per continuatos nervos delata, peculiarem illis tremorem communicat respondentem objecto, & modo, quo exteriori organo applicatur; pro varia autem motione varias ideas, & perceptiones in animum suscitari. Quibus sic constitutis licet colligere a depravato ventriculi fermento motiones quasdam in ipsius membranas, & nervos excitari; quæ cum ad cerebrum usque perveniant, certas ciborum imaginationes in animum inducant, unde animal ad appetendum excitetur. Quoniam vero cibi absurdi sunt, & a natura alieni, necesse est, ut eæ motiones in ventriculum primum, mox in medullares cerebri fibras inductæ organis gustus, & odoratus communicentur, & cum papillæ linguæ, tum membranæ pituitariæ talem tonum, & tensionem habeant, ut motus qui inducitur a rebus absurdis sit illis consentaneus, ideoque jucundus, & suavis; e contra qui a rebus suavibus fit, dissentaneus sit, asper, & a sensibus alienus. Hinc nil mirum videri debet, si tam avide cibos appetant quosdam, quosdam vero fastidiant, ab illis voluptate afficiantur, ab aliis lædantur.

Ructibus copiosis, acidis, austeris &c.] Ructus duplici modo fieri plerique opinati sunt, cum videlicet alimenta putrescunt, & nidorem contrahunt, & odorem fætidum, qualis ovorum corruptorum, vel sapore amaro inficiuntur, qualis est axungiæ rancidæ, olei amygdalar. dulcium, & nucum; deinde cum tota ciborum massa acidum saporem contrahit, nec rite fermentata volatilizatur. Hanc acidam, nidorosam illam appellant. Nidorosam quidem a nimia sulphurearum, & oleosarum particularum, quibus scatent alimenta, solutione, & exaltatione repetunt, hanc autem exsolutiónem a bile acriori, ac nimis volatili ad ventriculum delata fieri arbitrantur. Acidæ cruditatis causam acidum digestivum totam chyli massam inficiens accusant. Verum cum coctio ciborum, ut supra ostendimus, non ab acido, vel quocumque alio humore tantum dependeat, corruere hancce opinionem perspicuum est. Satis porro superque esse duxerim, ut naturali eversa chylosi, diutius quam par est in ventriculo detineantur cibi, ac corrumpantur; corrupti enim, & putrescentes ructus acidos, acorem, vel quid simile spirantes progignere manifestius quidem est, quam ut ullis rationibus possit comprobari.

Flatibus, borborygmis, stomachi, & intestinorum inflationibus, tensionibus &c.] Corrupti sic, ac putrescentes cibi succos reliquos in ventriculo, inque proximis visceribus inhærentes inquinant, qui propterea nerveas fibrillas mordent, irritant, in spasmos agunt, canalem intestinorum præsertim in flexuris coarctant, ita ut ne aer quidem libere fluere possit, imo coercitus idem quaquaversum sese expandens, atque exitum quærens strepitus, ac sonitus adeo insignes in abdomine excitet, ut Æolus in Neptunum sævire videatur. Cum vero exire, & flue-

fluere libere nequeat aer calore loci, & adiacentium vifcerum fic rarefit, expanditur, ut membranas majorem in modum diftendat, in tumorem elevet, ac nerveas fibras moleftiffime afficiat, unde abdominis tenfiones, inflationes, dolores, aliaque ejufmodi graviffima fymptomata fubfequuntur.

Colicis, tumoribus fub coftis fpuriis in finiftri hypochondrii regione &c.] Colon ob infignes flexuras, quas in utroque hypochondrio fub coftis fpuriis format, aere exitum nitente, vel mucilaginibus vifcido-acribus infarcitur, diftenditur, in tumorem elevatur. En tumores fub coftis fpuriis in finiftro hypochondrio confpicuos, doloresfque ægros dire exercentes, quos multi minus docti affecto lieni tribuere non dubitarunt.

Vomendi conatibus, quos vomitus ipfe vifcidarum fordium.] Si acres, vellicantesfque fordes in primis viis ftabulantes nerveam ventriculi, & inteftinorum tunicam proritent, atque in fpafmos agant, inverti facile eorumdem motum contingit, hinc vomendi conatus, ac vomitum ipfum fupervenire. Quod adnotavit Arabum Medicorum facile princeps Avicennas, qui *lib. 3. fen. 3. tract. 2. c. 1.* hujufce morbi effectus defcribens, *quofdam effe*, ait, *quibus accedit dolor in fine fpatii comprehenfionis cibi in ftomacho, & horum quibufdam dolorem non fedari donec evomuerint.*

Graviores jejuno ftomacho, & a paftu.] Dum ftomachus cibis vacuus eft, acres, vellicantesfque fordes in ipfius membranas tantum, ac parietes vim exferunt, hinc aucto folidarum partium fpafmo augeri morbum neceffe eft. Ingeftis cibis, digeftione eorumdem incipiente, turbas facile excitari perfpicuum eft, laxatas membranas molefte affici, atque omnia fymptomata a paftu exacerbari. Quod præ cæteris indicaffe videtur Hippocrates, quo loco hypochondriam (venit eidem morbi nigri nomine) defcribens *de morb. lib. 2. fect. 5.* in fine: *Fauces, inquit, & os ex vomitu incenduntur, dentes obftupefcunt, & quod vomitione rejectum eft terram attollit, cumque vomuerit, paulo melius habere videtur, neque fine cibo effe, neque copiofiorem cibum ingeftum ferre.*

Alvi duritie, interdum alvi fluxu, copiofa falivæ excretione.] Nullum fere fymptoma, quod affectioni hypochondriacæ magis commune fit, quam alvi durities. Quæ quidem duplici modo contingere poteft. Vel enim pendet a vifcidis, craffis, lentifque humoribus, ac mucilagineis fordibus inteftinorum tonum enervantibus, atque eorumdem canalem obftruentibus, vel a tali fpafmodica conftrictione, ut inepta fint ad fæces motu fuo blando vermiculari expellendas. Si nerveæ fibræ vellicentur, proritentur, aut alia fimili ratione afficiantur, qua eft opus ad copiofiorem bilis, fucci pancreatici, & qui a glandulis peijeranis extillat effufionem, alvi fluxum fupervenire debere adeo manifefta res eft, ut manifeftior fit nulla: fordes porro iftæ in primis viis, inque proximis vifceribus inhærentes Mefenterii, Hepatis, Lienis, Pancreatis obftructionem gignunt, qua lymphæ fecretio in iis locis impeditur, quapropter per vafa in os derivatur, os, & fauces inundantur, unde copiofa falivæ excretio.

VI. *Accedunt mox capitis dolores, tremores &c.*] Ubi morbus altas in hypochondriis radices egerit, ac vitia in iifdem genita fanguini communicentur, fpiritusfque animales incongruarum particularum admixtione coinquinentur, manifeftum eft nervea filamenta cerebrum, ejufque membranas, & appenfos nervos conftituentia in vehementiores, & non ordinatas contractiones agi, varie inordinateque concuti, unde dolores capitis, tremores, aliæque fere innumeræ phantafiæ, motuum, & fenfuum læfiones.

Dolor regionem renum quandoque occupans &c. urinæ tenuis &c.] Nonnifi ab inordinato, perturbatoque fpirituum animalium motu, ac vehementi nervofi generis convulfione oritur dolor ille renum regionem occupans, ac nephritidem men-

mentiens, cujus quidem fpafmi indicio eft urinæ tenuis, ac limpidæ copiofa excretio. *Inter omnia vero*, inquit Sydenhamus, *quæ in hoc morbo comparent phænomena illud maxime proprium, atque adeo fere infeparabile, quod fcilicet ægræ* (nempe hyftericæ mulieres) *urinam fubinde reddant plane limpidam, & inftar aquæ e rupibus fcaturientis, idque fatis copiofe*. Dum enim univerfum fere nervorum genus diris convulfionibus premitur, tubulorum renalium diameter ita anguftatur, ut ferofo tantum, & aqueo latici aditus præbeatur. En tenuitatem. Comprimuntur porro cum a cæteris adjacentibus partibus convulfis jam, tum a fuis membranis Renes; hinc totum in ipfis contentum ferum exprimitur; præterea fic anguftantur vafa omnia, ut quæ rubicundæ fanguinis parti vehendæ apta erant, lymphaticæ folum ferendæ paria evadant, hinc & fecundi generis vafcula fiant, & tertii, & fic porro, ita ut mire multiplicentur vafa ferum urinarium deferentia. Hifce multiplicatis, atque anguftioribus redditis fit, ut major fit celeritas fluidi permeantis, ideoque major ejufdem copia feparetur, unde copia urinarum emergit. Si tanta fit convulfio, ut tubuli renales, ureteres, & orificia veficæ occludantur, fupprimi urinam debere adeo manifeftum eft, ut nihil fit manifeftius.

Tuffis ficca, pectoris anguftia, fpirandi difficultas, quam globi ad fauces afcendentis &c.] Spiritibus animalibus cæco impetu hac illac in diaphragma, pulmones, tracheam, cæterafque partes refpirationi infervientes irruentibus, & tuffis ficca, & pectoris anguftia, fpirandique difficultas, quam globi ad fauces afcendentis, & ftrangulationis fenfus excipit, exoriuntur. Senfum globi afcendentis nonnulli repetunt ab aere coercito inter tunicas aliqua in parte fpafmo conftrictas, qui cum vim elateris majorem exerceat, quo magis angufto fpatio coercetur, fenfum illum globi afcendentis efficiat. Verum gratis id affumi videtur, cum fola partium convulfarum contorfio, & inverfus veluti quidam motus a partibus inferioribus ad fuperiores eidem producendo opportuniffimus exiftat.

Suffumigiis mitefcens.] Qua ratione fuffumigia in convulfivis morbis operentur quæftio eft. Qui actiones fere omnes noftri corporis a fluidis partibus repetunt, exiftimant a corporibus, quæ comburuntur, exhalari tenuiffimas quafdam, & fubtiliffimas particulas, quæ naribus exceptæ, in nervos membranam pituitariam conftituentes fe infinuando fpiritibus animalibus immifcentur, eofdem alterant, & in ordinem redigunt, unde partes, quæ a perturbato, & irregulari fpirituum motu convulfæ funt, relaxari contingit, & a nimia nerveorum filamentorum diftractione, atque dolore liberari. Alii e contra in ea funt opinione, ut credant fuffumigia, quæ fiunt ex combuftis graveolentibus corporibus, tenuiffimas, ac fubtiliffimas emittere particulas ad membranam pituitariam, nerveas ejufdem fibras irritare, vellicare, unde fpiritus ad eam partem avocantur priorem illam relinquentes, in quam inconcinno, atque irregulari motu irruebant: ex quo fit ut affecta pars relaxetur, ac convulfio fedetur. Rem exemplo vulgatiffimo illuftrant. Dolor enim vehemens aliquam nervofam partem afficiens, ligatura valida in oppofita facta, qua fpiritus ad eamdem avocantur, priorem viam relinquentes, egregie fedatur. Cum nihil in hac affirmetur, quod extra omnem dubitationis aleam pofitum non fit, in illa e contra fuppofitionibus opus fit non paucis, minima fcilicet illa corpufcula in nervos per minutiffimos porulos fe infinuare, deinde fpiritibus immifceri, tandem ipfos in fua crafi alterari, quæ omnia momento fere temporis peragi haud poffe videntur, illam, fi quid fentio, huic anteponendam traderem. Quanta fit vis odorum ad fibras noftri corporis percellendas liquet ex Ammano in Parænefi critica cafu 59. qui a fola candelæ febaceæ extinctione abortum, uteri fuffocationem, epilepfiam,

&

& mortem ipſam annotavit ; ex Foreſto, *qui lib.* 28. *obſ.* 30. ex fætore lucernæ extinctæ hyſterica pathemata, ac fætum extinctum obſervavit ; Olao Borrichio *in Act. Hafnien. Vol.* 5. *hiſt.* 86., qui memorat mulierem quamdam in formandis candelis occupatam reſpiratione difficili, gravi cephalalgia, vertigine, & oculorum rubore correptam fuiſſe ; Amato Luſitano *prax. adm. lib.* 3. *obſ.* 99. qui Piſtorem quemdam ſuffimentis, quæ ad excipiendum Portugaliæ Regem fiebant, in terram quaſi Apoplecticum concidiſſe tradit ; ut mittam inſigne exemplum violentiſſimæ purgationis per ſuperiora, & inferiora, quod extat in *Hiſt. Ac. Par.* ſolo odore roſarum pallidarum, quod & a Peclino confirmatum legimus *exercit. de purgant. cap.* 1. *&* 5. & a Bartholino *hiſtor. Anatom. & Med. cent.* 5. *obſ.* 64., atque ea quæ de mirandis odorum viribus legi poſſunt in Roberto Boyle *de mira efflu. ſubtilit. cap.* 4. *de inſigni eorumdem efficac. c.* 6.

Animi vero commotionibus &c.] Nihil, quod ſpirituum motum magis perturbare valeat, atque in vehementes, ac non ordinatas contractiones agere nervorum genus, quam animi commotiones, multo magis ſi ſpiritus, & nervi ad eaſdem ſuſcipiendas jam ſint diſpoſiti, quemadmodum in hypochondriacis, & hyſtericis contingit. Quid non præſtat improviſum gaudium, præſertim languidis, & imbecillibus? Polycratam fæminam a Naxo inſula ex repentino gaudio animam expiraſſe teſtatus eſt Ariſtoteles. Chilonem Lacedæmon. philoſophum eximium, dum victorem in Olympia filium conſpexit, repente mortuum fuiſſe refert Plinius *lib.* 8. *c.* 53. *hiſtor. natur.* Plura exempla vid. apud Gellium *Noct. Attic. l.* 3. *c.* 15. *P. Lotich. l.* 3. *c.* 4. De iræ, terroris efficacia vid. *com. in aph.* 3. *cap.* 8. *lib.* 1. *& com. in aph.* 6. *cap.* 1. *lib.* 3.

VII. *An ſpirituum ataxia a debiliori eorumdem craſi &c.*] Thomas Sydenhamus [*diſ. epiſt. de malo hypochondr. &c.*) morbum huncce, quem ad convulſivos morbos refert, a ſpirituum ἀταξία, quæ græca vox latinis audit confuſio, ordinis deſertio, ab α, & τάξις, quod a τάττω ordino, tanquam a proxima cauſa repetendum eſſe putat : in motus autem inordinatos, & perturbatos adigi ſpiritus propter debiliorem eorumdem craſim, ita ut facile diſſipentur, & a levi etiam cauſa commoveantur. Firmis validiſque rationum momentis opinionem hanc ſuam confirmat. Et primo obſervatione, Mulieres ſcilicet præ maribus hoc affectu laborare ; Mulieres ſiquidem præ viris debiliorem, & rariorem ſpirituum texturam, ſive craſim, atque univerſum nervorum genus maxime ſenſile obtinent, & molliorem totius corporis habitum ; litteratos homines, & acri ingenio præditos facilius præ aliis eodem corripi, quia rariori, tenujori, & facile diſſipabili donantur textura. Quid quod cauſæ eædem externæ inopiam hancce, ac debilem ſpirituum texturam evincunt? Horum in cenſu numerantur ira, terror, timor, mæſtitia, aliaque animi pathemata, odores nimis fortes, & acuti, quibus ſpiritus animales nimis rari, ac debiles in turbas aguntur, ac varia ſymptomata, quæ in hypochondriacis, & hyſtericis obſervantur, progignunt. Animadverſionem præ cæteris meretur vomitus materiæ flavæ, viridis (a corruptione inſigni ſuccorum in primis viis ſtabulantium ortum diceres) qui non aliunde quam a perturbato ſpirituum animalium, atque inverſo periſtaltico ventriculi, & inteſtinorum motu, quo & ſuccus pancreaticus, & bilioſus, & qui a glandulofis folliculis ventriculi, & inteſtinorum extillat, & reliquiæ ciborum eijciuntur. Rem ita eſſe evincit luculentiſſime obſervatio. Plerique enim cæteroquin optime valentes, qui itinera per mare inſtituunt, vix ac navim conſcenderunt, toto corpore perturbantur, virium languore, vertigine, nauſea, ſtomachi dolore corripiuntur, evomunt, animo delinquunt. Vomitu autem (mirum dictu !) inſignem quantitatem humorum flaveſcentium, viridium, quique corruptæ bilis ſpeciem præſeferunt, ejiciunt. Et tamen inordi-

na-

nata, insolita quædam undulatio spiritibus per irregulares navis motus communicata, quo universum fere nervorum genus convellitur, accusanda. Qua de re legi meretur Cl. Giminiani Montanari epistola, in qua problema resolvit: *Perchè li forastieri, che capitano in Venezia, si stanchino nell' andare in Gondola*. Verumtamen licet justis laudibus æquare non valeam, quæ singulari plane perspicuitate tradit Sydenhamus de spirituum animalium ataxia propter debiliorem eorumdem texturam, parcat tamen si in suam non eo sententiam cum docet unicam hanc, constantemque esse proximam morbi causam. Possunt quidem spiritus in fæminis, & litteratis hominibus, eo quod pauci, debilioris, ac rarioris texturæ sunt, in inordinatos, irregulares motus, minime tamen in effrænes, violentasque abire turbas, quæ ad atrocissimos dolores, ad immanes convulsiones, membrorum contractiones, rigiditates excitandas valeant. Spirituum animalium soliditate potius, firmitudine, acrimonia insigni, solidarumque partium, ac tenuissimorum filamentorum nerveorum nimis sensili constitutione opus esse crediderim. Quamquam haud inficias ire ausim debiliorem spirituum crasim vitia primarum concoctionum facile sequi, acidos generari succos, qui extremitates nervorum vellicando primo affectionis hypochondriacæ gradui ansam præbeant.

VIII. *Si res mihi sit cum ægro laxioris habitus &c. contentus sum salibus lixiviosis &c.*] His ita constitutis licet colligere eo nervos industriæ omnes in curatione hujusce morbi intendendos esse, ut vitia viscerum in hypochondriis contentorum emendentur, a sordium, pravorumque excrementorum sarcina liberentur, irritationes omnes, & convulsivæ nerveorum filamentorum contractiones sedentur. Illud vero curæ cordique maxime esse debet, ut sordium natura internoscatur. Quod nulla meliori ratione obtineri posse perspicuum est, quam ad ægrotantis habitum, & simptomata quæ morbum comitantur, respiciendo. Ubi res sit cum ægro laxioris habitus, temperamenti, ut ajunt, frigidi, qui inappetentia insigni laboret, qui febre careat, atque hypochondriorum æstu, crassas, ac mucilagineas sordes, mucosasque quisquilias, primas vias, hisque inhærentes partes infarcire rationi consonum videtur. Ea igitur quæ incidendo, abstergendo, & leniter vellicando operantur, hic locum habere perspicuum est. In horum censu veniunt primum sales lixiviales, qui videlicet ex cineribus quarumdam plantarum combustarum per lixivium extrahuntur, cujusmodi sunt absynth. centaur. minor. agrimon., qui quidem viscidis, crassisque sordibus attenuandis, incidendis, laxatis stomachi, & intestinorum fibris roborandis adeo opportuni existunt, ut istorum reperito usu inappetentiam, ut alibi vidimus, in famem caninam desiisse Riverius testetur in observ. a Pechequo derivatis. Simili fere virtute donantur medii sales, qui videlicet ex acidorum cum alchalicis mixtione parantur. Ex sale tartari aciditate cremoris tartari saturato sal medius resultat, qui tartari solubilis nomine venit. Si sal ejusdem tartari fixus aceto saturetur, sal quidam salsus emergit, qui terra foliata tartari dicitur. Ex sale tartari & spiritus vitrioli portione emergit alius quidam sal salsus tartarus vitriolatus dictus, aliaque hujusmodi, quæ omnia leniter incidendo, ac digerendo humores ad evacuationem disponunt, ut mitissimo quovis pharmaco educi commode possint.

IX. *Si præpollentis acidi indicia se prodant &c. pulvere VVedely absorbente*] Vis acidum edulcandi alchalicis tantum, terrestribus, insipidis tribuitur. Ejusmodi sunt oculi cancrorum, chælæ cancror. coral. terræ multæ sigillatæ, quæ omnia poros ad acidum imbibendum idoneos habent. Constat enim acetum, & spiritum vitrioli acorem fere omnem amittere, si eisdem oculi cancrorum, conchæ, aliaque id genus affundantur. Terrea hujusmodi porosa corpuscula cum acido ventriculi coeuntia salem neutrum componunt, qui leniter nerveas inte-

sti-

ftinorum fibras irritans fordes, humorefque excrementitios ad alvum præcipitat. Ad cujus rei ftatum melius intelligendum fciendum eft abforbentia terrea nunquam per venas lacteas in fanguinem invehi; cum autem acidi humores terreis hifce corporibus arcte uniantur, hæc autem in ventriculo, feu inteftinis diu manere non poffint, reliquum eft, ut ad alvum præcipitentur. Proftat in officinis pulvis quidam abforbens Wedelii dictus, qui ex terreis hujufmodi corpufculis componitur, fi cinnaberim, & opii extractum excipias, quibus facultas ineft fpafmodicas ftricturas mulcendi, ac fedandi. Vitriolum martis demi ex eodem folet, ne ftomachi fubverfiones excitentur.

X. *Alterutrum horum adhibeam levem infufionem rhabarbari &c.*] Rhabarbarum ad craffas, vifcidafque fordes attenuandas, fimulque tonum fibrarum reftituendum, ubi hypochondriacus purgandus eft, cæteris palmam præripit. Quoniam vero in hypochondriacis folventia pharmaca in forma, ut ajunt, humida vifa funt magis convenire, quam folida, falubre eft practicorum confilium infufionem leni calore ex eodem parare addendo falem aliquem neutrum, cujufmodi funt tartar. vitriolat. arcan. duplicat. tartar. folubil. &c. qui fales dici vix poteft quantum purgantium vim corrigant, & fimul intendant. Refinofa enim eorumdem fubftantia primum penetratur, folvitur, extenditur, impediturque, ne inteftinorum tunicis diutius, quam par eft adhærendo moleftias procreent; præterea incidendo, & leniter vellicando purgantium vim intendere perfpicuum eft. Leni, inquam, calore. Tincturas enim rhabarbari, ac fimilium medicamentorum forti coctione parare abfurdum eft: bulliendo enim maximam partem eorumdem virtus diffipatur, ut præ cæteris oftendit Cl. Boulducius Acad. Parifienfis. Ad purgantia non acriora pertinet Senna, ideoque cum rhabarbarum paullo ficcioris fit texturæ, unde alvus quandoque vix aperitur, nifi cum miti alio folvente confocietur, nonnulli infufionem ex fenna, & rhabarbaro præfcribunt. Verum fi quid fentio, a Senna in hypochondriacis abftinendum traderem. Flatus enim copiofos ingenerat, qui malum augent, aut confirmant.

XI. *Primo Vere fuccis optime depuratis Fumariæ, Sonchi, Agrimon. &c.*] Practicorum illorum confilium, qui fuccis herbarum, quæ falibus lixiviofis, aut fimilibus refertæ funt, quæque ob eximias facultates, quibus donantur, obftructiones hepatis, ac reliquorum vifcerum imi ventris folvendi, tartareas, ac mucilagineas fordes incidendi, abftergendi ant' hypochondriacæ dicuntur, fatius effe uti exiftimant, quam aut falibus ex iifdem elicitis, aut decoctionibus, aut alia quavis præparatione, fateor me juftis laudibus æquare cum Sennerto non valere; præfertim fi ex jufculo tenerioris pulli exhibeantur, quo facilius tenuior pars in fanguinem ingrediatur, reliquæ terreæ ad alvum præcipitentur, fimulque irritationes nimiæ, & convulfivæ contractiones fedentur. Enimvero fi quod D. Boulducius tradidit, fatius plerunque effe medicamenta ut a natura producuntur exhibere, locum habet, locum habet maxime ubi agatur de iis vegetabilibus, ex quibus, fi exficcentur, decoquantur, aut alio quovis modo, prefertim vero igne tractentur, volatilior, & tenuior eorum pars avolat, a qua fortaffe maxima pars virium eorumdem dependet.

XII. *Hifce martialia fuccedant.*] Sed nihil potentius ad hypochondriacum malum depellendum Marte, & ex eodem paratis medicamentis, dummodo tamen adfit fibrarum laxitas, & fuccorum acidorum, mucoforumque in primis viis apparatus. Abforbet enim Mars, & potentiffime corrigit aciditatem omnem infeftam, mucofafque quifquilias atterit, fibras ventriculi, & inteftinorum membranas conftituentes confirmat, ad affueta munia aptas reddit, coctiones reftaurat, fanguinis, ac fpirituum crafim firmat, quod ab aliis fcindentibus, penetrantibus, abforbentibus medicamentis fperare inane prorfus eft. Eorum enim

actio a ſtomachi fermento infirmatur, obtunditur, atque in minimas moleculas divifa, cum fibrarum laxitatem, acidorum, mucoforumque, atque inertium fuccorum refiftentiam multo majorem offendant, quam fit cuneorum, ac vectium falinarum potentia, eifdem penetrandis, attenuandis, ac fibris corroborandis inepta funt, hinc parum, aut nihil quandoque levaminis afferunt. Diximus tunc folum convenire Martialia cum adfit fibrarum laxitas. Si enim exhibeantur in nimia fibrarum tenfione, ac rigiditate, vi, atque impetu in membranas agendo, eafque plus æquo adſtringendo ineptas aſſuetis muniis partes conſtituunt, atque dolores, tormina, aliafque moleſtias procreant. Adeo verum eſt fibrarum rigiditatem, ac tenfionem augere martialia, ut poſt illorum ufum, vel in iis qui cachexia laborant, pallidus faciei, & totius corporis color in rutilum, & pulſus valde debilis, & languidus in fortem, ac febrilem mutetur.

Si acidum mucofis quifquiliis prævaleat, limatura martis &c.] Infinitæ fere funt martis præparationes, quæ paſſim fpeciofis titulis a chymicis infigniri folent, unde fummam fibi famam, atque celebritatem compararunt. Illud tamen animadvertendum eſt certis, ac conſtantibus, multis ac frequentibus accuratiorum practicorum obfervationibus compertum eſſe, illis quorum ſtomachus acido-viſcidis, ac difficilibus humoribus involutis abundat, iifque fere omnibus, qui laxiori habitu donantur, ferrum crudum, & in fubſtantia longe magis prodeſſe, quam officiofiſſima quæque arte chymica ex eodem parata medicamenta. Ubi acidum mucofis quifquiliis prævaleat, limaturam martis eximiam opem præſtare facit potiſſimum, quod ferri particulæ acido facile uniuntur, diſſolvuntur, ac citra ullius noxæ periculum vires fuas exerunt.

XIII. *Si mucus iners prædominetur, tinctura martis aceto &c.*] Limatura ferri angores, vomitus, diarrhæas, tormina, aliaque moleſtiſſima fymptomata excitare valet, fi mucus iners prædominetur, quippe acutis cuneis non diſſolutis vectis ad inſtar, ut perbelle exprimunt mechanici, fcindendo, penetrando, ac ſtimulando agunt, unde nerveæ ventriculi, & inteſtinorum fibræ in fpafmodicas contractiones vehementer adiguntur, atque ab hinc infignes moleſtiæ facile excitantur. Quare falubre eſt practicorum confilium tincturas ope fucci vel liquoris cujufdam acidi ex ferro elicitas exhibere, ut optato fine potiri valeamus. Celebris eſt fyrupus Willifii Kalybeatus dictus, qui etiam a Cl. Sydenhamo, Boerhaavio, Pitcarnio fummis laudibus extollitur, cæterifque martis præparationibus facile anteponitur.

Fit nimirum Kalybis contriti (alii & rheum, & corticem Peruvianum, aliaque id genus addunt) vino rhenano infufione frigida per plures dies femper agitando vas. Dum nigrefcit edulcoratur faccharo, & cinnamomo, & ægrotantibus ad ℥ i. .s. præfcribitur. Vinum enim rhenanum plurimum acidi tartari, falinique continet, unde acerbum, atque afperum eſt, ideo ad martis particulas diſſolvendas menſtruum opportuniſſimum, fi quod aliud. Si vinum rhenanum defæcatiſſimum recens in cadum immittatur mundiſſimum, plurimum optimi tartari, quod aciditate infigni pollet, generari oſtendit Cl. Boerhaavius *Op. chym. p.* 1. *proc.* 50. Quo apparet pleraque vina, quæ plurimum olei, ac fulphuris continent, quæ lenia, & mollia funt, quæque difficulter in acetum mutantur huic muneri inepta prorfus eſſe. Integram horum hiſtoriam vid. in Cl. Hoffmanno (*Diſſ. phys. med. chym.* 9. *de Vini Rhenani præſtantia*) Acetum porro, ac reliqui fucci acidi eadem virtute præſtant, qua Vinum Rhenanum. Quapropter iſtorum ope tincturæ eliciuntur ex marte, quæ prædictis muneribus obeundis opportuniſſimæ exiſtunt.

XIV. *Uti falium digeſtivorum, fic fuccorum, & martialium ufui rhabarbari ufus &c.*] Quid emolumenti ex repetita pharmaci purgantis exhibitione ægris ad-

adferri possit se ignorare prorsus testatus est Cl. Sydenhamus, quin vero plurima damna in eosdem emanare, præsertim si *in corporibus imbecillibus*, *& in ætatibus tenellis exhibeantur, cum ex hac* προφάσει *ingens humorum colluvies in viscera eliciatur, atque iis in partibus deposita fermentationes præternaturales invitet, ex quibus deinceps tumores in infimo ventre oriuntur, tanto magis in dies mole augescentes, quanto sæpius æger purgetur*. Recte quidem si de præpostera purgandi methodo, validioribusque purgantibus sermo fit. At si de commodissima illa purgandi ratione sermo sit, quam Epicrasim vocant, & de rhabarbaro, bona pace tanti viri dici vix potest in quanta obscuritate versetur. Ad primum quod spectat nemo ignorat quæcumque pravos, vitiososque succos, ac sordes in primis viis, inque proximis visceribus inhærentes alterare valent, ad expulsionem quoque aptos eos reddere. Quemadmodum vero non unus est alterandi modus, nec nisi repetito, ac diuturno alterantium diversorum usu (cujusmodi sunt sales digestivi, plantæ ant' hypochondriacæ dictæ, martialia, aliaque hujusmodi) prædictæ sordes ad evacuationem disponuntur, ita non una tantum pharmaci purgantis exhibitione educi commode possunt. Ad Rhabarbarum quod attinet, si viscerum glandulæ nimis arctæ sint, ut necessariis fluidis excipiendis non sufficiant, præsto est, quod propriis salibus, ac oleosis, sulphureisque particulis illos laxiores reddit, & materiem impedientem evacuat, sanguinis crasim, solidarumque partium, atque affectorum viscerum structuram emendat, unde nullum eodem efficacius, aut pro ægrorum opportunitate valentius medicamen. Cl. Rhodius *cent.* 2. *obs.* 2. mali hypochondriaci curationem repetito rhabarbari tantum usu absolvisse omnem felicissimo cum successu testatus est.

XV. *Prævalente muco inerti pillulæ tartareæ Bontii &c.*] Prostant in officinis pillulæ quædam, quarum basis Aloes est, & ad blandissime purgandum opportunissimæ. In horum censu veniunt tartareæ Schroderi, Quercetani, & aliæ, quas si percensere numerando velim, nullum fere dicendi finem faciam. Celebres sunt apud Hollandos pillulæ illæ tartareæ Bontii, quarum hæc fere descriptio est.

℞. Alo. succotrin. ℥ iii.
gum. ammoniac. ℥ i. s.
tartar. vitriol. ℥ s.
M. f. s. a. massa pillul.

Hisce summa cum felicitate non semel usus sum in hypochondriacis affectionibus cum vehementi alvi adstrictione, & doloribus conjunctis. Hæmorrhoidum fluxum, qui prius cessaverat magno ægrorum damno, denuo rediisse deprehendi. Cum operandi rationem sedulo pro ingenii modulo ad examen revocarem, animadverti Aloem valde acutis, penetrantibus, scindentibus fætam esse particulis, ammoniacum multis sulphureis particulis cum salinis arcte conjunctis constare, tartarum vitriolatum salem salsum esse ex sale tartari, & spiritus vitrioli portione emergentem, idcirco ad crassas, viscidasque sordes detergendas, mucosas quisquilias atterendas, atque evacuandas; simulque orificia vasorum hæmorrhoidalium aperienda, atque hinc hæmorrhoidalem fluxum promovendum aptissimas existere. Quibus sane omnibus ad credendum vehementer adductus sum in ea tantum mali hypochondriaci specie, in quo mucus iners prædominatur, eximiam præstare opem, atque iis tantum convenire, qui ad immodicum fluxum proclives non sunt. Quamvis enim haud inficias ire ausim hæmorrhoidali fluxu superveniente ægros in pristinum valetudinis statum restitui posse, ut Dolæi, aliorumque observationibus compertum est, cavendum tamen, ne immodicus earumdem fluxus subsequatur magno ægrorum discrimine.

XVI. *Opportuno tempore ad aquas acidulas &c.*] Aquæ acidulæ ab omnibus fere medicis cum Veteribus tum Recentioribus, modernisque adeo probantur,

commendanturque adverfus hypochondriacum malum, ut fi quid in fumma rerum anguftia fperari poffit, id ab aquis acidulis fperari jure poffe confidant. Mitto quæ de infigni earumdem efficacia commenti funt Sennertus, Claudinus, Montanus, Riverius, Willifius, Etmullerus, Baccius, Hoffmannus, Cyrillus, aliique fere innumeri, cum pro hifce omnibus faciat elegans locus Jo. Gratiani (*differt. de acid. font. Recob.*) qui incomparabiles acidulis ineffe facultates contra nonnullorum, præfertim vero Sylvatici, opinionem ad hypochondriacum malum debellandum adeo præclare oftendit, ut nullus fuperfit dubitandi locus. *Cum enim*, inquit, *pars hujus aquæ fpirituofa mucilagineas fordes primis viis, hifque proximis vifceribus inhærentes diffolvat, Martis vero vena acerbos, atque acidos fapores corrigat, ac fimul fylveftres fales, tartarumque, ut placet Helmontio, hoftem refolutum deftruat, continuo & dyfcrafiam vifcerum tolli, & coctiones omnes, fecretionefque humorum corrigi, ac propterea potiffima Hypochondriacæ affectionis fundamenta ab imo convelli neceffum eft*. Quod de acidulis Recobarii in agro Vicentino effatus eft egregie laudatus Auctor, idem plane verum eft de acidulis in Helvetia ditione S. Mauritii, in agro Tridentino Vallis Solis, ut mittam quæ a Cl. Hoffmanno defcribuntur in nobili opere de aquis medicatis, a Dom. du Clas, du Hamel, Lemeryo, Boulducio, Geoffroy, Burlet, Henrico ab Heer, aliifque præclaris Auctoribus, quæ propterea in diverfis regionibus exhiberi poffunt.

Tandem ad Lac] Paratis hac ratione primis, fecundifque viis, fluidarum partium, folidarumque textura eo redacta, ut hæ ad numerum pateant, illæ vero ubique, & æquabiliter fluere poffint, quid ad irritationes omnes, & abhinc prodeuntes nervearum fibrarum convulfivas contractiones fedandas, ad læves, politafque particulas, quibus nutritio, virefque reftituantur, in fanguinem introducendas lacte præftantius? *Paratis* inquam *primis*, *fecundifque viis*. Cum enim ventriculus atque huic inhærentia vifcera corruptis, vifcidis, acidifque humoribus fcatent, fi Lac exhibeatur, facillime in coagulum abit, ac corrumpitur, unde hypochondriacis nunquam non damno, & detrimento effe poteft. Illud enimvero jure, meritoque affirmari poteft de ventriculo, huicque proximis vifceribus rite nondum expurgatis, quod de corporibus impuris, quæ quo magis nutriveris, eo magis læferis. Quo loco fateor me juftis laudibus æquare non valere, quæ in hanc rem tradidit Hippocrates: *Hunc* (nempe hypochondriacum) *medicamentis per fuperiora, & inferiora purgato, pofteaque Lac Afininum bibendum exhibeto*. Eximias lactis vires opportuno tempore exhibiti novit ipfe Etmullerus inquiens S. 9. *Lac, & omnia lacticinia præmiffis univerfalibus funt optima, nam omne acidum vitiofum temperant, falfedinem acrem emendant, partes folidas nutritio rore humectant*.

XVII. *Cibi fimplices fint, ab acidis, a vino æger abftineat*.] Cibi quo fimpliciores funt, & facilioris coctionis, minus vereri fas eft, ut in ftomacho corrumpantur. Vinum faltem eo tempore, quo Lac exhibetur, cane pejus, & angue fugiendum eft. Ejufdem enim aciditate fit, ut fimul ac ingeftum eft Lac corrumpatur, & acefcat. Ultraquamquod quodcumque vinum etfi minime acidum, fed lene, & molle fit, præternaturale acidum generare valet, præfertim in iis, quorum ventriculus lentiffimo muco ob præcedentes indigeftiones obftructus eft. Hinc eft hypochondriacos plerunque lædere, etiamfi Lac non affumatur. Statim enim ac ingeftum eft acefcit, & cum tormina ventriculi moleftiffima procreat, tum una cum chylo in fanguinem invectum eumdem inquinat. Tunc vero, ut notat Walefius *in aph. Hippoc.* & Profper Martianus *lib. de aere, aq. & loc. n.* 10. *Morbos fola vini abftinentia certe curari* fentiendum eft.

A paftu tincturam abfynthii &c.] Inter ea, quæ ftomachi amicitia clara fecit,

cit, eminet Abfynthium, de quo Hippocrates *in lib. de infania*: *Sæpe*, inquit, *& deinceps exhibitum flatum, & ventum in ventriculis fieri non finit*. Digeftionem egregie promovet abfynthium, atque ad appetendos cibos excitat; idque potiffimum oleo fuo effentiali, & aromatico, quod ventriculi fibris laxioribus conftringendis ac firmandis, tum etiam mucilagineis fordibus ejufdem parietibus tenaciter adhærentibus diffolvendis opportuniffimum exiftit, ut præ cæteris Cl. Geoffroii *Mat. Med. p. 2.* teftatus eft.

Tinctura Abfynthii, quæ ope ardentis fpiritus ex Abfynthio fermentato extracti paratur, longe præftantior, & efficacior dicitur illa, quæ per vini fpiritum elicitur. Spiritus vero nonnifi multo ftudio atque fedulitate obtinetur. Difficillime enim fermentationem fubeunt plantæ, nifi certa quadam encheirefi ad eamdem difponantur. Secus fætorem concipit maffa, ac corrumpitur, nulliufque plane ufus eft ad fpiritum, quem volunt chymici, extrahendum.

XVIII. *Si æger ficcioris, & calidioris fit habitus cum hypochondriorum æftu &c. folo ol. amyg. dulc. &c.*] Diverfam omnino a priore methodum inftituendam effe ad hypochondriacum malum a nervearum partium fenfili nimis conftitutione, atque earumdem proclivitate infigni in fpafmodicas contracturas, ab humoribus tenuibus, acribus in turbas facile abeuntibus, & orgafmos oriundum profligandum adeo manifeftum eft, ut curiofiore explicatione nullatenus indigere putem. Illud potiffimum eos invadit, qui ficcioris, & rigidioris funt conftitutionis, in quibus fulphureæ partes mirum in modum atteruntur, exfolvunturque, fluida concitato motu moventur, hinc calor per univerfum corpus, hinc febris, hypochondriorum æftus, aliaque ejufmodi excitantur. Salibus alchalicis lixiviofis, purgantibus, martialibus corpus magis exficcatur, & fibrofo generi ftimuli adduntur, quibus vehementiores, & non ordinatas ejufdem contractiones cieri contingit, & morbum augeri, aut confirmari. Solum igitur illa, quæ convulfivas contractiones laxant, ac mulcent, quæ univerfum corpus refrigerant, humorum orgafmum compefcunt, temperant, ac nutritio rore humectant, maximi funt emolumenti, atque falutis. In hac hypochondriaci mali fpecie alvi durities infignis adeft, eaque potiffimum pendet a tali inteftinorum ftrictura, ut inepta fint ad fæces motu fuo blando vermiculari expellendas. Oleum autem amygdalarum dulcium præfto eft non folum ftricturas emolliendo, fed ramofis fuis partibus acres, vellicantefque humores involvendo, irretiendo, obtundendo, atque ad alvum præcipitando.

Clyfteribus ex aqua hordei &c.] Si clyfteres frequenter injiciantur, non folum totum inteftinorum canalem, ac vifcera imi ventris balnei ad inftar refrigerari contingit, emolliri, fed fæculentarum fordium in iifdem ftabulantium expulfionem promoveri, humores continuo ad inteftina invitari, hinc nervofum genus recreari, ac fluidorum maffam temperari. Remedium enimvero fumma clinicorum omnium confenfione, longoque ufu probatum, de quo verba faciens Riverius, *Novimus*, inquit, *quemdam Nobilem, qui ex frequentibus clyfteribus ita fervatus fuit ab inveterata affectione, ut omnino curatus videretur, cum multa alia remedia fruftra ufurpata fuiffent*.

XIX. *Primo Vere fuc. optim. depurat. portulac. cich. endiv. &c.*] Nimium fervorem, motumque compefcendo, & blandiffime attenuando, fimulque acrium, atque vellicantium humorum excretionem per infignes urinæ vias eliminando operantur plantæ quædam, quæ nitrofo fale, aut fale ammoniacali, qui nitrum quoddam inchoatum dici poteft, fætę funt, quæque inter refrigerantia recenfentur. Hujufmodi funt Portulac. Cichor. Endiv. & Boerhaavio teftante Fumaria. Iftarum igitur fucci ex jufculo tenerioris pulli, quo diluantur, atque facilior iifdem aditus in fanguinem præbeatur, vel eædem cum fero lactis deftillatæ,

latæ, dici vix poteſt, quantæ in calidioribus, ſiccioribuſque conſtitutionibus efficaciæ ſint ad convulſivas nervearum fibrarum contractiones mulcendas, atque malum hypochondriacum calidum, ut ajunt, profligandum.

XX. *Eſtuoſa tempeſtate ad balnea aquæ dulcis*,] Balneorum efficaciam qui non cognoſcit ad hanc hypochondriaci mali ſpeciem debellandam, medicinam cognoſcit plane nullam. Non ſolum enim univerſi corporis exſuccas nimis, aridaſque fibras relaxari contingit, atque emolliri, ſed acres, vellicanteſque humorum particulas ad corporis peripheriam allici, atque apertis poris extra ejuſdem confinia educi. Hujuſce rei celebre extat exemplum in M. N. C. *Dec.* 2. *an.* 6. ubi hypochondriacus quidam vir, cum aliquoties in balneum aquæ dulcis deductus eſſet, tandem aqua balnei fætere cæpit innatante ei ſaburra nigricante craſſa cum acredine in dies ſingulos augeſcente, ut inſignis in aqua putredo, odor graveolens, atque acerbitas manus aſſiſtentis vellicans oborta fuerit. Mirum novis quotidie adhibitis herbis, ac balneo ſæpius repetito in perfectiſſimum valetudinis ſtatum ægrum reſtitutum fuiſſe.

Aquas Villenſes, *Nocerianas*, *vel Acidulas*] In aquarum delectu non omnes conveniunt. Sunt qui aquas Villenſes, Nocerianas, aliaſque nulla manifeſta qualitate, ut docet eruditiſſimus Fernelius, inſignes, neque alio ſapore ullo, quam noſtræ potabiles, ſenſum feriente ebibendas jubeant. Ab acidulis abſtinent, verentes, ne principiis quibus ſcatent activis nervorum genus nimis percellant, atque in ſpaſmos agant, humiditatem omnem exprimant, corpus exſiccent. Qua in re ſi quid ſentio, licet inficias ire non auſim inſipidas aquas eo quod diluant, atque humectent in hypochondriaci mali ſpecie, de qua agimus, locum habere (quod facile de limpidi cujuſcumque vulgaris fontis uſu facile conceſſerim) cum tamen Acidulæ iis principiis ſcateant, quorum ope viam ſibi ad exitum parant, illud ſequitur, ut copioſe primum hauriri poſſint, nulla hinc repletione ſubſequente, quæ viſcerum languores, aut cachexias progignere valeat. Copia autem epotæ ſuo ipſo pondere juvante ſolidas partes laxare, tubulos omnes, meatus, ac ductus ſecretionibus, atque excretionibus dicatos nimis adſtrictos, atque abhinc prodeuntes obſtructiones reſerare habent, unde ſalia in corpore oberrantia acida, auſtera, aut alio quovis modo nociva ſegregari contingit, nutritium humorem æque diffundi, ac nervoſi generis convulſivas contractiones ſedari. Huc accedit aquas acidulas terra calcaria donari, quæ abſorbendi ſumma vi pollet, unde acria excrementa abſorpta facile præcipitantur, & per inſignes excretionum vias foras eliminantur. Quod nonnulli notant ab acidularum uſu corpora exſiccari, & humiditatem omnem abſumi, unde in ſtrigoſis, & exſuccis corporibus minus convenire videantur, egregie explicat Cl. Henricus ab Heer dum illud intelligendum eſſe oſtendit de ſuperfluo aquoſo latice, qui in corporibus cachexia, vel hydrope affectis abundat: hæc enim corpora abſumto, quo præter naturam madefiebant humore, exſiccantur, & macra redduntur. Hac de re vid. com. *in aph.* 15. *cap. V. lib.* 2.

XXI. *In quacumque mali hypochondriaci ſpecie motus corporis moderati, equitatio &c.*] Si quod tradit Seneca de tranquillitate animi: *Indulgendum eſt animo, dandumque ſubinde otium, quod alimenti, ac virium loco ſit, & in ambulationibus apertis vagandum, ut Cælo libero, & multo ſpiritu augeat, attollatque ſe animus; aliquando vectatio, itemque & mutata regio vigorem dabunt &c.* ullo in morbo locum habet, maxime habet in malo hypochondriaco. Quocumque nempe motu corporis, præſertim ſub aere ſereno, & aprico matutinis, vel veſpertinis horis uſque ad lenem corporis incaleſcentiam perſpiratio augetur majorem in modum, hinc ſanguinem a recrementis repurgari contingit, ſecretiones omnes, excretioneſque promoveri, ac corpus alacrius fieri: Equitatione vero viſcera

fcera imi ventris præfertim fuccutiuntur, qua fuccuffione fordes iifdem tenaciter adhærentes dimoveri, fanguinis circulationem per mefenterium, & vifcera imi ventris promoveri, folidarum partium, ac præfertim ftomachi tonum firmari, ad affueta munia aptum reddi, atque hac ratione hypochondriacæ affectionis fundamenta convelli adeo manifefta res, eft ut manifeftior fit nulla. Socrates dum folebat quotidie fere ufque ad vefperam contentius ambulare, a quodam interrogatus cur hoc faceret? refpondit, *quo melius cænem*. Quibus oftendit vir fapientiffimus ambulationis ufum tum ad ciborum appetitum, tum ad cruditates omnes abfumendas plurimum facere. (Vid. Cic. *lib.* 4. *Tufcul. quæft.*) De commodis ex equitatione oriundis egregie loquutus eft Oribafius *lib.* 4. *c.* 24. ubi habet: *Equitatio magis, quam omnes reliquæ exercitationes, corpus præfervat, ftomachum, & fenfuum organa confirmat*. Capite vero de equitatione: *Si vehementer impellatur equus, quamvis totum corpus laboriofe concutiat, tamen aliquid utilitatis affert; fiquidem magis, quam omnes aliæ exercitationes, corpus, & præfertim ftomachum firmat*. Si Sydenhamum audimus, tanti facit equitationem in malo hypochondriaco, ut eamdem cæteris omnibus auxiliis ad hunc morbum profligandum opportuniffimis facile anteponat. Imo Sacerdotis cujufdam meminit, quem malum hypochondriacum dire exercebat, fola equitatione, nullo alio pharmaco fanati.

A quibufcumque mentis laboribus a paftu præfertim abftineat æger &c.] A quibufcumque mentis laboribus maxime a paftu abftinendum effe facit potiffimum ea ratio, quod avocatis a ventriculo, cæterifque vifceribus chylofi dicatis fpiritibus ad cerebrum, ciborum coctio labefactatur, ac flatus, cruditatefque in ventriculo generantur, quibus morbus intenditur, aut confirmatur. In hunc locum egregie cadit, quod tradit Valerius Maximus lib. 3. c. 6. *Danda eft remiffio animis: Meliores, acriorefque requieti furgent. Ut fertilitas agris non eft imperanda, cito enim exhauriet illos nunquam intermiffa fæcunditas; ita animorum impetus affiduus labor frangit*.

Si fieri poteft, fola victus ratione gubernetur] Si ullus morbus diligentia victus gubernandus eft (ut perbelle ait Plato in Timæo) ille eft præ cæteris malum hypochondriacum. Quod fcite admodum, prudenterque præftitit Afclepiades, ut refert Celfus *lib.* 5. *in præfat. Cum enim putaret omnia fere medicamenta ftomachum lædere, malique fucci effe, ad ipfius victus rationem omnem fuam curam tranftulit*.

Victus utilitatem, ac præftantiam in curandis morbis novit inter Arabes Medicinæ Magifter nemini fecundus Jo. Rhazes, qui fcriptum reliquit 6. *aph. lib. Bonum eft doctori, quod diætis ægritudinem removeat, vel curet, fi poteft, & non cum medicinis*. Et vero plebejos, rufticos, eofque omnes, qui Medicis non utuntur, truculentis adeo morbis, ut nulla arte profligari poffe juratus crederes, liberari quotidie videmus, dum alii iique maxime, quos ambitio ducit ad peregrinas, rariorefque merces adhibendas, in pejus continuo labuntur, ac fæpiffime periclitantur. Egregie inquit Sanctorius *fect.* 1. *aph.* 139. *Nobilium fere nemo cum remediis fanatur, qui pefte laborat, plebeii vero fine plures fanantur*.

CA-

C A P U T IX.

De Scorbuto.

I. AFfectionis hypochondriacæ summus gradus scorbutus est, morbus Veteribus satis notus, non adeo frequens apud nos, ut vulgo creditur.

II. Causa proxima est sanguinis, cæterorumque fluidorum acor insignis, qui pro varia partium sulphurearum, salinarumque exsolutione, commixtione, atque mutuo nexu in dyscrasiam acrem, salsam, muriaticam solidas exedentem partes degenerat.

III. Septentrionalibus Populis, iisque maxime, qui vicini sunt Mari, itinera per Mare instituunt, nautis, qui carnibus fumo induratis, pane biscocto, aqua putrida, verminosa utuntur, qui salitis piscibus, carnibus suillis, aut bubulis sale, aceto conditis, caseo pariter salito frequentius vescuntur, familiaris morbus est.

IV. An atrabilarius humor, an solum lien accusandus in hoc morbo?

V. Acidum Scorbutum præ cæteris comitatur difficilis, anhelosa ad levem quemcumque motum respiratio, ad somnum proclivitas, crurum tumor, genuum titubatio, maculæ rubræ, lividæ, nigricantes, crura eadem occupantes, gingivæ tumentes, oris fætor incipiens, dolores dentes, caput, crura, surasque, abdomen, artus gravantes, paralysis.

VI. Gingivarum putredo, erosio, dentium caries, scabies, impetigines, crustæ, ulcera cutem deturpantia, arenulæ rubræ, & friabiles in ima urina subsidentes, quæ oleosa sit, varioque eleganti colore in ima superficie notata, vomitus, diarrhææ, dysenteriæ, hæmorrhagiæ, corporis siccitas, tabes salsedinem humorum muriaticam arguunt.

VII. Graviora hæc, & dirius ægrum exercentia cum siti inextinguibili, calore, æstuque corporis intolerabili, rubore intenso, acredinem designant.

VIII. In Scorbuto acido paullo acriora, quam in affectione hypochondriaca visa sunt convenire. Ea tamen acidis temperata, sero lactis diluta sint. Sequenti sero destillato summa cum felicitate usus sum. ℞. Cochlear. recent. florid. Nasturt. aquat. Beccabung. Acetos. a Lib. IV. In mortario lapideo omnia simul conterantur, & in vase æneo stamno obducto indantur, dein superinfundantur Ser. Caprin. Lib. XX. Vas operiatur capitello vitreo & f. s. a. destil. usque ad claritatem, quæ ad usum servetur incipiendo ab ℥ vi. usque ad x. mane quotidie jejuno stomacho propinandis.

IX. Sero lactis succedat sequens decoctum. ℞. Sarf. peril. elect. incis. radic. Chin. Santalor. rubror. a ʒ ii. rasur. Cor. Cer. Ebor. a ʒ i. fol. cochlea. acetos. a M. s. aq. font. Lib. iv. ranar. excortic. cancror. fluviat. n. iv. in vase destillator. in B. M. ebul. usque ad consumpt. tertiæ partis, colatura detur ad ℥ x. mane ægro lecto cubanti per XXX circiter dies.

X. Mer-

X. Mercurialia falivationem moventia, atque purgantia acriora minus tuta.

XI. Aquæ acidulæ, ac tandem lactis afinini ufus cum antifcorbuticis medicamentis cæteris palmam præripiunt. Quare Lac cum fpiritu acri cochlear. a gut. XX. ad XXX. vel ex decoct. baccar. Juniper. exhibeatur.

XII. In Scorbuto ab acredine oriundo contentus fum fucco Acetof. Acetofel. ad ℥ iii. quotidie ex decoct. earumdem plantarum propinando. Hujufce loco fint fucci Limon. Citr. Berber., nec non fpiritus vitriol. nitr. fal. dulc. & h. m. ad gut. aliquot ex aq. ftil. Acetof. &c.

XIII. Ad thermopotationem opportuno tempore, ad lactis ufum deveniendum tandem.

XIV. In Scorbuto falfo Fumariæ fuccus optim. depurat. ad ℥ iii. quotidie exhibitus ex jufculo junior. pulli mira præftat. Jufculum, vel Serum lactis fumaria alteratum bihorio poft exhibendum, & repetendum vefpere.

XV. Si æger laxioris, atque humidioris fit habitus, decocta ex lignis fudorificis, addendo Viperam, hic quoque locum habent.

XVI. ad aquas B. M. V., ad balnea, tandem ad Lac ex decoct. Sarf. peril. confugiendum.

XVII. Gingivæ erofæ, ac putridæ tinctura Laccæ Amynficht fæpius in die abluantur, vel fequenti collutor. ♃. Suc. farment. vit. alb. ℥ vi. Acet. opt. Mel. a ℥ ii. M. pro ufu dicto. Deglutitum quoque hoc remedii genus per triduum mira præftat.

XVIII. Ulcera oris profunda aq. virid. Hartman. per plures dies, mox fal. fatur. Ceruf. a ʒ i. balfam. Copaib. fubactis, & fuper alutam extenf. pertractanda.

C A P U T IX.

De Scorbuto.

I. A*ffectionis hypochondriacæ fummus gradus Scorbutus eft, morbus Veteribus fatis notus &c.*] Illorum opinionem, qui fcorbutum Veteribus incognitum fuiffe voluerunt, præftantiffimi Medici, quos inter Sennertus, Langius, Willifius, Charletonus, aliique plures egregie refutarunt, atque ex Veterum eorumdem monumentis, præfertim vero Hippocratis lib. de *inter. affection. tex.* 34. & 39. *lib.* 2. *præd. s.* 2. & Plin. in *hiftor. natur. lib.* 25. *cap.* 3. Aretæi, aliorumque, neque recentem morbum effe, neque Veteribus ipfis prætervifum, licet minus accurate defcriptum, aliifque nominibus infignitum, perbelle deduxerunt. Cachexiæ autem nomine ipfis innotuiffe Cælius Aurelianus *lib.* 3. & Sylvius *p.* 704. oftenderunt.

Non adeo frequens apud nos &c.] Adeo familiaris nobis creditur Scorbutus, ut morborum plerorumque genuinam, ac veram naturam ignorantes minus docti Medici eofdem ad Scorbuticam acrimoniam referant. Quam fraudem præclare agnofcens Sydenhamus fe continere non potuit, quin hos altiori voce damnaret, atque multos ex iis affectibus, qui Scorbutici audiunt, vel effecta morborum

fientium, vel reliquias nondum perfecte devictorum esse contenderet. *V. Op. Med. de rheumatis.*

II. *Causa proxima est sanguinis, cæterorumque fluidorum acor &c.*] *Inesse in homine & amarum, & salsum & dulce, & acidum, & acerbum, & fluidum, & alia infinita &c. atque hæc quidem justa, ac inter se temperata, neque conspicua fieri, neque hominem lædere* docuit Hippocrates *lib. de Veteri Medic.* Quæ si sano modo interpretemur, liquet nihil aliud significare voluisse, quam multis, ac variis principiis humani corporis alligatis mutuo, & firmiter connexis optimum, ac perfectum valetudinis statum constitui. Quo autem loco subdit: *Ubi vero horum quidpiam secretum fuerit, atque ipsum in se ipso steterit, tunc & conspicuum est, & hominem lædit:* nihil aliud inferre voluisse, quam dissolutionem illius nexus, ac vinculi, quo pro optima valetudine constituenda alligari mutuo, & firmiter conjungi debent varia illa genera partium, quibus cum fluida nostri corporis, tum solida componuntur. Dissolvi autem potest nexus ille plurimis modis. Primum si salinæ partes a sulphureis, & terrestribus partibus secernantur, unde acor emergit. Nemo ignorat acorem peracutum esse sensum punctionis (sapores jam omnes lævitate quadam, & asperitate fieri docuit Plato in Timæo) Acorem igitur ab acutis, rigidisque mixtorum partibus gigni manifesta res est. Cum vero salinæ partes asperitate, acutie, rigiditate cæteris antecellant, consequens est, ut cum salinæ partes a sulphureis, & terrestribus secernuntur, acor in sanguine emergat, qui cum affectionis hypochondriacæ causa sit, ut ex allatis manifestum est, eumdem & Scorbuti esse facile judicaverim, si depressis omnino sulphureis, spirituosisque partibus præter modum exaltetur, unde sanguis ad instar vini rancidi, ac mucilaginosi fiat. V. Sennertus tract. *de Scorb. cap. 2.*

In dyscrasiam acrem.] Quoniam exaltati acidi est mordere solidas partes, pungere, atque corrodere, ut notant Plato *in Tim.* Galenus *de S. M. F. cap.* 35. Willisius *de anim. brutor. cap.* 12. consequens est, ut in vehementiores, validioresque contractiones agantur vasorum tunicæ, atque hinc acuto fluidorum motu sulphur licet ramosum, atque implexum a mixtorum vinculo expediatur, dissolvaturque, & cum sale, qui primigenius a chymicis appellatur, insignis acutiei intime misceatur; quæ duo unita, & volatilia facta, superante tamen sulphure insignem acredinem sanguini, & reliquis fluidis conciliant: non secus ac ex vegetabilibus fermentatis ardens spiritus habetur, non alia de causa, nisi quia fermentatione eorum sulphur dissolvitur, & cum sale primigenio intime miscetur. Contingit acredo hæc potissimum in temperamentis calidioribus, & adustis, in quibus sulphureæ partes facile attenuantur, & cum salinis miscentur.

Salsam Muriaticam] Nisi sulphur acuto solidorum motu tanta in copia dissolvatur, ut unitum cum sale acredinem in sanguinem inducat, illud saltem sequitur, ut tenuibus, & aquosis partibus sanguinis resolutis, ac dissipatis fixiores, terreæ, oleosæ quasi ustæ remaneant, vel sulphureæ minori quantitate exsolvantur, ideoque unitæ cum salinis salsum muriaticum solidas partes exedentem progignant. A salso Scorbutum, aliosque humanum corpus infestantes morbos frequentius oriri, quam ab acido, aut acri liquet ex Cl. Roberti Boylei, aliorumque observationibus, quibus compertum est, nullum frequentius salem in humano corpore reperiri, quam salsum, acidum nunquam sensibiliter apparere, acrem raro se prodere. Quibus quemadmodum alchali, & acidi propugnatores, qui in ea sunt opinione, ut credant salsum in humano corpore vel in acidum, vel in alchalescentem acrem converti, acquieturi sint, viderint alii. Sed hac de re plura alibi dicemus. Quam mira res videtur, ut a sale, cujus necessitas tanta

ta eſt, ut ſine eodem vix, ac ne vix quidem conſiſtere hominum vita poſſit, a quo fames excitatur, ſaporibus gratia conciliatur, fluiditas, ac tenuitas ſanguini, cæteriſque humoribus debita tribuitur (teſte Plutarcho *in quæſt. nat.*) alvus, urina, (juxta Hippocratem *lib. de affect.*) cæteræque excretiones omnes, ſecretioneſque promoventur, nimia obeſitas, qua pleraque animalia, pecudes ægrotant, unanimi Medicorum conſenſu, Plutarchi præſertim, & Hippoc. *de ſal. diæt. n. 6.* teſtimonio tollitur, corporum putredo præcavetur (ut propterea Veterum olim mos fuerit liberos recens natos muria abluendi exiſtimantium hac ratione corpus firmari, & indurari, ſi fides habenda ſit Cælio Rhodigino in S. lectionibus, qui etiam memorat Ægyptios mumiarum præparationes, & cadaverum balſamationes ſalis ope adornaſſe, & perfeciſſe) Venus excitatur (ut propterea ſolemne fuerit Sacerdotibus Ægyptiis, ut præclare oſtendit laud. Plutarchus *S. 3. quæſt.* 10. ſalem in cibis non adhibere, ut continentiam, ac caſtitatem ſervarent) aliæque innumeræ utilitates, & commoda proficiſcuntur, quam mira, inquam, res videtur, ut ſi modum excedat, innumeræ fere moleſtiæ, eæque graviſſimæ hominibus inferantur, Scorbutus, aliique fædiſſimi morbi enaſcantur.

III. *Septentrionalibus populis, iiſque maxime, qui vicini ſunt Mari &c.*] Hollandis, Anglis, Suecis, Danis, Norvegis, Germanis Septentrionalibus, ſeu inferioribus familiarem eſſe morbum tradunt rerum Scriptores. Obſervatione autem dignum eſt, eos maxime infectos eſſe, qui vicini ſunt Mari, atque itinera per Mare inſtituunt. Quæ res anſam dedit pleriſque ad vehementer credendum eos falſo, ac muriatico Scorbuto frequentiſſime torqueri. Ventos a Mari fluentes ſalem deferre communiter reputatur. Illos porro, qui inter brumalem Solis exortum, & occaſum perfluunt, auſtrum in primis, ſalſum inducere docuit Hippocrates lib. de *aere*, *aquis*, *&* *locis*. *Quæ enim Civitas*, inquit, *ad hos ventos ſita eſt, ejus aquæ multæ, & ſalſæ ſunt*. Opinionem porro hancce multa confirmare videntur. Et primo quidem, quod ejuſmodi populis familiares ſint maxime cibi ſale, & aceto conditi, & fumo indurati. De ſalſis quidem, & fumo induratis manifeſtior res eſt, quam ut ullis rationibus poſſit comprobari. Sal enim, quo abundant, eorum ſulphuri ventriculi attritione, & calore diſſoluto permiſcetur, atque in acrem, aut ſalſum ſuccum abit, quod experimento confirmant chymici, qui bubulum ſanguinem cum ſale marino coquentes ſalem alchalicum urinoſum conficiunt. Acidorum autem intemperatus uſus ſalſum non in omnibus gignit, ſed tantum in corporibus ſiccioribus, ac fervidioribus. Cum enim ſalem ſalſum ex acido, & acri conſtare manifeſtum ſit, conſequens eſt, ut ubi acida miſceantur, & coeant cum acribus, ſulphureiſque partibus, quibus eadem corpora referta ſunt, in ſalſum convertantur. Quod ſi laxiora ſint corpora, mollia, atque imbecillia, quæ ſanguinem habent craſſum, viſcidum, ac lentum, deficientibus acribus, ſulphureiſque partibus, cum quibus acida coeant, acor præternaturalis generatur, atque abhinc ſcorbutus exoritur.

IV. *An atrabilarius humor, an ſolum lien &c.*] Opinio fuit maxime celebris Scorbutum ab atrabilario humore repetendum eſſe, eumque potiſſimum à liene progigni, qui fæculentum a ſanguine humorem melancholicum dictum repurgare nequeat, imo in ſuis ductibus retentum depravet, commutetque in atrabilarium. Quæ ſententia licet rejecto jam quaternario humorum numero per ſe corruat, eamdem etiam tamquam figmentum quoddam rejiciendam eſſe evincunt obſervationes præſtantiſſimorum virorum, Sennerti *lib. 3. med. pract. ſect.* 2. *cap.* 2. Horſtii *trac. de Scorb. ſect.* 2. Foreſti, Williſii, aliorumque, quibus compertum eſt omentum, hepar, aliaque imi ventris viſcera mirum in modum labefactari. Quid opus eſt pluribus? Scorbutum gradu tantum a malo hypochon-

 driaco

driaco differre ex ſuperius allatis manifeſtum eſt. Cum vero in malo hypochondriaco non unum viſcus ſit accuſandum, nec unicum læſionis genus, unicum in Scorbuto accuſare velle ridiculum eſt.

V. *Acidum Scorbutum præ cæteris comitatur difficilis, anhelofa ad levem quemcumque motum reſpiratio, ad ſomnum &c.*] Scorbuto acido laborantes difficulter reſpirare, anhelos, torpidos, & enerves fieri cum laſſitudinibus corporis, præſertim artuum, accuratiores practici cum Cl. Williſio tradiderunt. *Acido*, inquam, a quo vix, ac ne vix quidem differre videtur Scorbutus a dyſcraſia ſanguinis ſulphureo-ſalina, a qua prædicta ſymptomata exoriri præclarus Auctor affirmavit. Quod quidem non aliunde repetendum eſſe facile judicaverim, quam ex eo quod acidum craſſitiem, lentoremque ſanguinis excitat, tenuiores, fluidioreſque partes cogit, ac figit, unde ægre per vaſa minima noſtri corporis movetur, ſpiritus etiam ab eodem vel pauci admodum, vel torpentes ſeparantur, ac per nervos in partes motui cum voluntario, tum naturali inſervientes tranſmittuntur, hinc languere ſanguinis, ac ſolidarum partium motum neceſſe eſt. Si ſubſiſtat ſanguis in pulmonibus, orietur difficilis reſpiratio, anheluſque reddetur æger, ſi in cerebro, proclivitas ad ſomnum.

Crurum tumor, genuum titubatio &c.] Languebit vero motus ſanguinis eo magis, quo longius, & remotius a corde recedet, unde minimum eſt vis impellentis momentum, ac fluidorum permeantium celeritas, hinc crurum tumor, ac genuum titubatio. Eadem de cauſa rubræ, ac fibroſæ ſanguinis partes in minimis capillaribus cutis vaſculis longiſſime a corde diſſitis ſubſiſtentes maculas violaceas, purpureas, lividas, prout ſanguinis conditio dabit, excitabunt. Subſiſtentes circa gingivas tumorem earumdem efficient. Non poteſt autem diu ſubſiſtere ſanguis, quin fermentationem ſubeat, ſeu mavis cum Pitcarnio putreſcat, unde oris fœtor incipiens. Ex ſalinarum particularum exaltatione inſigni, maximoque ſanguinis, ac liquoris nervei acore, ac mordacitate peculiares nervos, qui per longum maxillæ in faſciculos diſpoſiti ſingulis dentibus proſpiciunt, violenter convellentis, aut membranarum folliculum, qui intra dentium lamellas, & radices continetur, vaſis, & glandulis refertum divellentis, immanis dentium dolor proficiſcitur. Ex eadem convulſione, divulſione nervearum fibrillarum meninges, & cerebrum conſtituentium orientur acerbiſſimi capitis dolores. Cauſa eadem circa articulos arthritidem vagam ſcorbuticam, circa ſpinalem medullam agens ea ratione, qua denegetur ſpirituum animalium in partes motui voluntario, & ſenſibus externis inſervientes paralyſim excitabit, malum ſcorbuto laborantibus frequentiſſimum ſi quod aliud.

VI. *Gingivarum putredo, eroſio, dentium caries, ſcabies, impetigines &c.*] Jam ad alteram Scorbuti ſpeciem ventum eſt, in qua præter ſalinas partes ſulphureæ exaltantur, quæ ſimul commixtæ acredinem, aut ſi minor fuerit ſulphurearum particularum exaltatio, ſalſedinem progignunt, a quibus & gingivarum eroſio inſignis, & dentium caries, & ſcabies, aliaque cutim deturpantia mala exoriuntur. Si enim loco mitis illius blandique ſucci, qui per ſalivales, aut cutis glandulas excerni debet, ſeparetur humor, acrium, ſalſorumque ſalium copia ſaturatus continuum ſolvit, puſtulas, ulcuſcula excitat, quæ ſcabiem, aliaque id genus mala conſtituunt.

Arenulæ rubræ, & friabiles in ima urina ſubſidentes, quæ oleoſa &c.] Ab acribus, ſulphureiſque particulis præpollentibus univerſa ſanguinis maſſa funditur, colliquaturque, ineptaque fit non ſolum ad alendum corpus, ſed ad abripiendum quidquid nutritii roris, & pinguedinis in eo eſt; hinc oleoſæ urinæ apparent, varioque colore caudæ pavonis ad inſtar, aut Iridis eleganter notatæ, quas vomitus, diarrhææ, dyſenteriæ, hæmorrhagiæ, e propriis vaſis effluentibus humo-

moribus, excipiunt. Quamquam vero non tantum pinguedo abrafa, & colliquata, fed quafi cuticula falinarum molecularum, quæ in fuperficie fuftentantur, apparet: Cujus quidem rei certiffimum argumentum illud eft, quod urinæ intenfe rubefcant, & rutilent, & poftmodum arenulas deponant friabiles, quod phænomenon Scorbuticis præfertim macie confumptis adeo familiare eft, ut nullum magis.

VII. *Graviora hæc, & dirius ægrum exercentia cum fiti inextinguibili &c. acredinem defignant.*] Acre anceps nomen eft apud Veteres philofophos, & medicos. Acre enim audit ipfis quidquid nerveas fibras molefte afficit, five acidum, five aufterum, five falfum fit. Acre tamen proprie dictum fignificare faporem ab aliis omnibus diverfum, apparet vel ex eo, quod acria cum caloris fenfu mordere foleant nerveas fibras, ut notat Plato *in Tim.* & Galenus *de S. M. F. lib.* 1. *cap.* 37. Hinc non mirum, fi Scorbutus a fanguinis acredine oriundus graviora excitet fymptomata, & fitim inexftinguibilem, æftum corporis, aliaque id genus. Memorabilis eft obfervatio, quæ extat *in M. N. C. Dec.* 2. *an.* 2. de fanguine tanta acredine prædito, ut unica ejus guttula fecta vena ad denudatum brachium cadens non folum cuticulam, excitata in ea veficula, fed etiam fubjectam cutim cum æfchara, lanceolam autem in cufpide livido tinctam colore, atque adeo friabilem reddiderit, ut levi attritu in particulas abire potuerit. Minus mirari fubit vulneratum non tantum fanguinem, fed etiam carunculas membranulis, & venulis confpicuas per alvum, urinam, vomitum, tuffim egeffiffe. Similis fanguinis conftitutionis meminit etiam Bonetus *Medic. Septentrional. par.* 2. *l.* 2. *fect.* 22. *obf.* 2. Urinam Scorbuticorum lintea corrodentem vidiffe, & Sennertus tr. *de confen. & diffenf. chymicorum lib.* 1. *c.* 16. & Doringius *tr. de Scorb.* & Salmuthius *cent.* 2. *obf.* 4. teftati funt. Similis quoque urinæ exemplum vid. in *M. N. C. Dec.* 2. *an.* 8. Tanta eft vis acrium, ac cauftico-rum falium, qui in fanguine, reliquifque fuccis exaltantur.

VIII. *In Scorbuto acido paulo acriora, quam in affectione hypochondriaca &c.*] Ubi hactenus de triplici acrimonia Scorbutica allata ad examen revocaveris, vix, ac ne vix quidem in fraudem induci poteris in Scorbuti curatione inftituenda. Ubi enim acorem in fanguine, & reliquis fluidis exaltatum effe probe noveris depreffis fulphureis, fpirituofifque particulis, ea in ufum effe vocanda facile intelliges, quæ fale volatili acri abundant, quæ extimulando vafa, & vifcera eadem in validiores contractiones agunt, quæque fanguinis moleculas penetrando, fcindendo ejufdem principia folvunt, & fi quid lentum, vifcidumque eft abftergunt. Ejufmodi funt vegetabilia quædam, quæ antifcorbutica dicuntur Cochlear. Trifol. fibrin. perficar. raphan. ruftican. & alia. Raphanus rufticanus præ cæteris cujufdam olei adeo fubtilis dives eft, ut piftillo contufus odorem emittat membranam narium fic ferientem, ut violentas fternutationes, lacrymationes infignes excitet. Acrium ejufcemodi vegetabilium fuccos fanguinem intra vafa diffolvere fupra oftendimus. Mirum autem extra vafa eumdem cogere, ut experimentis Cl. Pitcarnii *in elem. ph. Math.* compertum eft. Quo magis patet vires fuas potiffimum exercere in folidas partes eafdem extimulando, & in crebriores, vehementiorefque contractiones adigendo, quod dici vix poteft quantum ad diffolvendum fanguinem faciat.

Ea tamen acidis temperata, fero lactis diluta fint.] Caute autem iifdem utendum, ne dum fanguinem folvere, aciditatemque corrigere volumus, ineptas muneribus fuis folidas partes conftituamus, vel fulphureas partes nimis terendo, fundendoque acredinem humorum, atque abhinc prodeuntem Scorbutum excitemus. Quapropter falubre practicorum confilium Sydenhami præeunte exemplo plantarum antifcorbuticarum acrium fuccos acido aurantiorum, vel citrinorum malo-

malorum ſucco, vel ſimilibus temperatos præſcribere. Illi enim ſale volatili oleoſo, acri, hi vero acido turgeſcunt, ex quorum mixtura media qualitas exſurgit, quæ ad acorem in ſanguine, & reliquis fluidis exaltatum corrigendum, atque abhinc prodeuntis Scorbuti profligationem exiſtit opportuniſſima.

Miti ſale acido conſtat Acetoſa. Frequens propterea ejus uſus eſt, & valde proficuus. Refert Thomas Bartholinus (act. *Haf.* 1671. *obſ.* 9.) Groenlandos populos Scorbuto miſere vexari ſolitos ſanari miſcendo cochleariam, & acetoſam ſimul in ſuis juſculis avenaceis, vel hordeaceis. Has duas plantas copioſe ſimul creſcere in hac regione, quaſi ſeorſim ſumi non debeant, ne ſeparatæ noceant. Quid ſi ſero lactis diluantur? Præterquamquod ad ſolidarum partium ſpaſmos relaxandos, atque emolliendos, eaſque ab ulteriori vellicatione, morſu, atque eroſione muniendas plurimum facit, accedit præterea ad abſtergenum, aperiendum, & pravos vitioſoſque ſuccos per inſignes urinæ vias extra corporis confinia educendos opportuniſſimum exiſtere. Idque omnes facile concedunt, qui de Scorbuto ex inſtituto egerunt, quos infra videbimus. Egregius præ cæteris eſt Cl. Jo. Wieri locus (tract. de Scorbuto) de ſeri lactis efficacia: *Si in lacte*, inquit, *plantas antiſcorbuticas coquant, expreſſumque liquorem felici ſucceſſu hauriant ægroti, id ſeri magis, quam lactis ratione evenire cenſendum; In cribro butyri, & caſei coagulum remanet; Serum autem, quod transfluit, & tenuium partium eſt, abſtergit, aperit, urinas movet, atque ad Scorbuticæ luis profligationem cum primis utile ex priſcorum etiam Aetii, Galeni teſtimoniis eſt.*

IX. . . . . *Sarſ. peril. elect. radic. Chin. Santalor. rubror. &c.*] Ad viſcidiores ſanguinis partes, & quæ facile in ſolidarum partium interſtitiis hærent reſolvendas, acorem omnem præſertim fixiorem corrigendum, & univerſam fluidorum maſſam refermentandam plurimum valere communiter reputantur ligna quædam, quæ ſudorificorum titulo inſigniuntur. De Sarſ. peril. de radic. Chin. omnes fere conveniunt. De Santalorum virtutibus lis orta. Alii enim inter refrigerantia, ſeu fervorem ſanguinis contemperantia, alii vero inter calefacientia recenſent. Analyſi tamen eorumdem inſtituta, particulis valde tenuibus, & activis donari compertum eſt. Quamobrem Caſpar Hoffmannus jure, meritoque illos Medicos redarguit, qui refrigerandi fine Santala, eorumque decocta præſcribunt. Salubre porro eſt practicorum conſilium in ejuſcemodi decocta carnes recipere, ut principia illa nimis activa, ac volatilia, quæ commovendo nimis, fundendoque opportuna exiſtunt, retundantur. Hac ratione decocta Septaliana fere methodo parantur, quorum eximiam virtutem ad diuturnos morbos debellandos qui non cognoſcit, medicinam cognoſcit plane nullam.

X. *Mercurialia ſalivationem moventia, purgantia acriora &c.*] Sunt qui præter ſudorifica hactenus recenſita ſcialagoga in hoc morbo commendant, præſertim ex Mercurio deprompta, in eam ſpem adducti, ut credant fluiditate, ſoliditate, ac pondere componentium arctam nimis, ac tenacem ſanguinis, humorumque texturam penetrare, dividere, congeſtiones diſſolvere, fixiorem acorem tollere, atque hac ratione ſcorbutum acidum certo, feliciterque profligare. Verum cum Mercurialia turbas inſignes excitent, ſpeciatim vero ulcera oris, dentiumque caſum promoveant, quæ fere ſymptomata in ſcorbuto ſolent ægrum dire exercere, nemo non videt horum medicamentorum pretium in hoc morbo plurimum imminui. Si quis Mercurialibus uti velit, ſaltem penes illum ſit Dolæi monitum, ut videlicet ſingulari, & peculiari modo ſublimentur, ut duntaxat ſudorem, & nullam efficiant ſalivationem.

Ne cathartica acriora tuta ſint facit potiſſimum ea ratio, quod ſolidas partes nimis extimulare habeant, ſanguinem, reliquoſque ſuccos exagitare, ſales eo-

rumdem

rumdem acuere, tenujores partes educere, craffioribus, fixioribufque remanentibus, unde juftus fubrepit timor, ne graviffima incommoda ex eorum ufu percipiantur.

Hifce ferme de caufis pillulæ illæ adeo famofæ de fumaria, quas nonnulli cum Mercurio dulci exhibent, eæque omnes, quarum bafis Aloes eft, Antifcorbuticæ Timæi, Amftelodamenfes, aliæque innumeræ accuratioribus practicis minus probantur.

XI. *Aquæ acidulæ, ac tandem lactis afinini ufus, cum antifcorbuticis &c.*] De acidulis Vid. com. *in aph.* 16. præceden. cap. de affect. hypochond.

Solo lacte vefci in eo morbo, in quo fibræ ad validiores ofcillationes concitandæ funt, craffities, lentorque humorum diffolvendus, minus expedit. Eximiam porro præftabit operam, fi cum antifcorbuticis medicamentis in ufum vocetur, quo fit, ut acres iftorum particulæ, quæ fanguinis maffam nimis exagitare valent, fulphureas ejufdem partes in motum agere, acidum omne fanguinis maffam infpiffans, ac cogens deftruere, folidas partes acriter pungere, tenuis, mitis, ac benigni corporis admixtione temperentur, & ex amborum confociatione exfurgat medium quoddam medicamenti genus, quod cum leniter fcindendo, penetrando, ac referando, nec non acidos, aufteros, aut alios quofvis peccantes fales diluendo, irretiendo, demum mites, læves, politafque particulas in fanguinem introducendo, quibus folidæ partes ab acrium, atque erodentium humorum actione muniantur, operetur, illud eft remedii genus, ut fi quid in fumma rerum anguftia fperari poffit, ab hoc uno fperari jure poffe confidendum fit.

Quare Lac cum fpiritu acri cochlear.] Spiritus acres plantarum cum dicimus eos fere intelligimus, qui ex foliis earumdem certa quadam encheirefi fermentatis eliciuntur; fermentatione enim fit, ut ramofum, ac implexum eorum fulphur diffolvatur, & cum fale primigenio a chymicis dicto intime mifceatur, quæ duo unita, ac volatilia facta fuperante tamen fulphure acrem fpiritum efficiunt. Quod evenire nullo modo poteft, fi plantæ non fermententur. Earum enim fulphur ramofum, & valde implexum cum fit, difficillime a mixtorum vinculo expeditur, terreftres partes graviffimæ cum fint nunquam in alembico attolluntur; reliquum eft igitur, ut primigenio earum fale per deftillationem ab utrifque fecreto, acidus liquor habeatur. Acres porro ejufcemodi liquores arctam nimis, ac tenacem fanguinis compagem penetrando, dividendo, folidas partes extimulando, morbis a craffo, vifcido, ac lento oriundis egregie opitulantur. Eofdem augent, aut confirmant acidi. Ex quo colligi poteft, qu'd efficere valeant fpiritus illi, qui a plerifque minus cautis per vini fpiritum, quod potentiffimum acidum eft, fi Boerhaavio credimus, elici folent. Quamvis nempe ardentes fpiritus ftimulando, atque in crebriores, vehementiorefque contractiones agendo folidas partes, nec non fulphure fuo in fluorem redacto, & volatili, quo abundant, fimul ac ingefta funt, a calore exaltato fluidas folvere, ac fundere habeant, eodem tamen exhalante, & remanente fale acido, eafdem cogunt majorem in modum, ac condenfant. Hinc eft in fcorbuto ab acido pendente cane pejus, & angue ab iftius generis medicamentis abftinendum effe.

Inter fpiritus ex plantis antifcorbuticis fermentatis elicitos eminet fpiritus Cochleariæ, qui Flandriæ provinciæ Belgii maximæ, ac cultiffimæ paratur. Cochlearia enim ibi ad infignem magnitudinem excrefcit, & longe efficacior eft illa, quam in hortis ipfi ftudio, ac labore colimus. Tantæ activitatis eft fpiritus cochleariæ adnotante Cl. Junchero, ut fanguinem facile concitet, ac nimis commoveat, atque æftuofam cephalalgiam; aliaque hujufmodi mala procreet.

creet. Quapropter eumdem cum acidis liquoribus ſemper miſcendum eſſe putavit Etmullerus, quibus nempe ſubtiles, ac volatiles ejus ſales irretirentur, atque ipſius efficacia parumper infringeretur. Quid porro mali pertimeſcendum, ſi ex lacte exhibeatur?

Vel ex decoct. baccar. Junip.] Niſi certo ſcias ejuſcemodi ſpiritus ex plantis per fermentationem elicitos eſſe, auctor ſum, ut Lac ex decoctione baccarum Juniperi exhibeas, quæ cum oleo ſubtili, ac penetranti fætæ ſint, dici vix poteſt quam apte iis omnibus morbis, qui ex ſolidarum partium atonia, atque a viſcido, & lento proficiſcuntur, medeantur. Nervoſas enim partes mirum in modum corroborant, urinam cient, & obſtructiones viſcerum tollunt. Solo lacte ex decoctione baccarum Juniperi ſcorbutum non ſemel feliciter debellatum vidiſſe bona fide teſtor, cum alia minus commode reſponderint. Saltem pulcherrima hujuſce remedii laus eſt nocere non poſſe, ut de ſpiritibus ope vini ſpiritus, vel ex plantis non fermentatis elicitis dictum eſt.

XII. *In ſcorbuto ab acredine oriundo contentus ſum ſucco Acetoſ. &c.*] Acida acribus contraria eſſe, eademque figere, & in blandum, innocuumque ſaporem ſalſum convertere manifeſtum eſt. Ob id potiſſimum ſcorbuto ab acredine ſanguinis oriundo profligando opportuniſſima exiſtunt. Acida porro vel vegetabilia ſunt, vel mineralia. Ad illa ſpectant Acetoſa, Acetoſella, ſive Oxalis, ſucci limon. Citr. Berber. &c. Inter Mineralia vitriolum, nitrum eminent, aliaque hujuſmodi. Refert D. Geoffroii *Mat. Med. p.* 2. virum clariſſimum, & in praxi medica exercitatiſſimum D. Marinum, dum viveret, Noſocomii Pariſienſis Medicum ordinarium, ſcorbuticos quamplurimos ſanaſſe eorum alimenta foliis acetoſæ coctis immiſcendo. Quamvis non conſtet acidus ne ſcorbutus fuerit, an ab acredine oriundus, ab hac tamen cauſa oriri dubitandum non eſt, niſi forte velimus acidum acido deſtrui, quod rationi valde repugnat.

Suc. Limon. &c.] Inſignem acidorum vegetabilium efficaciam ad quamplurimos morbos debellandos qui non cognoſcit, medicinam cognoſcit plane nullam. Martinus Liſterus *exercit. med. exer.* 4. memorat Piſonem in rebus exoticis exercitatiſſimum, qui refert peritiſſimos Indiæ Medicos plus præſidii in Limonibus ponere, quam in lapide Bezoartico, aut Theriaca contra malignos morbos, & peſtilentiales febres, atque ipſa venena: ſe autem ex nullo alio aliquo remedio ſimplici tot felices effectus in tota ſua praxi obſervaſſe, quam ex Limonibus. Foreſtus ipſe ſe mali citrei putamine ſucculento dentibus attrito contra peſtem munire ſolitum fuiſſe teſtatus eſt. Hujuſce pomi præſtantiam cecinit Virgilius Georg. l. 2. v. 126.

Media fert triſtes ſuccos, tardumque ſaporem
Felicis mali, quo non præſtantius ullum,
Pocula ſi quando ſævæ infecere novercæ;
Auxilium venit, & membris agit atra venena
Flos adprime tenax: animas, & olentia Medi
Ora fovent illo, ac ſenibus medicantur anhelis.

Nempe in humorum acredine maſſulæ fluidorum a ſale volatili, ac corroſivo ſolvuntur, acida vero figendo acre fluidorum eorumdem diſſolutionem prohibent. Hinc liquet cur acida refrigerandi vi polleant, & vim catharticorum infringant. Eorum enim ſulphur exaltatum cogunt, ac figunt.

Spirit. vitriol. &c.] Acidis vegetabilibus fortiora ſunt mineralia, vitriol. nitr. &c. quibus Sylvius, P. Barbette, aliique ſe feliciſſime uſos fuiſſe teſtati ſunt. Spiritum nitri dulcis conficiendi modum tradit Boerhaavius (*op. Chym. p.* 3. *proc.* 135.) ac ſcorbuto ſanando ſingulari virtute prodeſſe confirmat. Si acidi hujuſmodi liquores ſero ſanguinis affundantur, adeo idem cogunt, ac condenſant,

fant, ut ad ignem quafi coctum videatur. Si cum falibus alchalicis volatilibus urinæ, corn. Cerv. armoniac., & fimilium mifceantur, frigidam fermentationem fpiffitudine liquorum facta excitant. Harum fermentationum exempla quamplurima extant in A. R. S. P. an. 1700. quæ legi ex fonte malumus, quam hic referri.

XIII. *Ad thermopotationem opportuno tempore, ad lactis ufum &c.*] Inter ea, quæ acredinem humorum temperant eminent aquea, utpote quæ diffociare, disjungere, ac difpartire habent acres, erodentefque humorum particulas, ineptafque reddere ad folidas partes afficiendas, & terra calcaria, qua fæta funt abforbentiffima eafdem imbibere, atque per infignes excretionum vias extra corporis confinia educere. (*Vid. com. in aph.* 20. *cap. præced. de affect. hypoch.*) Quæ diluunt mirabiles habere vires ad eorum vim infringendam, quæ folidas noftri corporis partes rodere, & abfumere valent (ut alibi innuimus) liquet ex Cl. Sydenhami epiftola ad Robertum Bradii afleverantis quemdam a fublimato corrofivo venenatum fola aqua adhibita feliciffime curatum fuiffe. Temperatur demum ab iis, quæ irretiunt, invifcant, obtundunt acre, & folidas partes ab ejus morfu muniunt, atque tuentur. Inter quæ Lac eminet, non folum ob cafeofas, ac butyrofas, quas continet particulas, quæ prædictis muneribus obeundis pares exiftunt, fed ferofas etiam, quæ diluendo, abftergendo, & ad urinæ vias ducendo operantur. *Vid. com. in aph.* 8. De admiranda vi oleoforum in perdomandis viribus acrium, atque erodentium corporum infigne præ cæteris exemplum præbent illi, qui æs ad papyrum prælo imprimendum aqua forti cælant. Æneam enim tabulam, ut alibi oftendimus, cera oblinunt, in eaque imagines, & fimulacra imprimunt. Tunc aquam fortem affundunt, quæ exaratos fulcos permeando acrimonia fua æneam tabulam corrodit, parte intacta remanente, quæ cera obducta eft.

XIV. *In fcorbuto falfo Fumariæ fuccus optim. depur. &c.*] Salfum in humano corpore modum excedens fanguinem minus colliquat ac fundit, minufque folidas partes mordet, & ad fanguinem celerius movendum extimulat, quam acre. Hinc morbi a falfo oriundi mitiores plerunque illis, qui a nimia acredine ortum traducunt. Igitur temperata remedia præfcribenda effe luce clarius apparet. Non acria fale volatili oleofo prædita, quia plus æquo humores exagitant, fundunt, ac folidas partes in vehementiores contractiones follicitant: Non acida, quia nimis cogunt, ac figunt. Temperata porro ea dicuntur, quæ blande attenuando, folvendo, ftimulandoque operantur. Inter quæ eminet Fumaria; *cujus fuccum vifcera referare, referata roborare, fanguinem a biliofis, aduftis, & crudis recrementis purgare &c. & ufum præcipue effe in fcorbuto, fcabie, & fimilibus*, docuit Cl. Etmullerus, quem accuratiores practici in hac parte fequuti funt. In hac nempe fcorbuti fpecie cutaneæ affectiones, fcabies, impetigines, aliæque fimiles frequentiffimæ funt. Vix autem ullus dubito, quin hac de caufa hujufce plantæ pretium plurimum augeatur. Quod Simon Paulli confirmat afleverans, fe hoc fimplici remedii genere fcabiofiffimos feliciffime in priftinum valetudinis ftatum reftituiffe.

Jufculum fumaria alteratum bihorio poft exibendum &c.] Solet fuccus ex jufculo junioris pulli exhiberi, idemque bihorio poft, & vefpere fumaria alteratum repeti, ut & diluendo, & quoad fieri poteft fales falfos irretiendo, demulcendoque optato fine facilius potiri valeamus. Jufculum enim uti aqueum eft, fales imbibit, interfufaque ejus fpicula difpertiens ejus vim maxime infringit, ac fluiditate ad renes facile permeans perniciofos, atque exitiales fales e corpore educit. Uti oleofas continet particulas, ramofis harum partibus fales eofdem involvit, hebetat, & retundit, & leniendo partes ab eorum fpiculis munit, &

tuetur. Virtus hæc maxime elucet in ſero lactis, ut propterea minus mirandum ſit ab Hippocrate, Celſo, Aretæo, maxime vero Dioſcoride *lib.* 2. *cap.* 75. tantopere commendari adverſus *lepram elephantiaſim*, *&* *effloreſcentias per totum corporis habitum erumpentes*. Mirum ſales muriaticos præ cæteris omnibus aquoſis, & inſulſis potionibus elui, & viſcidiuſculis, oleoſiſque particulis irretiri ſe pati.

XV. *Si æger laxioris, atque humidioris ſit habitus, decocta ex lignis ſudorificis addendo Viperam.*] De uſu, ac viribus decoct. ex lign. ſudorificis *vid. aph.* 9. *&* *com. in eumdem.* De Viperæ facultatibus in uſum medicum receptæ quæſtio eſt inter Medicos. Sunt qui exiſtimant carnem Viperarum ſubtiles, volatileſque addendo particulas ſalium nimis fixorum in milliaribus cutis glandulis, vel in ſebaceis articulorum, aut ſpinali medulla, unde ſcabies, dolores arthritici, paralyſes, aliaque ſymptomata proficiſcuntur, congeſtionem prohibere, materiem in iiſdem hærentem attenuare, maſſam ſanguinis refermentare, atque ægros in priſtinum valetudinis ſtatum reſtituere.

Summa ineſſe Viperæ vim ad elephantiaſim curandam liquet ex Galeno, qui duas elegantes hiſtorias refert de vino viperato eo fine, ut qui illud hauſiſſent internecioni darentur, cum (mirum dictu!) elephantiaſi laborantes hauſto eodem egregie convaluerint. Id quod Zacutus Luſitanus *lib.* 1. *prax. admir. ob.* 2. confirmavit memorans juvenem aulicum nullis remediis a cutaneis morbis ſanari potuiſſe, viperarum vero decocto omnino convaluiſſe. Quæ ſane effecerunt, ut ad cutaneos morbos ſpeciatim curandos magno in pretio, & honore haberi cæperit, qui eo uſque increvit florentibus inter Arabes Rhaze, & Avicennna, ut mirabilis totius corporis renovatio inde promitteretur. Cæterum ad malignos expellendos morbos, ad venena profliganda nobiliſſimum ſi quod aliud medicamen cenſebatur. Hinc Andromachus trochiſcos e Vipera parabat pro præcipuo theriacæ ſuæ ingrediente. Et ſane cur eximias haſce vires ineſſe Viperæ non dicamus, ſi plurimo ſale volatili fætam eſſe, eumque extrahi commodiſſime poſſe certis chymicorum experimentis compertum ſit? Pulverem Viperinum febrem excitaſſe videre mihi contigit: quandoque ſitim inextinguibilem progignere deprehenſum eſt. Hinc ſalubre practicorum conſilium cavendum eſſe a Viperatis medicamentis in temperamentis fervidis, ſanguineis, & exquiſito ſenſu pollentibus, cavendum pariter in febribus ardentibus, in quibus fervor, & orgaſmus ſummus ſanguinis adeſt, nec non juſculis viperatis addendas eſſe carnes animalium gelatinoſas, quæ irretire habeant nonnihil, & retundere principia illa nimis activa, ac volatilia, quæ commovendo nimis, fundendoque opportuniſſima exiſtunt. Non defuere tamen, qui cum Fernelio Viperam non ſolum ad chronicos, contumaceſque morbos debellandos minime commendarunt, ſed inutile prorſus, atque inane medicamentum eſſe contenderunt (V. Julius Palmarius *lib. de morb. contag. cap.* 9.) Opinionem hanc confirmare viſus eſt Cl. Redius, qui certis obſervationibus, atque experimentis edoctus ſtatuit, non eas ineſſe Viperæ facultates ad profligandos morbos, ut vulgo creditur. Ut ut res eſt, neque enim licet iſtas ſubtilitates perſequi, illud certum eſt mirabiles quandoque effectus ex uſu Viperinorum deprehendi. Quod non dicerem, niſi id ipſum propria experientia compertum habuiſſem. Quod ſi interdum res ſecundum vota minime contingit, cur id potius ex eo pendere non credamus, quod pro vario morbi ſtatu, ac vehementia, pro varia ipſarum Viperarum qualitate, plus minuſque poſſit humanum corpus ea ratione alterari, qua opus eſt ad ſalutem? Illarum ſaltem pulcherrima laus erit efficere, quod cæteræ animantium carnes gelatinoſo quodam blande ſulphureo, & vaporoſo ſucco præditæ, ut Hoffmannus teſtatus eſt. Quo loco minus mirari ſubit Ægyptios viperis veſci ſoli-

tos

tos fuiſſe, tamquam utiliſſimo corporis alimento.

XVI. *Ad aquas B. M. V.*] Aquas Virginis in agro Patavino ſale, & ſulphure fœtas eſſe per experimenta Jo. Gratiani alibi oſtendimus. Hinc mira earum efficacia in muriatico Scorbuto, quem ſcabies, aliaque id genus mala ſubſequuntur. Aqueus enim humor ſalis, ſulphuriſque corpuſculis inſtructus poros circa ſubit, atque interſtitia quæque fibrarum penetrat, quidquid ibi collectum eſt emolliatur, incidatur neceſſe eſt: hinc humores in cutaneis glandulis ſtagnantes fluxiles fiunt, ſtagnatio prohibetur, patens tranſpirationi via ſternitur, ac ſimul ſuperfluæ ſeroſitates diſſipantur, atque hinc cum corpus rite paratum fuerit ſanitatem recuperat. Hæc fere laudatus Gratianus, cujus quidem ſententia nihil adhuc veroſimilius dictum. Quæri tamen poſſet, quo modo ſi ſalinis præter ſulphureas partes fœtæ ſunt aquæ Virginis, morbos qui a ſalſo oriuntur curare poſſint. Salſum enim ſcabiei, pruriginis, atque ulcerum cauſam tum Veteres, tum Recentiores fere omnes ſtatuerunt. Quod ſi ita res habeat, mirum ſalſum & cauſam morbi, & remedium eſſe. Verum præterquamquod ſalinæ partes per aquam diſperſæ ſunt, nec ſolæ, ſed aliis principiis implicitæ agunt in humanum corpus, quidni liceat conjectare a ſalinis particulis ſalſas particulas, quæ ſcabiem, pruriginem, ulcera, atque id genus alia conſtituunt non ſecus edulcari, ac piſces, aut carnes ſale induratæ infuſa ſalita, aut marina aqua magis, quam inſipida miteſcunt? Hæc uti Peripatetici, qui qualitates, ſic Newthoniani, qui vires attractivas in manu habent citius expediunt. Salinæ enim per aquam diſperſæ particulæ ſalinas humorum particulas ad ſe trahunt magna vi, hinc in cryſtallos majores coeuntes, qua data porta per inſignes excretionum vias eliminantur. Quo loco minus mirari ſubit aquam marinam pruriginoſis (ut inquit Hippocrates) & qui ab acribus humoribus mordentur tum lotione, tum fotu calidam prodeſſe, ulceribus etiam, & ambuſtioni, & abraſioni, & reliquis hujuſmodi adverſari. Sal enim mordaces humores, a quibus ulcera enaſcuntur edulcando, abſtergendo, irritando efficit, ut mundificentur, vivificentur, carne impleantur, quod opus ſolius naturæ eſt, demum ad cicatricem facile perducantur.

XVII. *Ad balnea, tandem ad Lac ex decoct. ſar. peril. &c.*] Si æſtivo tempore balneationes aquæ dulcis inſtituantur ex admonitione Fernelii (obſ. 44.) continuatæ, & moderate calidæ, quibus particulæ ſalſæ, ac muriaticæ, quæ cum in glandulis cutaneis congeſtæ ſunt, tum liquoribus corporis commixtæ per eorumdem ſubſtantiam diluantur, temperenturque; ſi Lac univerſale remedii genus, quo humores omnes cujuſcumque ſaporis fuerint corriguntur; ex decoctione Sarſæ, qua fixorum ſalium in iiſdem cutis glandulis, ſi quæ ſuperſtites ſint congeſtiones prohibeantur, diſſolvanturque, dici vix poteſt, quam apte ægrorum incolumitati conſulas.

XVIII. *Gingivæ eroſæ, ac putridæ tinctura Laccæ Amynſicht.*] Lacca nihil eſt aliud (referente Cl. Boerhaavio *op. chym. p.* 2. *p.* 56. *n.* 1.) quam gummi ex Aſia ad nos delatum reſinæ genus de arboribus abraſum a formicis, quæ inde nidos ſuos conſtruendo magna illud copia aggerunt in primis in inſula Ceylon, unde optimum habetur. Tinctura ex eodem elicita, & nunquam fallax, & nobiliſſimum remedium eſſe ad gingivas eroſas, & putridas perſanandas obſervationibus tum certis, ac conſtantibus, tum multis, ac frequentibus compertum eſt. *Tinctura*, inquit præclarus Auctor, *ex nobili Lacca amabilis eſt virtutis in curandis vitiis gingivarum, oris, & dentium in Scorbuto &c.*

Summa opus eſſe diligentia paſſim tradunt Chymici in tincturis cum ex Lacca, tum ex reliquis gummoſis corporibus eliciendis ob id potiſſimum, quod gummoſa ſint, & ſolutioni valde reſiſtant, etiam communi menſtruo, nempe

Q 2 ſpi-

ſpiritu vini licet defæcatiſſimo , & tartarizato, qui potentiſſime operatur, adhibito: ita ut tincturæ elicitæ leviſſimæ ſint , & parum ſubſtantiæ gummatum contineant. Salubre porro conſilium eſt Laccam puta , ſuccinum , & ſimilia in ſubtiliſſimum pollinem redigere , & cum ſale alchalico fixo miſcere. Quod ubi præſtiterint in loco humido reponunt , donec attracta aeris humiditate , vel ex humiditate intus latente liqueſcant: liquefacta exſiccant , & denuo in loco humido reponunt , ita ut repetitis liquefactionibus , & exſiccationibus tandem illud ſequatur , ut in loco humido repoſita tota liqueſcant paſtæ ad inſtar cujuſdam mollis , quæ digitis pertractari commode poſſit . Spiritum tum demum vini affundunt , quo tincturas ſubſtantiæ gummatis plurimum inſtructas eliciunt , ut Cl. Boerhaavius loc. cit. aliique teſtati ſunt.

Sympliciſſima methodus tincturam ex Lacca extrahendi illorum eſt, qui cum Amynſicht gum. Lac. circiter unciam dimid. infundunt aqu. ſalv. roſar. a lib. i., ſervantque liquorem in cinerario calido , donec aqua rubicundiſſimo colore tingitur , & amarore haud ingrato cum auſteritate , & adſtrictionis ſenſu (qui certum roborantis virtutis argumentum præbet) imbuitur. Longe efficacior , ac præſtantior fit addendo Alumin. uſt. ℨ ii. Cum enim alumen ex acido vitriolico , & terra quadam ab acido ſoluta componatur, qua terra acidi vis infringitur , ac temperatur , mediocriter adſtringendi , & acrimoniam humorum retundendi virtute donatur eximii uſus adhibitum ſolerter . Virtutem hanc Aluminis noverunt Veteres ipſi Medici, licet aliis verbis expreſſerunt . Vim enim frigidam, & ſiccam ei tribuebant : frigidam, quatenus partes rubore, caloreque affectas refrigerat , ſiccam vero, quatenus eaſdem laxatas, & atonia laborantes corroborat , & adſtringit.

Suc. Sarmentor. vit. alb. &c.] Sarmenta vitis adſtringendi vim habere tradidit ipſe Plinius *lib.* 23. *cap.* 1. Vis hæc ab acido potiſſimum, quo ſcatet, pendere videtur, ſi Boerhaavio credendum, qui ſarmenta Vitis recentia putata Martii initio per retortam deſtillata acidum copioſum præbuiſſe teſtatus eſt . *Op. Chym. p.* 1. *pr.* 52. Quid quod ob aciditatem hanc ſuam acres , quibus gingivæ cruentantur in Scorbuto , exeduntur , ac corrumpuntur, humores figere , & in blandum, innocuumque ſaporem convertere valeat ſuccus ex Vitis ſarmentis expreſſus?

Acet. opt. mel. &c.] Virtus hæc acrium, atque erodentium particularum vim infringendi , atque abhinc prodeuntem corruptionem tollendi maxime elucet in Aceto . Hinc non mirum Cl. Sylvium tempore peſtis , in qua plerunque maſſulæ fluidorum a ſale volatili , ac corroſivo ſolvuntur , omnibus diebus priuſquam ægros viſitaſſet duo cochlearia aceti aſſumentem ab eodem immunem ſervatum fuiſſe.

Si cum ſucco ſarmentorum vitis, & aceto miſceatur mel , ſuccus videlicet ille ſalinus , & oleoſus vi Solis e floribus plantarum extractus , atque Apium ſtudio , ac labore collectus, qui blande incidendi , detergendique ſordes in quibuſcumque eroſionibus , atque ulcuſculis exiſtentes virtute donatur , illud emergit remedii genus, ut nullum eodem efficacius, aut pro ægrorum opportunitate valentius excogitari poſſit ad gingivarum, oris , & dentium vitia curanda in Scorbuto. Quod non dicerem, niſi propria experientia compertum habuiſſem eodem pleroſque feliciſſime convaluiſſe.

XIX. *Ulcera oris profunda aqu. virid. Hartman. &c.*] Ulcera non poſſunt ad ſanitatem perduci, niſi prius abſtergantur, mundificentur, vivificentur, acres erodenteſque humores edulcentur , eadem demum exſiccentur . Aquam ab eleganti colore viridi, & ab Auctore ſuo Viridem Hartmanni dictam hiſce muneribus obeundis aptiſſimam exiſtere patet ex conſideratione eorum , quæ eamdem com-

componunt. Hujufmodi funt mel rofatum, fulphur, alumen, fabinæ extremitates, hypericon, aliaque plura, quorum alia quidem abftergendo mundificare, irritando vivificare, abforbendo edulcare, atque exficcare, fi quis fingulorum activitatem ad examen fedulo revocaverit, etiam me tacente facile intelliget.

Mox fal. Saturn. Ceruf. &c.] Saturnina medicamenta, ceruffa &c. virtute qua donantur abforbentiffima, acerrimis quibufcumque, ac corrofivis fanguinis, humorumque particulis, quæ fibras divellentes, ac continuum folventes ulcera progignunt, imbibendis, atque ex iifdem educendis opportuniffima exiftunt. Quam mira res videtur, quod calces Saturninæ, Ceruffa, & id genus alia, fi intus fumantur adeo noxia fint, ac perniciofa, ut venenis accenfeantur (*Vid. Borellus cent.* 4. *obf.* 32, *Celfus lib.* 5. *cap.* 27. Cæfalpinus *lib.* 3. *cap.* 24.) extrinfecus vero adhibita nobiliffima fint, fi quæ alia. Si cum balfamo illo naturali refinofo de Copaib. dicto in ufum vocentur, illud tandem fequitur, ut acrium, atque erodentium humorum fpiculis involutis, ac fibris miti humore oblinitis, & leniter irritatis, eædem elongentur, quod opus folius naturæ eft, ulcera carne impleantur, demum claudantur.

Qui plura cupit adeat Auctores, qui de Scorbuto ex inftituto egerunt, quos inter eminent Wierus *tract. de Scorbut.*, Martinus *lib. de Scorb.*, Ronfæus *tract. de Scorb.*, Mallenbroccius *lib. de arthritide vaga*, *& fcorbutica*, ut mittam Langium, Barbette cap. de Scorb. Fridericum De Kers in not. ad prax., Eugalenum, Willifium, Timæum, aliofque, qui hoc argumentum fedulo pertractarunt. Pauca certe remedia, at proficua valde, atque utilia propria experientia inventa propofui Adolefcentibus. Quid aliud ab eo expectes, cui cordi fit quod tradit Wedelius *de Medic. facult. cognof. & applic. Res fe habet hæc inftar amicorum: Magis æftimamus unum, aut alterum amicum, quam centum notos, multi etiam amicitiam offerunt, pauci merentur. Ita etiam curiofe felectum, & expertum medicamentum reliquis omnibus præferendum eft: qui omnes habet amicos, neutrum habet.*

C A P U T X.

De Ictero.

I. Flavus, plumbeus, viridis, & ex his mixtus color univerfam corporis peripheriam deturpans Icteri nomine venit.

II. Dum bilis in hepate feparari nequit, vel feparata per deftinatos a natura ductus in inteftina deferri, quæ fecernenda erat in fanguine retinetur, eumdemque vario, pro varia ipfius qualitate, colore inficit.

III. Glandularum, vaforum fanguiferorum, biliariorum obftructio orta a bile amurcofa, a calculis ibidem genitis magnitudine, confiftentia, colore diverfis, fubftantiæ hepatis, vel membranarum, & ligamentorum inflammatio, convulfio eorumdem a bilis tenuitate nimia, atque acredine, a vehementi ira, fpafmo hyfterico, laboriofo partu caufæ funt remotæ.

IV. Rerum acidarum, & difficilis coctionis abufus, aer paluftris, graviores animi curæ cum mærore, & triftitia, Chi. Chi. cui excretio aliqua fenfibilis non fuccedit, diuturnus ufus, obftructionibus plurimum tribuunt.

V.

V. An ab exaltatis in ſanguine bilioſis particulis, an a lymphæ, & ſeri ſanguinis, ob ſalium præſertim acidorum mixturam, exſolutione Ićterus eſt repetendus? Enimvero qui ita ſentiunt falſa prorſus ſentire non facile dixerim.

VI. Viperæ morſui, febribus etiam ſupervenit Ićterus; atque hic quidem ſi ante ſeptimum diem, ſymptomaticus, ſi vero ſeptimo die, aut decimoquarto, criticus jure appellatur.

VII. Infantibus quoque ob mæconii retentionem tertio, aut quarto die non raro contingit.

VIII. Prodit ſe Ićterus flavedine præſertim in tunica oculi albuginea conſpicua (qua fit, ut objećta colorata interdum appareant) mox univerſa cuti, urinis intenſe croceis linteamina ad inſtar croci tingentibus, ſaliva, ac ſputo, interdum fæcum albedine, alvi adſtrićtione, atque hypochondriorum pathematibus pro varietate cauſarum variantibus.

IX. Hepatis obſtrućtionem ab amurcoſa bile obtuſus in dextro hypochondrio dolor, durities, ac tumor plus minus inſignis, febris vel nulla, vel parva comitantur.

X. Dolor modo obtuſus, & gravis, modo acutus, & lancinans cum præcordiorum anxietate, difficili reſpiratione, inquietudine, vigiliis, vomitu, ſingultu, fæces modo flaveſcentes, modo pallidæ, frequens, & improviſus Ićteri recurſus, calculorum una cum fæcibus excretio calculos hepatis deſignant.

XI. Inflammatio dolore in dextro hypochondrio tactu manifeſte ſenſibili, vel dum ab uno in alterum latus ſeſe convertit æger, modo gravativo, modo acuto, & tenſivo, febri plus minus acuta cum ſiti intenſiſſima, ſpirandi difficultate, præcordiorum anxietate, vomitu, ſingultu plerunque conjunćta ſe manifeſtat.

XII. Quibus vulnere capitis detentis ſupervenit ićterus, eos abſceſſu hepatis laborare ſuſpicandum eſt.

XIII. Si nulla, aut fere nulla ſit febris, mitis calor, atque obſtrućtio a lenta, ac difficili materia exoriatur, rhabarbar. s. p. ʒ. s. tart. ſolub. ʒ ii. ſaccha. rub. parum ex juſculo calido non ſalito pulli campeſtris exhibeto primo die.

XIV. Dein vero pulver. ex tartar. ſolub. aut vitriol., aut arcan. duplic. a ℈ i. ad ʒ .s. cui ſuperbibat æger larga copia juſculum radic. Aſparagi, Apii, Petroſelini, fol. marrub. albi, rub. tinćtor. alteratum.

XV. Quolibet 5. vel 6. die Rhabarbarum cum tartaro ſolubili &c. repetendum.

XVI. Hiſce fruſtra adhibitis ad aquam Tetutianam deveniendum. Libræ tres quotidie per intervalla propinentur, ſolvendo in primo cyat. mel. roſat. ſolut. ℥ iii. pro una, & ſic pro aliis per quatuor dies, ſi per alvum deijciantur.

XVII. Si obſtrućtio altas radices egerit, ſequentes boli viſi ſunt convenire.

℞

℞. Gum. ammoniac. therebint. Cypr. a ℈ i. M. f. b. Horum loco sint.

℞. Sapon. venet. raſ. ℈ s. milleped. p. p. gr. xv. croc. optim. gr. viii. cum ſyrup. de cichor. cum rhabarb. q. ſ. f. b. ſuperbibendo decoct. theifor. naſturt. aquat., beccabung. ℥ vi. quotidie per xx. circiter dies.

XVIII. Paratis hac ratione primis, ſecundiſque viis, ad Martialia deveniendum. In corporibus quidem exſuccis, aridiſque. tinctura Mart. ſuc. pomor. aut aurant. extrac. a ʒ s. ad ʒ. i. ex juſculo pul. campeſtris. Ubi vero æger humidus ſit, & laxioris habitus, limatura ipſius Martis, Crocus Martis aperiens, tartarus Martiatus a gr. xv. ad xx. cum ſucco concreto naſturt. aquat. cæteris præparationibus palmam præripiunt.

XIX. Tandem ad aquas acidulas tamquam ad ſacram anchoram deveniendum.

XX. Extrinſecus, ſi Embroche excipias, vix ullo remedii genere utendum traderem. Stillicidium primis diebus in affectam partem ſit ex lacte vaccino tepido, mox ex aqua fabror. kalybeat. fol. malvar. pariet. violar. flor. verbaſc. melilot. chamomil. alterata, quibus poſtea addantur radic. aſparag. fænicul. petroſel. apii, ruſc. & h. m.

XXI. Motus localis, equitatio præſertim inſtituatur, radicibus apii, aſparagis cum cibis utatur æger, cibi ſale abſynthii condiantur.

XXII. Ubi res ſit cum ægro calidioris temperamenti, febris adſit, calor, ſitis, aliaque hujuſmodi, contentus ſum ſolo Fumariæ ſucco ad ℥ iii. aut iv. ex juſculo pulli campeſtris. Juſculum, aut ſerum lactis radicib. fragariæ, & graminis alteratum bihorio poſt ad libræ pondus, & veſpere exhibeatur ad multos dies.

XXIII. Hiſce fruſtra adhibitis, ad aquam ex albo albi dictam deveniendum, quæ in hunc fere modum paratur.

Album ovi tandiu conquaſſetur, quandiu in ſpumam abjerit. Uniatur dein cum unciis quinque aq. gramin. ad. ſacchar. canth. s. p. ʒ i. M. Mane jejuno ſtomacho, & veſpere frigida propinetur ad multos dies.

XXIV. Ubi alvus ſolvenda ſit, ſero lactis tamarindato uti expedit.

XXV. In pertinaci morbo aquæ Nocerianæ, vel ſimiles in uſum vocandæ.

XXVI. Ab aromaticis calidiſque æger abſtineat, aqua radic. fragar. alterata pro potu ordinario utatur.

XXVII. Ubi adſint calculi, doloreſque ægrum dire exerceant, ol. Amygd. dulc. emulſiones ſemin. melon. 4. frigid. in aqu. malvar. lactuc. clyſteres emollientes, fomenta regioni hepatis ex flor. verbaſc. ſambuc. violar. melilot. malvar. lacte decoctis, ſemicupium emolliens viſa ſunt convenire.

XXVIII. Extra paroxyſmum calculi hepatis vix alia methodo pertractandi, qua obſtructio a bile amurcoſa. Acidulæ cæteris palmam præripiunt.

XXIX.

XXIX. Ubi Ictérus ab inflammatione hepatis exoriatur, venæ sectio, & alia adversus ventriculi, & intestinorum inflammationem adhibenda.

XXX. Ubi a vehementi ira nascatur, quies animo imperanda primum, mox emulsiones semin. quatuor frigidorum, melon. papaver. alb. in aquis nymph. portulac. cum nitro puriffim. syrup. violar. exhibendæ, aqua noceriana, vel similes fragaria alteratæ copiosæ, & tepidæ epotandæ.

XXXI. Icterus febribus tertianis, quartanisque diuturnis, & vagis superveniens sequenti electuario feliciffime curatur.

℞. Chi. chi. s. pul. ℥ i.
Sal. absynt.
Sal. armoniac.
Arcan. duplicat.
Extract. rhabarb. a ʒ ii.

M. cum syrup. de cichor. cum rhabarbar. q. s. f. electuarium, quod propinetur mane ad ʒ ii. superbibendo decoct. theiform. summitat. absynth. fol. verben. chamæd. agrimon.

C A P U T X.

De Ictero.

I. F*Lavus, plumbeus, viridis, & ex his mixtus color &c.*] Plerique Veterum duplicem faciebant Icteri speciem, flavuum scilicet, & nigrum. Hunc a liene, illum ab hepate repetendum esse contendebant. Sanguis nimirum ex quatuor humoribus juxta ipsos coalescit, sanguine proprie dicto, bile, melancholia, pituita. Bilem, ut a melancholia distinguerent, bilem flavam nominarunt, tenujorem scilicet sanguinis portionem temperamento calidam, & siccam; melancholiam vero, quæ craffior, nigricantior, terrestrior est pars sanguinis, temperamento frigida, & sicca, atram bilem dixerunt. Quoniam vero ipsis persuasum erat, bilem flavam in hepate tamquam in cloaca depositam, melancholiam in liene, in eam opinionem venerunt, ut crederent Icterum flavum a bilis flavæ intra cutim affusione ob vitium hepatis, nigrum vero ab atra bile ob vitium lienis repetendum esse. Quæ sententia inventa sanguinis circulatione jamdudum obsolevit, affirmantibus Recentioribus Medicis, fatentibusque frequentius quidem flavo colore infici cutim, non raro etiam nigro, qui tamen ad plumbeum magis accedit, ac flavo Ictero diuturniori supervenit, unde essentialiter non differre colligit Etmullerus, sed & virescere, & alios ex his mixtos colores induere. Alterutro autem ex his coloribus deturpetur cutis, præterquamquod Icterum (qui & arquatus morbus, & regius, & auriginosus dicitur) oriri putant, ab una præterea causa eumdem repetendum esse pugnaciffime sustinent.

II. *Dum bilis in hepate separari nequit, vel separata &c.*] Existimant nimirum bilem secretam jam in hepate, cum nequeat in vesicam fellis traduci, aut per peculiares ductus, ac meatus ad intestina transmitti, in vasa lymphatica, atque sanguinem regurgitare, eumdemque ea ratione corrumpere, atque afficere, qua opus est ad varios cutis colores excitandos (*V. Hoffman. M. S. T.* 4. *P.* 4. *p.* 190.) Tametsi justis laudibus æquare non valeam, quæ adversus Veterum opinionem tradidere viri præstantiffimi, parcant tamen si in diversam eo sen-

fententiam, cum docent a bile fecreta jam in fanguinem regurgitante Icterum exoriri. Ire autem faciunt potiffimum longum nimis, ac laboriofum opus, ut bilis, quæ fecreta jam eft, fanguinis circulationi rurfus reftituatur, atque biliofarum particularum, antequam bilis formaliter, ut ajunt Scholæ, feparetur, in fanguine præfentia, quæ tanta copia, quacumque de caufa ejufdem fecretio prohibeatur, cumulari poffunt, ut fanguinem ipfum, & reliquos fuccos inficiant, inquinentque ea ratione, qua cutis anguftiis intercepti variis, fædifque coloribus eamdem deturpent.

III. *Glandularum, vaforum fanguiferorum, biliariorum obftructio orta a bile amurcofa &c.*] Glandularum, vaforum copia, eorumque complicatio, & fanguinis circumfufio, quæ in hepatis fubftantia invenitur, Veteribus anfam præbuit ejus fubftantiam parenchyma dicendi, quo nomine non nifi vafa concreto fanguine, veluti omento quodam interfperfa, videntur voluiffe fignificare. Quæ fententia jamdudum obfolevit, affirmantibus plerifque Medicorum poft celeberrimum Malpighium glandulofam effe hepatis fubftantiam. Quamquam vero nuperrimis temporibus permutata eorum provincia eft: Sunt enim qui cum Cl. Ruyfchio vafculofam ex congerie vafculorum minimorum prætendant: unde quæftio inter Anatomicos maxime illuftris. Ne fingulis fubtilitatibus immoremur, illud citra erroris fufpicionem affirmari poffe videtur, five Malpighium, quem florentiffimi hoc fæculo Anatomici fequuntur, audiamus, five Ruyfchium, glandulofam effe hepatis fubftantiam. Glandulæ enim funt, & Ruyfchianæ, hoc tamen difcrimine, quod Malpighianæ ex variis implicitis, & aggregatis canaliculis fub membranis ferpentibus componuntur, Ruyfchianæ vero ex contortis majoribus, minoribus, & minimis vafculis conflatæ, eæque potiffimum bilis fecretioni dicatæ. Quod monere volui, ne verbis poftea Adolefcentibus hærendum effet. Vel glandulæ, vel vafa fanguifera, quæ proximam bilis materiam ad hepar deducunt, vel biliaria, cujufmodi funt ductus Choledochus communis oblique in Duodenum hians, cyfticus ex veficula fellis ad choledochum, & hepaticus ex hepate ad choledochum obftruantur, bilis fecretionem, vel ejufdem derivationem in inteftina præpediri, & confequenter biliofas particulas in fanguine ea copia cumulari, ut univerfæ ejufdem maffæ inficiendæ pares fint, manifeftius quidem eft, quam ut ullis rationibus poffit comprobari. Contingit autem frequentiffime obftructio a bile amurcofa. Cum enim fanguis per hepatis fubftantiam tarde admodum, & fegniter moveatur etiam in ftatu naturali (per ramos enim venæ portæ arteriæ vices gerentis ad venularum orificia defertur, quæ non ea tunicarum foliditate, quæ arteriis propria eft, donatur, fanguinemque valido impetu a corde projectum immediate non recipit, & ab extraneis minime comprimitur) amurcofa bile peccante, nemo eft, qui non videat aut glandulas, in quibus eadem fecernitur, aut vafa fanguifera, quæ materiam ejus proximam adferunt, aut poros biliarios, qui in unum truncum prodeuntes excretorium hepatis ductum conftituunt, aut cyfticum, & Choledochum facillime obftrui, atque ejufdem fecretionem, vel derivationem in Duodenum præpediri, unde Icterus.

A calculis ibidem genitis magnitudine &c. diverfis.] Non raro in ductu choledocho, aut veficula fellis reperiuntur calculi, quos non alia de caufa Ictero occafionem præbere, quam bilis ad inteftina derivationem præpediendo, adeo manifefta res eft, ut manifeftior fit nulla. Parvi plerunque funt calculi, qui in veficula fellis reperiuntur, quandoque tamen infigniter increfcunt, id quod maxime liquet ex D. Georgio Franco M. N. C. *Dec.* 2. *an.* 6. *obf.* 194., qui ex alterius medici obfervatione narrat, in milite quodam calculum unciam dimidiam, & drachmam femis pendentem qui cyftidem felleam occupabat, repertum fuiffe.

Confiftentia.] Non unius confiftentiæ iidem effe confueverunt. Alii enim friabiliores, & molliores funt, alii folidi, compacti, denfiorefque. Hos aquæ injectos fundum petere non femel obfervaffe teftatus eft Cl. Hoffmannus (M. S. T. 4. p. 2.) cum reliquos plurimos fupernatare vulgari experientia compertum fit. Iftorum tamen fragmenta, & minores portiones in fundum fecedere idem præclarus auctor experimentis didicit; id quod in pumice manifeftum eft, qui grandioris molis fupernatat, in pulverem vero redactus defcendit. Quæ in iis, qui experimentalem philofophiam fcrutati non funt, haud exiguam admirationem commoverunt. Minus tamen mirantur, qui huic ftudio addicti, & metallicas fubtiliffimas laminas aquæ impofitas fupernatare, in fruftula vero divifas defcendere, fimiliter metallicas acus fubtiliffimas fuper aquam jacentes innatare, rectas vero fundum petere deprehenderunt. Cujus quidem phænomeni ratio non aliunde petenda eft, quam ex refiftentia, quam hifce corporibus medium facit, nempe aqua. Supernatat calculus, ac pumex grandioris molis, ac metallica fubtiliffima lamina, fupernatant acus metallicæ fubtiliffimæ fub aquam jacentes, quod incurrentia in particulas medii fibi mutuo adhærentes innumerabiles, innumerabiles quoque opus habent disjungere, hinc refiftentia tanta eft, ut vinci a gravitate illa non poffit. Cum vero calculus, pumex, lamina in fruftula divifa, nec non acus erectæ aquæ imponuntur, aqua ipfa minus refiftit, hinc fundum petunt.

Colore.] Calculi uti magnitudine, & confiftentia, fic colore differunt inter fe. Albi fcilicet, & cineritii, & plumbei, & ex flavo rubefcentes, aut nigricantes, viridefcentes, variegati, pluribus maculis eleganter notati deprehenduntur, ut præ cæteris liquet ex M. N. C. *an.* 1. *obf.* 44. Flavi, vel nigri frequentiffime omnium reperiuntur. Illos ad flammam candelæ ignem concipere, & ad inftar ceræ obfignatoriæ liquefcere, hos vero in carbonem mutari, nec flagrare experimentis fæpius, & a multis factis compertum eft. Quæ quo modo fiant manifefto apparebit, fi eorumdem generationem prius affequemur. Quod nulla meliori ratione præftari poffe perfpicuum eft, quam a principiis bilem componentibus exordiendo. Bilis igitur conftat ex oleo, feu fulphure copiofo, fale mediocri, fpiritibus, & phlegmate, partibufque aliquibus terreftribus. Idque Analyfis in ejus partes evincit. Produnt prærerea fe partes fulphureæ per inflammabilitatem, & deflagrationem, falinæ per facillimam cum aqua communi mifcellam (oleofum enim corpus fine falis interventu commixtionem aquæ non patitur) per vim penetrandi fpiritus, per fluiditatem diu permeantem aqueæ partes, per confiftentiam terreæ. His ita conftitutis licet colligere tunc calculos generari, cum falinæ bilis particulæ in pauca quantitate, fulphureæ e contra magna copia, terreftrium particularum, aut glutinofæ cujufdam materiæ vi caloris infpiffatæ interventu coguntur. Fit enim exinde, ut fecedentibus aqueis in durum quoddam corpus concrefcant, quod calculi nomine venit. Calculum porro fic enatum, quoniam fulphureis particulis maximam partem conftat, flammam concipere perfpicuum eft. E contra fi terreftrium, mucofarumque infignis fit copia, atque hæ quidem nullo, aut valde exiguo fulphurearum partium interventu congerantur, coganturque in lapideam concretionem, calculus flammam non concipit, ac diverfam a priore naturam inducit. Quæ cum dicimus tam ab illis diffentimus, qui exiftimant falia alchalica, acida, tartarea, aliaque hujufmodi ad calculorum generationem facere, quam illi diffentiunt a veritate. Sed plura, ubi de calculo Renum, ac Veficæ.

Subftantiæ hepatis, vel membranarum, & ligamentorum inflammatio.] Aliquando folam membranam hepar veftientem inflammari, aliquando vero ipfam hepatis fubftantiam Hippocrates, & Galenus docuiffe olim vifi funt. *Quorum*

he-

hepar, inquit Hippocrates (47. aph. feft. 7.) *fuppuratum aduritur*, *fi pus purum fluxerit*, *&* *album*, *evadunt*: *in tunica enim his pus continetur*: *Si vero qualis amurca fluat*, *pereunt*. Qua de re loquens Galenus in com. *Quibus*, inquit, *in tunica eft pus*, *nihil patiente fubftantia hepatis folvuntur omnes*; *quibus vero ufque ad carnem hepatis corruptio pertingit*, *non abfque ratione moriuntur*. Quæ fi ad examen fedulo revocentur, protenfo quafi digito commonftrant tam externas hepatis partes, membranas fcilicet, ligamentaque, quam ipfius fubftantiam concipiendæ inflammationi parem effe. Non defuere tamen florentiffimi hac ætate Medici, qui ab Hippocrate, Galeno diffentientes rem dubiis plenam reliquerunt. Si enim Fridericum Hoffmannum confulimus, hepatis fubftantiam paullo diligentius, ac fubtilius contemplans eamdem inflammationi concipiendæ imparem deprehendit. Cum enim hepar maximam partem venis portæ, & hepaticæ propaginibus coagmentetur, quæ ob nervorum, membranarumque nervearum defectum obtufo fenfu præditæ funt, mirum in modum diftendi poffe putat, quin dolor, febris, aliaque fymptomata inflammationibus maxime propria excitentur. Inflammationes eas invadunt partes, quæ fenfu exquifitiffimo præditæ funt, membranas fcilicet nerveis filamentis copiofiffimis contextas, quo fit ut in minimis vafculis primo fubfiftens fanguis, tum in lateralia effufus tumorem, febrem, doloremque procreet, ut alia mittam quamplurima, quibus fententiam fuam confirmat, quæ quoniam clare exponuntur, legi ex fonte malumus, quam hic referri. *Vid. M. S. T. 4. P. 1. de feb. hepat.*, *&* *differt. de hepat. inflammat. vera rariffima*, *fpuria frequentiffima*. Verum bona pace tanti viri, vereor ne falfa opinione adductus id fibi in animum induxerit. Cur enim fanguis, fi purus, ac fincerus, atque acredine peccans in finibus arteriæ hepaticæ; & venæ portæ fingulari plane munere arteriæ vices gerentis fubfiftens, ac ftagnans non ea ratione afficere valeat tunicas, ac membranas, qua opus eft ad inflammationem excitandam, omnino non video. Nonne Cerebrum, Pulmo, aliaque vifcera obtufiffimo fenfu donantur? Et tamen eorumdem inflammationes frequentiffime occurrunt. Quamquam illud libenter concefferim internæ hepatis fubftantiæ inflammationem externæ fequi inflammationem, ut de Peripneumonia fuccedente Pleuritide fuperius oftendimus. Quæ enim tanta loci diftantia, ut impedito motu fanguinis per vafa internam hepatis fubftantiam percurrentia, propter infignem nervorum confenfum per externas partes minime perturbetur, unde fpafmo excitato dolor, febris, aliaque hepatitidem comitantia fymptomata fufcitentur? Externæ autem partes tantum, vel internæ hepatis inflammatione corripiantur, certum eft fanguinis motum per hepatis vafcula præpediri, tumorem elevari, glandulas, porofque biliarios comprimi, hinc bilis fecretionem, excretionemque impediri, unde Icterus.

Convlfio eorumdem a bilis tenuitate nimia, *atque acredine*.] Quotiefcumque vafa fanguifera, aut bliaria fpafmodica conftrictione afficiuntur, eorum diametrum ita anguftari, ut fluidis libera circulatione traijciendis inepta reddantur, perfpicuum eft. Quod ubi contigerit, neque neceffariam fanguinis partem glandulas appellere ad bilis fecretionem efficiendam, neque ubi appellat, fecretionem ejufdem fieri poffe, ac per peculiares ductus in inteftina deferri, manifeftius quidem eft, quam ut ullis rationibus poffit comprobari. Convulfioni porro anfam præbere valent, quæ tenuitate nimia, atque acredine peccant, ideoque pungendi, vellicandique vim habent. Si hifce qualitatibus bilis ipfa peccaverit, cur convulfioni producendæ non opportuniffima exiftet? Quam apte cadit in hunc locum Icteri divifio a Veteribus tradita in calidum, & frigidum! Quam nihil effe video cur eijciant Recentiffimi. Quid eft enim cur bilem craffam, vifcidam, amurcofam, ac difficilem, glandulas, ductus, atque emiffaria, a qui-

 bus

bus fecernitur, vel per quos in inteftina derivatur, obftruentem frigidam, acrem vero, tenuem, fufam, ac folutam calidam jure optimo non dicamus?

A vehementi ira.] Sed omnium frequentiffime contingit a fpirituum animalium perturbato motu, cæcoque impetu in organa bilis fecretioni, ac derivationi dicata prædictam conftrictionem excitari citra bilis ipfius, aut alterius tenuis nimis, acrifque humoris interventum. Hujufce porro perturbati fpirituum motus plures effe poffunt caufæ. Inter has principem obtinet locum vehemens ira. Ira, ut omnibus notum eft, nihil eft aliud, quam vehemens animi commotio excitata ab objecto aliquo externo, quod homini aliquo pacto injuriofum eft.

Fit hinc, ut propter mirabilem nexum, & unionem animæ cum corpore tales in Cerebri fibras inducantur motiones, quibus fpiritus majori copia ad omnes fere corporis partes ferantur, unde cor in validiores, crebrioresfque contractiones agi contingit, fanguinem celerius, ac vehementius per vafa propelli, hinc pulfum validum, durum, celerem, ac frequentem exoriri. Quamquam vero non folum majori copia, fed cæco impetu cum in omnes partes (id quod concuffio totius corporis, tremor, dentium ftridor, aliaque hujufmodi evincunt) tum ad eas quæ ad bilis effufionem funt opportunæ (quod dolor in dextro hypochondrio, vomitus, diarrhϾ, dyfenteriæ, choleræ manifeftant.) In tanta fpirituum perturbatione, fi organa bilis fecretioni, ac derivationi dicata fic conftringantur, convellantur, aut alia fimili ratione afficiantur, qua ad affueta munia inepta reddantur, Icterum fupervenire, adeo manifefta res eft, ut manifeftior fit nulla. (Conf. com. in aph. 4. cap. 3.)

Spafmo hyfterico, laboriofo partu.] Spirituum ataxia maxime familiaris eft fœminis, quæ hyfterica affectione conflictantur, quæ propterea diris convulfionibus premi folent. Colica his fuccedit frequentiffime hyfterica dicta, non aliunde, quam a fpiritibus animalibus cæco impetu in coli fibras irruentibus repetenda, unde propter immediatum confenfum inteftinorum cum ductu choledocho, fpafmodica ejufdem conftrictio fupervenit, qua bilis derivatio in duodenum præpeditur, unde Icterus. Jam de laboriofo partu dicamus. Fætus debitam magnitudinem adeptus carceris impatiens capitis vertice ad uteri os internum, & facie ad matris os cocygis obverfo nititur verfus inferiora defcendere. Mufculi abdominis convelluntur violenter, fætumque vi expellunt in pelvim. Si matris, & fætus nifibus os uteri molli, & lubrico linimento laxatum jam dilatatur, difrumpuntur membranæ, quibus continetur, effluunt aquæ, caput infantis agitur in capacitatem oris dilatati, infans commode exit. Si aliter res habeat, convulfiones mufculorum abdominis violentæ, ac internorum vifcerum fere omnium, præfertim imi ventris fuperveniunt, quibus facile ductus, atque emiffaria bilis fecretioni, atque excretioni dicata occludi contingit, hinc Icterum exoriri.

IV. *Rerum acidarum, & difficilis coctionis abufus.*] Nulla re magis figuntur, condenfanturque humores, quam rerum acidarum abufu. Quod non fine admiratione accipi folet ab iis, qui contrarias acidorum corporum proprietates deprehenderunt. Notum enim eft lapides, & metalla, & cætera alchalica terrea rodi, & diffolvi magno calore, & crepitu, quandoque etiam igne excitato ab hifce corporibus. Ita Plinius l. 23. cap. 1. *Acetum*, inquit, *faxa rumpit, quæ non rumpit ignis.* Quæ igitur cogendi, denfandique facultas? Recte quidem, fi de folidis corporibus præfertim macris, ut funt lapides, & metalla, & cætera alchalica terrea, fermo fit; fi vero de fluidis, quæ ex pinguibus, oleofis, & ramofis partibus conftant, contrarium omnino fuccedit. Id quod experimentis comprobatum eft.

Si enim oleum vitrioli, fpiritus falis marini, fpiritus nitri, ac cætera acida

fero

fero fanguinis affundantur, in gelatinam quamdam concrefcere cultri anatomici aciem effugientem deprehendimus. Has duas acidorum proprietates notavit Diofcorides *lib.* 2. *cap.* 85. Cum igitur rerum acidarum abufu fluida cogantur, ac condenfentur, ubi ad hepar pervenerint, in quo minor eft arteriarum, atque adjacentium partium impulfus, in minimis glandularum folliculis fubfiftere, atque aggeri coguntur, unde obftructiones, tumorefque bilis fecretionem, vel derivationem in duodenum impedituri, & hinc Icterus. Idem plane dictum velim de alimentis difficilis coctionis, quæ vifcido, lentoque chylo conficiendo plurimum tribuunt, atque hinc fanguinem ad fluendum minus aptum reddunt.

Aer paluftris.] Præter recenfitas caufas, quæ fluidorum crafim alterando obftructionibus anfam præbent, aliæ occurrunt, quæ in fluidas, & folidas partes operantur. Spectat huc aer paluftris. Nemo ignorat aerem, quo magis elafticus, gravis, frigidus, aut ficcus eft, eo magis fibras noftri corporis intendere, ac roborare, unde & robuftius, & ad actiones omnes vegetius fieri experimur. E contra minus elaftico, & minus gravi, atque humido exiftente aere, fibras ejufdem laxari, & debiliores fieri, atque hinc corpus infirmius reddi, actionefque omnes ejufdem languefcere manifefta res eft. Dici autem vix poteft quantum fibræ noftri corporis tenfæ, ac roboratæ excurfui fanguinis, humorumque per univerfas fere corporis partes, fecretionibus, excretionibufque promovendis, attenuandis iifdem, atque exfolvendis tribuant. Laxatis e contra, atque flaccefcentibus fibris, fluidorum excurfum, fecretiones omnes, excretionefque retardari, ad fluendum eadem inepta reddi, denfiora fieri, atque hinc congeftiones, vifcerum imi ventris obftructiones exoriri adeo manifeftum eft, ut curiofiore explicatione nullatenus indigere poffe putem.

Graviores animi curæ cum mærore, & triftitia.] Gravioribus animi curis cum mærore, ac triftitia folidas partes maxime chylificationi dicatas relaxari contingit, fuccorum eidem muneri infervientium, falivalium fcilicet, qui a glandulis ventriculi, & inteftinorum extillant, pancreatici, biliofi fecretiones imminui, ac retardari, faltem illorum vim, atque activitatem infringi, hinc chylum crudum, acidumque generari, qui ubi in maffam fanguinis pervenerit, cum a vi cordis, pulmonum, arteriarum, mufculorumque flaccefcentium jam folvi nequeat, craffitiem, vifciditatem, lentoremque fanguini conciliat, atque ad fluendum minus aptum reddit, qui propterea per anguftiffimos, atque exiliffimos hepatis poros, ductus, atque emiffaria trajectus hærere facile, ac fubfiftere cogitur, unde obftructiones vifcerum imi ventris, atque hinc Icterus. *Mærentes*, inquit Sanctorius *fect.* 7. *aph.* 3. *facile obftructiones, partis duritiem .... patiuntur.* Cl. quoque Hoffmannus in eamdem fententiam tulit: *Longior triftitia dum fanguini craffo gignendo, & abhinc prodeunti tardiori ejufdem circuitioni apprime infervit, ad Icterum chronicum, & contumacem aut producendum, aut revocandum exiftit aptiffima.*

Chin. Chin., cui excretio aliqua fenfibilis non fuccedit, diuturnus ufus.] Nonnullos febribus intermittentibus ufu Chi. Ch. curatos infigni anorexia, ac virium languore affici, non femel deprehendi, cum alii e contra perfectiffime convaluerint, ne vel minimi quidem in primis viis, hifque proximis vifceribus vitii exiftentis indicio apparente. Cum rem diligentius perpenderem (aderat enim conftitutio febrium intermittentium ob aquarum ftagnantium copiam, quæ Peninfulam fere omnem devaftaverant) deprehendi eos feliciffime curari ufu Quinquinnæ, cui excretio aliqua per fudorem, aut urinam, aut alvum fuccedebat, ex adverfo iis evenire, qui Quinquinna pertractabantur, nulla autem crifis apparebat, imo eafdem fæpius recrudefcere, atque in alterius generis febres lentas, & vagas converti, plerafque in cachexiam, obftructiones vifcerum

imi

imi ventris, atque Icterum desinere. Hisce porro ad credendum vehementer adductus sum mordacitati, ac corruptioni succorum gastricorum, bilis præsertim, unde febres intermitentes ortum traducunt, crassitiem, ac visciditatem succedere, præterea organa eorumdem secretioni dicata diuturno corticis peruviani usu plus æquo adstringi, & inepta suis muniis constitui, unde obstructiones fieri contingit, atque hinc cachexiam, aliaque incommoda exoriri. Quamvis enim nondum inter Medicos constitutum sit, qua vi cortex peruvianus ejusmodi febres extinguat, affirmantibus aliis cum Bado id efficere specifica, & occulta proprietate; aliis cum Gaudentio Brunaccio, & Paravicino per manifestas qualitates, calorem scilicet, & siccitatem, quibus frigidum, & humidum, unde febres intermittentes exoriuntur, destruitur; aliis cum Mortono, quod pestiferum, ac deleterium miasma spiritibus infestum ab eodem profligatur; aliis cum alchali, & acidi propugnatoribus, quod acidum, aut falso acidum febrile fermentum invertit, & obtundit; aliis cum Tellino, Solario, quod bilem, unde febres intermittentes ortum habent, vi sua adstrictoria figit, & sistit; aliis cum Sturmio, Munginoto, quod lentos, ac difficiles humores, unde eædem profiscuntur, solvit, & incidit; illud tamen negari non potest amaras, leviter aromaticas, austerasque particulas continere corticem peruvianum, quibus non solum crassamenta sanguinis dissolvi contingit, si experimentis Cl. Freind (in sua emenologia cap. 14. p. 226.) credendum sit, qui tincturam corticis peruviani sanguini, ejusque sero admixtam fluiditatem utrique conciliare testatus est; sed solidas partes ventriculi, intestinorum, pancreatis, hepatis, ac mesenterii, quæ istarum febrium sedes, ac foci sunt, (*a*) leniter adstringi, seu mavis roborari, firmarique. A ratione igitur prorsus aberrare is minime videatur, qui diuturno Quinquinnæ usu, cui excretio aliqua sensibilis non succedit, ubi præsertim primæ viæ multis cruditatibus, ac sordibus sint obsessæ, prædictas partes, ac viscera plus æquo adstringi affirmet, atque affici ea ratione, qua opus est ad eorumdem obstructiones, atque abhinc prodeuntes gravissimos morbos excitandos, ut unus instar omnium Cl. Fridericus Hoffmannus (*de usu, & abusu Chin.*) luculenter ostendit, atque olim Jacobus Chifletius testatus est. Quam sententiam licet multis observationibus, firmis validisque rationibus refellere conatus sit Cl. Mortonus (*exercit. 1. cap. 7. de cortice peruvian. atque virtute ejus*) quis idem concedat de omnibus, deque illis, quibus excretio aliqua non succedit, quæque præpostera methodo a Medicis pertractantur? Quibus sic constitutis licet colligere in summa obscuritate illos versari, qui in ea sunt opinione, ut credant a cortice peruviano fugari febres intermittentes nulla secretione, & crisi subsequente. Quam opinionem præterquamquod multorum præeunte exemplo Albertinus (*in com. Acad. Bonon. opusc. p.* 145.) falsissimam esse cum multis, ac frequentibus, tum certis, ac constantibus observationibus deprehendit, illud quoque accessit, ut firmis adeo, validisque rationum momentis eamdem confutaverit, ut qui aliter sentiat, falsa prorsus sentire videatur. Quæ enim febres, inquit ipse, quæ sine excretione aliqua solvantur? Adeo verum est febres omnes cum excretione aliqua solvi, ut ne vel febres quidem, quæ a veneno nascuntur, aut a miasmate, & halitu pestifero, & maligno, & serpentum morsu (neque desunt, qui succi corruptionem, unde febres oriuntur, cum veneno conferant) excipiantur, nedum illæ, quæ per coctionem discuti dicuntur, aut quæ magno, & subito pavore solvuntur. Radicem gentianæ, centauream minorem, flores chamomillæ romanæ, chamædrim, cortices aurantiorum febrifuga olim Medicis clara, & remediorum genus omne febrem pellere per evacuationem ostendit. Mitto alia quam-

(*a*) *Vid. lib. 1. cap. 9. com. in aph.* 5.

quamplurima, quæ in hanc rem egregie cadunt, utpote illa, quæ elegantissime exposita loc. cit. (& vero nihil in com. Acad. Bonon. non elegantissimum) legi malumus, quam referri.

V. *An ab exaltatis in sanguine biliosis particulis*.] Cum nonnulli animadverterint fæces continuo albicantes non egeri, imo interdum plus æquo flavescere, indicio manifestissimo bilis secretionem, atque ejusdem derivationem haberi, præterea non semper inventas fuisse obstructiones in hepate, aut ejus ductibus, atque emissariis, aut quidquam, quod impedimento esse posset, quominus commode eadem secerneretur, atque in duodenum derivaretur, in eam opinionem venerunt, ut crederent icterum a bile acriori, tenujorique reddita, atque ad immodice effervescendum apta repetendum esse. Quam quidem opinionem tuentur, qui Graafium, & Sylvium sequuti sunt. Cui sententiæ quantum adstipulandum sit colligi potest ex iis, quæ supra attulimus de colica agentes, ubi bilem effervescere nunquam posse demonstravimus. (V. Cap. 5. com. in aph. 5.) Quare verosimilior videtur illorum opinio, qui existimant ab exaltatis, & aggestis in sanguine biliosis particulis citra hepatis vitium, & acrioris bilis interventum oriri posse icterum. Quo loco animadvertendum est non accipiendas esse biliosas particulas, ut plerique Veterum opinati sunt, sed tenujores, agiliores, rigidioresque sanguinis partes, quæ a reliquarum nexu secedentes humorem illum biliosum dictum constituunt. Quamquam vero lis potius de nomine est, quam de re. Quid enim vetat, cur particulas istas summe agiles, ac subtiles biliosas non dicamus? Cur ratione caloris, quem excitant, calidas, ratione vero rigiditatis, qua donantur, siccas, quæ de bile prædicantur, jure merito non vocemus, omnino non video.

An a lymphæ, & seri sanguinis, ob salium præsertim acidorum mixturam, exsolutione.] Serum, ac lympham sanguinis salium præsertim acidorum mixtura exsolutam rufum, & croceum colorem induere tradidit Cl. Tozzi in prax. *Experimur*, inquit præclarus Auctor, *lixivium e cineribus plantarum in aqua elixis paratum flavescere, vergereque in croceum colorem, si acidum justa mensura superaffundatur; quin & lixivium ipsum, si multo, & acri cinere asperſum plusquam deceat efferbuerit, non leviter rubescere, & rufum colorem induere*.

Lympham porro, & serum sanguinis plerunque vitiari perbellis observationibus Sylvii De le Boe, Graafij, Zachiæ, aliorumque demonstrat, quas operæ pretium non est percensere numerando, cum nihili, floccique easdem faciant Mechanici nonnulli, qui, postquam Robertus Boyle, Archibaldus Pitcarnius, aliique hypotheses de acido, & alchali demonstrarunt, adeo ab acido abhorruerunt, ut nullum in humano corpore non modo reperiri, sed ne esse quidem posse pugnacissime sustineant. Quod si verum est, illorum sententiam, qui ob salium acidorum mixturam serum sanguinis exsolvi ea ratione posse putant, qua opus est ad rufum, croceumque colorem inducendum, per se corruere, vel lippis, ac tonsoribus notum est plus, quam ipsorum digiti, atque ungues. Et sane horum opinio firmis, validisque rationum momentis innititur, quas potissimum a Roberto Boyleo desumpserunt. Primum enim nullum in humano corpore acidum per chymicam artem elici unquam potuisse affirmant. Raymundum Vieussenium (*lib. de nat. sanguin.*) qui ex libris quinquaginta sanguinis semiunciam elicuisse spiritus acidi testatur, experimento deceptum fuisse (*V. Pitcarn. in dissert. brevi, quam præstant corpora acida, aut alchalica*.) Cum enim bolum, seu terram ad experimentum adhibuisset, spiritum illum acidum a bolo provenire affirmare non dubitarunt. Quid quod plantæ per os assumptæ, quantumvis acido fætæ, actione tamen ventriculi, & pulmonis, & cordis, & arteriarum circuitioni sanguinis inservientium mutantur cito in corpora alchalica? Tantum igitur abest,

eſt, ut acidum in ſanguine reperiatur, quantum ſal acidus ab alchalico differt; quem ſolum exigua mole ſanguini ineſſe oſtendere conati ſunt. Quibus tamen, ut ingenue fatear, neſcio quantum adſtipulandum ſit, cum ſatis firma, ac valida, ne validiora dicam, ſuppetant argumenta, quibus evinci poteſt acidum in ſanguine reperiri, etiamſi in eodem vel naturaliter conſtituto, vel morboſo ſenſibile non appareat, atque extrahi ab eo nullo modo poſſit. Si de experimento Vieuſſenii ſermo ſit, cur eodem deceptum fuiſſe affirmes, omnino non video, cum præſertim a D. Hombergio chymico præſtantiſſimo confirmatum ſit, qui in ſtercore humano, & multorum animalium, & in phoſphoro, qui ex urina humana componitur, acidum ſe reperiſſe teſtatus eſt. Quæ adverſus Vieuſſenium afferuntur dicuntur quidem ſubtilius, ſed quid eſt, quod & Hombergio idem ſucceſſerit commodiſſime? Utcumque id eſt, acidum in ſanguinem migrare vel ipſi fatentur, cum vegetabilia per os aſſumpta manifeſto acido fæta in ſanguinem accepta humorem alchalicum progignere affirmant. Acidum in ſanguinem migrare manifeſtiſſime evincunt lac, quod facile aceſcit, ac jura animalium, quæ ſponte acidum contrahunt. Quod ſi ſenſibile non apparet, id vel ex eo maxime evenire poteſt, quod alimenta ventriculi, inteſtinorum, pulmonum, cordis, arteriarumque actione ita teruntur, priuſquam veram ſanguinis naturam induant, ut eorum ſulphur majorem in modum ſolvatur, & avolet, atque reliqua ejus pars cum ſale primigenio intime miſceatur, quæ duo unita urinoſum, aut communem, aut huic perſimilem ſalem præbent, ſale interim acido minime apparente. Acidum in ſanguine, quem ipſum infecit, inquinavitque, ſenſibilem non apparere, ut extrahi nulla arte queat, facit potiſſimum ejus tenuitas, quæ quidem tanta eſt, ut percipi nullo modo poſſit. Cujuſce tenuitatis exemplo eſſe poſſunt miaſmata maligna, ac deleteria, ſeu corpora quæcumque, quæ vel per aerem, vel cum cibis, vel per extimos poros cutis in ſanguinem ingreſſa ejuſdem maſſam varie corrumpendo malignos, contagioſos, ac peſtilentiales morbos procreant, quæ tamen, quamtumvis connitaris, deprehendi nullo modo queunt.

Poteſt etiam acidum cum reliquis partibus ita miſceri, ac cohærere, ut ſeparari rurſus non valeat. Notum eſt vitrum ex ſale, & arenis componi (qua de re vid. Kunkelius in arte vitraria.) Sal autem diligentia nulla a chymicis extrahi unquam potuit. Quæ cum ita ſint, ſtatuere certo poſſumus acidum in ſanguine exiſtere, at ſaltem ſuſpicioni locus non deeſt. Quapropter apparet illorum ſententiam, qui putant ob ſalium acidorum mixturam ſerum, ac lympham ea ratione affici poſſe, qua opus eſt ad Icterum producendum, non eſſe prorſus reijciendam.

VI. *Viperæ morſui.*] Inter venena, quæ venenoſa animalia homini communicant cujuſvis generum ſerpentum, ſive anguium, ſeu viperarum venenum eminet. Hoc nempe inſignis languor, pulſus debilitas, intermiſſio, cordis palpitatio, vomitus biliosi, ſenſuum hebetudo, difficultas reſpirationis, ſudores gelidi, tremores, convulſiones, Icterus, aliaque hujuſmodi conſequuntur. Quamquam fateri licet ictum ſive viperarum, ſive anguium, quæ in noſtris regionibus degunt, minus virulentum eſſe. *Italia*, inquit Celſus lib. 5. c. 27. *frigidioreſque regiones hac parte ſalubritatem habent, quod minus terribiles angues edunt. Minus terribiles* inquam; ex quo Celſi effato conſtat perperam ſibi demonſtrandum ſumpſiſſe Hoffmannum (*De venen. eorumque natura*) viperarum, atque anguium ictum minime virulentum eſſe. Præclaræ extant obſervationes apud Cl. Mead de viperæ veneno. Compertum eſt cultri Anatomici ope liquorem quemdam ſubflavum a viperarum ſanguine ſecerni, glandulis diverſæ naturæ parte anteriori ſincipitis locatis, quarum ſingulæ communi membrana tectæ vas excretorium exhibent, quæ vaſa ſeſe uniendo ductum formant ad radices dentium in-

inciforum perforatorum decurrentem, ibique in veficulam eumdem liquorem deponunt, qui particulis falinis egregie minutis quafi fpiculorum inftar fcaturiens morfus tempore in vulnus infunditur, unde vellicatis majorem in modum nervofis partibus, ac corrupta totius fanguinis crafi, prædicta fymptomata excitantur. Morfus, inquam, tempore. Nifi enim venenum Viperæ per vulnus inflictum fanguini immediate affundatur, innoxium eft. Ita gallinæ demorfæ a vipera inde omnes comeduntur, & quartanam febrem feliciter debellare creduntur. Si irritata vipera virus in chartam jaculetur, non folum innoxie manibus contrectatur, fed a quibufdam devoratur. Canes ipfi refecta earum capita, in quibus potiffimum venenum recondi reputatur, devorant nulla mortis mulcta. Obfervatione dignum eft læfis partibus relinqui fpicula, ac dentis infefti acumen ob ictum deeffe in dentium Viperinorum Anatome, ut cum Cl. Severino animadvertit Thomas Bartolinus (*De Angina Epidemica exercit. 6.*)

Febribus etiam fupervenit Icterus, atque hic quidem, fi ante feptimum diem fymptomaticus &c.] Excretio aliqua fymptomatica nihil eft aliud, quam error naturæ immature materiæ morbificæ expulfionem conantis. Crifis vero naturæ motus conantis expulfionem materiæ morbificæ mature, & peracta jam coctione. Flavedo, quæ in cute Ictericorum apparet, nec fymptomatica excretio dici poteft, nec critica. Pendet enim a biliofis particulis in fanguine retentis, & ad omnes corporis partes, & vifcera æque delatis, non cutim tantum. Hinc eft ligamenta uteri, pulmones, ventriculum, omentum præ cæteris, & omnes membranofas partes flavefcere; quin imo offa eadem, & cartilagines flavo colore tingi præclaris obfervationibus Cl. Kerkringi (*fpicileg. anat.*) Dolæi (*Encyclop. Med.*) deprehenfum eft. Non alio porro fenfu fymptomaticus dici poteft Icterus, vel criticus, quam refpectu habito ad febrium tempora. Si enim ante feptimum diem fuperveniat nondum materiæ morbificæ coctione peracta, fymptomaticus, fi vero 7. aut 14. die, quo tempore coctionis indicia haberi folent, nihil fane eft, cur criticus jure non appelletur. Nihil porro eft fymptomaticus Icterus, quam materiæ cujufdam morbificæ congeftio, criticus vero ejufdem a reliqua maffa præcipitatio, ac fecretio. Vid. Hippocrates fect. 4. aph. 64.

VII. *Infantibus quoque ob meconii retentionem.*] Quæ fit caufa naturalis, ac legitimi partus quæftio eft. Obfoleta jam Hippocratis, & Galeni fententia Cl. Steno in eam venit opinionem, ut crederet inteftinorum fætus excrementa per alvum dejecta cum Amnii liquore commixta denuo ab ore fætus exfugi, eo ufque dum repetitis dejectionibus, fuctionibufque Amnii liquor ingratus odore, fætidufque factus moleftiam ori fætus inferat, illumque ad exitum ftimulet. Hanc firmis adeo, validifque rationum momentis confutavit Cl. Cyrillus, ut qui Stenoni affentiri velit garrire, & fomnia narrare videatur. Derelincurtii fententia judicantis naturalis partus caufam effe ftimulum in inteftinis potiffimum excitatum a copiofioribus fæcibus collectis, ac nerveas eorumdem fibrillas pungentibus adeo plaufibilis fuit, ut nonnulli (quos inter Verheyenius) non alio fenfu fætum maturum indigere aere exiftimaverint, ad fæces per validam infpirationem expellendas. Quæ licet laudato Cyrillo, aliifque minus arriferit affirmantibus neceffitate tantum refpirationis, vel majoris per pulmones circulationis urgeri fætum, ei tamen plurimum favet obfervatio, fætus vix natos excrementa ex alvo nigra, tenacia, & fplendentia Mæconium dicta deijcere. Vidit natura quid fætui recens nato opus effet ad iftas inteftinorum fordes eliminandas, effecitque, ut haberetur e mammis fecretio lactis aquofi primum, ac diluti, quo facile totus inteftinorum canalis elueretur, & ne quid fupereffet, quod

acrimonia ſua nerveas fibras in vehementiores, & non ordinatas contractiones ageret. Quod ſi vel fæcum ipſarum vitio, vel lactis ſordes, atque excrementa retineantur, inteſtinorum fibras facile convelli, ac ſpaſmo affici contingit, qui ductibus ſecretioni, vel derivationi bilis dicatis communicatus Icterum producit.

VIII. *Prodit ſe Icterus flavedine præſertim in tunica oculi albuginea &c.*] Tunica oculi albuginea, ut omnibus notum eſt, tenuiſſimis vaſculis tenuiſſimum lymphaticum humorem vehentibus donatur. Hinc eſt cumulatis in ſanguine biliofis particulis, ac ſerum, lympham, & ſuccum nutritium flavo colore inficientibus, flavedinem in tunica oculi albuginea magis, quam in reliquis partibus conſpici.

Qua fit, ut objecta colorata interdum appareant.] Juvenem Ictero laborantem, qui objecta colorata intueri ſe affirmabat, noviſſe teſtor; id quod etiam bis ſe obſervaſſe teſtatus eſt Hoffmannus. Cum phænomeni rationem inquirerem anceps, ac dubius animo diutius extiti. Cum tamen animadverterim eos, quorum oculi flavo, aut viridi vitro armati ſunt, flaveſcentia, aut virideſcentia objecta videre, hærere mihi diutius non licuit. Cum enim vitrum cryſtallini humoris munere fungatur, in eam opinionem veni, ut crederem, tunc objecta colorata Ictero laborantibus apparere, cum ipſe cryſtallinus humor infectus eſt, qui propterea lucis radios lentis ad inſtar cujuſdam colligens flaveſcentes ad retinam demittit, unde objecta flaveſcere videntur.

Interdum fæcum albedine, alvi adſtrictione, atque hypochondriorum pathematibus &c.] Si bilis ſecretio, ac derivatio in inteſtinum Duodenum præpediatur, non ſolum fæces albeſcunt, ſed deficiente naturali fluiditate, difficillime egeruntur. Deficiente bilis conditura alimenta in ſtomacho ſoluta, ac in Duodenum delata non bene attenuantur, ſcinduntur, penetrantur, atque ea ratione afficiuntur, qua opus eſt ad veram, ac perfectam chyli naturam induendam, ſed in ſuccum quemdam mutantur crudum, acidumque, qui facile corrumpitur, ac ſtimulo, & moleſtiæ eſt nerveis inteſtinorum fibris, unde varia hypochondriorum pathemata exoriuntur. Poſſunt eadem ab ipſis cauſis ortum traducere, a quibus bilis ſecretio, aut ejuſdem in Duodenum derivatio præpeditur. Quæ quoniam plures, ac diverſæ ſunt, variari ipſa quoque pathemata debere adeo manifeſta res eſt, ut manifeſtior ſit nulla.

IX. *Hepatis obſtructionem ab amurcoſa bile obtuſus in dextro hypochondrio dolor.*] Fæculentis, mucoſiſque peccantibus particulis, volatiliorum bilis, tenujorumque particularum activitatem, ac vim imminui contingit, minoremque eidem ineſſe ad ſtimulandum facultatem, lentam propterea obſtructionem ſubſequi (frigidam perbelle ajebant Veteres) abſque inſigni ſtimulo in nerveas fibrillas inducto. Hinc obtuſus in dextro hypochondrio dolor, ac gravativus percipiatur neceſſe eſt.

Durities, ac tumor.] Non poſſunt autem hærere craſſi, lentique humores, quin vaſa, quibus inhærent, diſtendant, tumoremque elevent; hinc eſt infarcta viſcera obdureſcere, atque in majorem molem expandi. Durities porro, ac tumor major, minorque eſt, prout hærens materia plus, minuſque ſolida, ac compacta eſt. Si materia peccans cyſtide collecta avolantibus ſeroſis, tenujoribuſque particulis ſolida evadat, tumorem, ac duritiem inſignem ſupervenire debere luce clarius apparet.

Febris vel nulla, vel parva.] A lenta, ac frigida obſtructione neque ſolidæ partes in crebriores, vehementioreſque contractiones aguntur, neque componentes ſanguinis partes ea ratione a ſe mutuo ſolvuntur, atque ſecedunt, ut acres, volatiles, ſulpureæ particulæ exaltentur, atque in univerſam ſanguinis maſſam diffu-

diffufæ agitationem, ejufque furorem augeant, unde febris, aliaque ejufmodi fymptomata fubfequantur.

X. *Dolor modo obtufus, & gravis, modo acutus &c.*] Diffectam fuiffe mulierem teftatur Etmullerus *in prax.* ex cujus veficula fellea calculi diverfæ magnitudinis collecti funt, quæ tamen Ictero nunquam obnoxia fuit. Quo fpectat etiam obfervatio altera Cl. Petarmani (*referente Hoffm. M. S. T.* 4. *p.* 4. *f.* 10.) de vetula quadam, in cujus vefica fellea nihil præter 17. lapides deprehenfum eft, cum tamen Ictero nunquam laboraverit. Quo apparet Icterum tunc folum excitari, cum obftruuntur ductus, per quos bilis in inteftina derivatur. Obftruuntur vero cum calculi momentum exercent exeundi per inteftina, quo fit ut nerveæ fibrillæ violenter irritentur, & in vehementes, & non ordinatas contractiones agantur, unde acutus dolor, præcordiorum anxietas, aliaque graviffima fymptomata excitantur; cum prius calculis veficulam fellis occupantibus, minime vero in meatus deductis, qui bilis derivationi in Duodenum dicati funt, obtufus tantum dolor perciperetur, ut præ cæteris D. Steinius (*lithograph. p.* 45.) teftatus eft. Memorabilis cadit in hunc locum obfervatio in M. N. C. *An.* 6. *Dec.* 1. *obf.* 20. ubi Mulier immani dolore, & lancinatione ventris per triginta fere dies divexata memoratur, ejus origine, & caufa folertiffimos etiam medicos penitus latente, cum tandem calculus infignis magnitudinis totam felleæ veficæ cavitatem implens inventus fit. Exemplum fere fimile vid. in Sculteti armamentario *obf.* 61.

XI. *Inflammatio dolore in dextro hypochondrio tactu manifefte fenfibili &c.*] Quotiefcumque fanguis in vafis fanguiferis ad hepatis fubftantiam, ejufque membranas pertinentibus hæreat, ac fubfiftat, nemo ignorat ftatum illum inflammationis exoriri, qui phlogofis appellatur, fi e propriis vafis in lymphatica effundatur, veram inflammationem excitari manifefta res eft. Non poteft autem fanguis ibi fubfiftere, quin tumorem elevet, fibrillas vafcula illa conftituentes diftendat, acribus interim, tenujoribus, ac volatilioribus fenfim avolantibus particulis, & in univerfam fanguinis maffam diffufis, unde dolor, fitis, aliaque propter mirabilem nervorum confenfum graviffima fymptomata fubfequantur neceffe eft. Quod febris, dolor, aliaque fymptomata non eadem femper intenfione fe prodant, non aliunde repetendum effe facile judicaverim, quam a diverfa morbi fede, atque materiæ inflammantis qualitate. Si enim externæ membranofæ partes hepar inveftientes, quæ exquifitiffimo fenfu donantur, inflamentur, quis non videat multo gravioribus ftipari debere fymptomatibus, quam fi interna hepatis fubftantia ab eadem materie inflammetur? Quid fi a fanguine fumme tenui, acri, adufta, ac fere cauftica bile, vel contra a fanguine craffo, vifcido, & lento, & ad fluendum minus apto inflammatio exoriatur? Acutum in illa, lancinantem dolorem, febrem ardentem, in hac obtufum potius dolorem, febrem minus vehementem excitari debere manifeftius quidem eft, quam ut ullis rationibus poffit comprobari.

XII. *Quibus vulnere capitis detentis fupervenit Icterus, eos abfceffu hepatis &c.*] Singularis plane obfervatio eft gravioribus capitis vulneribus abfceffum hepatis, atque Icterum fupervenire. Quæ fane diligentiffime tenenda eft, cum rei mortis fententia everti queat, fi in judicium vocati Medici non a vulnere capitis, fed hepatis abfceffu hominem vulneratum interemptum fuiffe teftentur.

Dum nempe mortis quæftio in caput alterius ponitur, hominem qui plures fortaffe medicamentis per imprudentiam adhibitis internecioni dederit, dum verbis, aut litteris poffit ei parti patrocinari, quæ clementiæ, pietatifque officiis unius alicujus calamitatem lenire, non quæ criminationum, pænarumque acerbitate conatur evertere, æquiffimum effe facile judicaverim. Cl. Bianchi (*hiftor. hepat.*)

hepat.) in hoc potiffimum fitam prætendit abfceffus caufam, quod purulenta illa materia fub calvaria poft vulnus effufa abforpta in vafa fanguifera, & fanguinis circulationi reddita ad hepar deferatur, in quo cum tardior fit fanguinis, humorumque curfus, vifcidarumque fordium fecretio, fieri minus vix poteft, quin pus fimul per fecretorium organum alliciatur, deficiente autem folidarum partium momento ad ejufdem expulfionem neceffario in eodem remoretur; hæreat, ac fenfim vifceris fubftantiam corrumpens, exedens abfceffum procreet.

XIII. *Si nulla, aut fere nulla fit febris, mitis calor &c. rhabarbar. f. p. &c.*] Ubi adfit hepatis, ac vifcerum imi ventris obftructio; fieri minus poffe perfpicuum eft, quin excrementitii humores in primis viis hæreant, cruditates, vifcidæque fordes, quæ materiem iifdem præbeant convenientiffimam. Cautum hinc accuratiorum practicorum confilium Icteri curationem ab obftructionibus imi ventris oriundi a leviter purgante; atque abftergente medicamento exordiri. Quo fane non fordes in inteftinis tantum hærentes educuntur; viaque fternitur aliis medicamentis; fed lenti quoque, vifcidique humores hepar, aut alia vifcera infarcientes per inteftina, cum quibus infignem habent communicationem, commodiffime expurgantur. Cum Veteres Medici ab affumpto Rhabarbaro fæces flavo tingi colore viderint, peculiarem ei virtutem tribuerunt bilem educendi. Non ii fumus, qui cum veteribus Medicis dari medicamenta elective purgantia ftatuamus. (In hoc enim falfi fuerunt, quod flavedinem expurgatæ bili e. gr. a rhabarbaro tribuebant, cum ab ipfius rhabarbari colore fit repetenda, quo fane non folum fæces, fed & urinæ, & reliqui humores inficiuntur.) Nihilominus tamen etfi diftinctio illa in cholagoga (quam in claffem rhabarbarum recipiebant) phlegmagoga &c. juxta eorum fententiam minus probanda fit, nihil eft tamen cur omnino negetur. Certos enim humores peculiaribus pharmacis facilius, & commodius educi, & certos etiam morbos melius per certa quædam purgantia, quam per alia curari obfervationibus cum multis, ac frequentibus, tum certis, ac conftantibus compertum eft. Ita rhabarbarum nimis laxas hepatis glandulas, ac ductus ea fui parte, quæ roborandi, adftringendique vim habet, ad fuum tonum reftituit; tartarus, & omnia ex eodem parata pharmaca propter eam, quam purgandi, & digerendi facultatem habent, in hepatis obftructionibus a vifcidis, lentifque humoribus apprime conveniunt. Hac via delentur præjudicia illa, quæ bilis in fanguine retenta, atque eumdem inficiens minatur; quæ non tantum Ictero, fed & aliis gravioribus affectibus viam parat.

XIV. *Dein vero pulver. ex tartar folubil. aut vitriol. &c.*] Abfterfis hac ratione primis viis, dici vix poteft quam bene cedant illa, quæ prædictas fordes fenfim fenfimque digerere valent, atque biliofas particulas, quibus univerfa fanguinis maffa confpurcatur, per infignes urinæ vias extra corporis confinia educere. Cui fcopo fatisfaciunt illa, quæ acutis plus minus fpiculis prædita aqueo copiofo diluta, qua fanguinem attenuando, qua craffiores ejufdem partes incidendo feri copiam augent, ferum ipfum fibi uniunt, atque a reliquis partibus feparant, ac demum renalibus porulis aptant, perque ureteres, ac veficam expellunt. Cum urina falibus maximam partem conftituatur, nemo non videt falina medicamenta huic obeundo muneri omnium opportuniffima exiftere. In horum cenfu veniunt præ cæteris fales tartarei, præfertim vero illi, qui falfam nacti funt naturam. Ejufmodi funt fal ille falfus, qui ex fale tartari aciditate cremoris tartari faturato refultat, tartarus folubilis dictus, tartarus vitriolatus, qui & ipfe fal falfus eft ex fale tartari, & fpiritus vitrioli portione emergens, arcanum duplicatum, feu fal quidam ex capite mortuo aquæ fortis ex nitro, & vitriolo paratæ extractus, terra foliata tartari, aliique fimiles, qui quod humores.

res digerant, atque ad evacuationem difponant, digeftivorum nomine veniunt.

Cui fuperbibat æger larga copia jufculum radic. afparagi, apii &c.] Si prædictis falibus copiofa jufcula plantis fimili virtute pollentibus alterata copiofe fuperbibantur, dici vix poteft, quam prompte & biliofarum particularum acrimonia temperetur, tartareæ, vifcidæ, mucofæque congeftiones tenujoribus, ac fluidioribus partibus in arctam nimis, compactamque fanguinis maffam invectis diffolvantur, ac pravæ, vitiofæque fordes per urinæ vias eliminentur. Neque vero alia ineffe debet facultas recenfitis plantis, fi nihil præter falis cujufdam fixioris genus terreis, aut activis principiis plus minus implicitum continent. Notiffimæ funt quinque illæ radices aperientes dictæ, Afparagi, Apii, Fæniculi, Petrofelini, & Rufci, a quibus parum differre videntur Marrub. alb. Rub. tinctorum, Agrimon. Chelidoni., & aliæ quamplurimæ, quæ diureticarum nomine veniunt.

XV. *Quolibet 5. vel 6. die Rhabarbar. &c.*] Non poteft in chronicis morbis totus peccans humor una purgantis pharmaci exhibitione educi; præfertim fi prius rite præparatus non fuerit ejus dilutione fi tenuis, & acer, incifione fi vifcidus, ac difficilis. Quod poftremum præftant præ cæteris fales digeftivi. Hinc eft iftorum ufui purgantis ufum intermifcendum effe, ut fenfim fenfimque præparati humores avocentur, expellanturque. Quæ purgandi ratio in longioribus morbis commodiffima, æque ac tutiffima, cæteris anteponenda eft.

XVI. *Hifce fruftra adhibitis, ad aquam Tetutianam deveniendum.*] Aquam Tetutianam incidendi virtute præditam effe nemo inficiabitur, qui illius falfedinem noverit. Sales enim tum fixos, tum falfos incidendo operari extra omnem dubitationis aleam pofitum eft. Quo loco minus mirandum aquæ Tetutianæ fingularem ineffe facultatem Icteri profligandi, atque illud effe remedii genus, quod fumma omnium clinicorum confenfione, longoque ufu probatum eft. Remedium vetuftiffimum effe liquet ex Cornelio Celfo, qui *libro 3. cap.* 24. in morbo regio ex fententia Afclepiadis folutiones alvi per aquam falfam commendat.

Solvendo in primo cyath. mel. rofat. folut.] Præmitti folet eidem pharmacum, feu, ut ajunt, vehiculum, ut facilius aqua Tetutiana ubertim epota per alvum fecedat. Ubertim, inquam: Secus enim alvum adftringit potius, quam folvat. Nam dum aquæ falfæ in pauca quantitate affumuntur, lacteas venas propter tenuitatem facile fubeuntes cito permeant ad urinas, humiditatefque in inteftinis hærentes fecum trahunt, unde alvus ficcatur, & adftringitur. Cum vero largius, & liberaliter bibuntur, ventriculum, & inteftina non folum fluiditate laxant, fed gravant pondere, & mordacitate irritant, ac propterea priufquam vafa lactea in fatis magna quantitate fubeant, per alvum fibi viam aperiunt. Hæc fere Cl. Profperi Martiani doctrina eft, qui Hippocratis locum de *aere, aq. & loc. verf.* 173. exponens, ubi habet: *At vero mentiuntur homines de aquis falfis propter imperitiam, in eo quod per alvum fecedere, eamque folvere putantur*: oftendit contra Zuvingeri, & Septalii opinionem fenfum Hippocratis non effe, quod falfa alvum fiftant in forma ficca, bene vero in forma humida, *nifi in ea copia affumantur ut ftatim defcendant, nec tandiu in corpore retineantur, quoufque exficcatoriam, & adftrictoriam facultatem exercere valeant.*

XVII. *Si obftructio altas radices egerit &c. gum. ammoniac., therebint. cypr. &c.*] Plures funt refolventium medicamentorum claffes, fuifque agendi modis diftinctæ. Fluidiores partes in humorum maffam arctam nimis, & compactam invehendo refolvunt diluentia; refolvunt deinde falina omnia tum fixa, tum media fpiffos humores acutis fuis particulis incidendo. Atque hæc quidem omnia locum habent, ubi fpiffitudo humorum, infarctufque vifcerum levis fit, & inter ini-

initia. Salubre enim accuratiorum practicorum consilium, ubi resolvendi sunt humores, a mitioribus semper initium sumere. Secus humores plus æquo commoventes infarctus, ac congestiones augebimus potius, aut confirmabimus. Ubi vero spissitudo humorum tanta sit, ut mitioribus tolli non possit, ad validiora confugiendum est. Quorum in censu veniunt ea omnia, quæ acria sunt, & spiritu volatili oleoso abundant, quæ propterea non solum acutis suis particulis spissos humores incidunt, sed etiam in fibras agunt, easque stimulando humorum circuitum augent, eosque hac etiam ratione fluxiliores reddunt. Huc spectant primo antiscorbutica, huc gummata resinosa, ut sagapenum, ammoniacum, succinum, quæque his affinia sunt therebintina, balsam. de Copaib., aliaque id genus. Quibus apparet, quid præstare valeant boli ex gum. ammoniac. cum therebint. (cujus etiam mentionem facit Galenus relatus in hanc rem a præstantissimo Redio, inquiens *quod omnia viscera elegantissime repurgat*) adversus Icterum ab hepatis obstructione oriundum chronicum, & pertinacissimum. Ammoniaci nempe, & therebintinæ virtutem ad viscidirates abstergendas, & resolvendas, simulque crassiores impuritates, quæ a resolutis humoribus deponuntur, per insignes excretionum vias eliminandas, qui non cognoscit, medicinam cognoscit plane nullam.

Sapon. Venet. ras. &c.] Ad validiorum resolventium classem pertinent quoque saponacea. Cum enim duplici principio constent, salino videlicet fixiore, & oleo intime unitis, in arctam nimis, ac compactam humorum texturam facile sese insinuant, facile etiam cum aquosis, salinis, oleosisque eorum partibus commiscentur, inter quas dum fluunt, universæ quoque sanguinis massæ fluorem conciliant. Saponacea porro vel naturalia sunt, vel artificiosa. Naturali sapone constant simplicia quædam amaricantia, ut Absynth. Card. Bened. & similia. Artificiales sapones fiunt ex oleo presso, & alchali fixo, quorum in censu venit Sapo vulgaris ex oleo presso olivarum, & cineribus plantarum, quæ lixiviosæ dicuntur, paratus; a quo differunt famosus ille sapo Starkeyanus dictus, & offa Helmontiana in hoc solum, quod ille ex oleo stillatitio, nempe therebint., & alchali fixo, seu sale fixo tartari paratur, (V. Starkeji Pyrotechn.) hæc vero ex oleo volatiliore, quale est spiritus vini rectificatissimus, & alchali pariter volatili, cujusmodi est spiritus salis armoniaci, simul commixtis, & in coagulum abeuntibus. (*Helmont. tract. de lithias. cap. 3. sect. 1.*) Nos sapone Veneto uti solemus, quo nihil inventu facilius, pro certo habentes parem eidem inesse facultatem saponibus illis tanta chymicorum diligentia, ac labore paratis.

Milleped. &c.] Cum impuritatum, quæ a resolventibus humoribus deponuntur summa sit habenda eliminandarum cura, salubre est practicorum consilium validioribus resolventibus, iis præsertim, quæ diuretica, aut simili virtute mirime pollent, ea quoque addere, quæ cum penetrandis crassis, ac difficilibus sordibus, tum eisdem qua data porta extra corporis confinia educendis sunt opportuna. Hinc liquido constare arbitror, cur boli ex sapone Veneto, & millep. locum habeant in hisce casibus. Cum enim sale volatili nitroso constent, preterquamquod efficacissime penetrant, & saponaceorum operationem juvant, preterea ad urinas potenter ducunt, quæ nunquam non bono, & emolumento esse possunt.

Croc. optim.] Crocus spiritu summe tenui, ac volatili quo constat tot, tamque eximias virtutes sortitus est, ut neque satis explicari dicendo, nec percenseri numerando possint. Cerebro spiritibus excitandis, & in ordinem redigendis, pulmonibus a pituita spissa, lenta, ac difficili eos liberando, cordi ejus motum concitando, & viribus recreandis, ventriculo eum roborando, & difficilem ciborum coctionem restaurando, utero ejus actionem juvando ad menses promovendos,

dos, ad pellendum fœtum, hepati ejus obſtructiones, atque infarctus reſerando, atque icterum ſanando opitulatur. Quo loco minus mirandum Regem Vegetabilium, Panaceam Vegetabilium a nonnullis dictum fuiſſe.

XVIII. *Paratis hac ratione primis, ſecundiſque viis, ad Martialia*] Martialia duo potiſſimum præſtant in humano corpore, parte videlicet craſſiore, & terreſtri abſorbent, & potentiſſime corrigunt aciditatem omnem coagulantem, ſimulque fibrarum tonum corroborando ad aſſueta munia aptas reddunt; ſulphure autem ſuo ſubtili humores agitant, commovent, & fluidiores reddunt. Sulphur in ferro adeſſe experimentis comprobatum eſt. Si enim in tenuiſſimum Scobem redigatur, & in ardentem ellychnii flammam conjiciatur, igneas ſcintillas haud injucundo ſpectaculo exhibet. Primum autem in iſtorum uſu animadvertendum eſt, ut primis, ſecundiſque viis paratis adhibeantur, maxime vero præmiſſis, quæ craſſos, viſcidoſque humores incidendo eoſdem ad fluendum paratiores reddunt. Dici enim vix poteſt quanto melius Martialia, cæteraque hujuſmodi deobſtruentia munere ſuo fungantur, ſi materia movenda mobilis prius facta fuerit. Apte cadit in hunc locum, quod tradidit Mercatus in meth. medend. *Horum* (nempe martialium) *uſui præmittenda eſt humorum præparatio, ne obſtructionibus nondum reſeratis, & humorum copia adhuc præſente graviſſima eveniant mala.*

In corporibus quidem exſuccis, aridiſque tinctura Martis ſuc. pomor. &c.] Cavendum eſt etiam, ne fibras plus æquo adſtringamus Martialibus, & ad aſſueta munia ineptas conſtituamus. Quamobrem ſalubre eſt practicorum conſilium in corporis exſuccis, aridiſque a Martialibus in ſubſtantia, ut ajunt, abſtinere quę viribus ſuis integris operantur. Eliciuntur porro tincturæ ope ſucci cujuſdam blande acidi, quæ fibras laxas blande adſtringunt, ſecretiones, excretioneſque promovent, atque Ictero in prædictis ſubjectis profligando opportuniſſimæ exiſtunt.

Ubi vero æger humidus ſit, & laxioris habitus, limatura Martis &c.] Ad Martialia quod ſpectat in ſubſtantia, ut ajunt, ſolida præter ferri limaturam, quæ non alio modo paratur, quam eamdem ſuper lapide porphyrit. ſubtiliſſime conterendo, lævigandoque audietis ſæpiſſime practicis commendatiſſimas præparationes duas Martis, Croci videlicet aperientis, & adſtringentis titulo inſignitas, quæ ad contrarias indicationes abſolvendas, aperiendi nimirum, & adſtringendi in uſum vocari ſolent. Uterque Crocus ope ignis paratur. Vim tamen adſtringentem conciliari ei putant chymici, qui igne vehementiſſimo tractatur, a quo ubi majorem in modum exagitatæ fuerint ejuſdem partes, ſulphur quod habet, vel omnino exſolvitur, exhalaturque, vel magis figitur remanente calce quadam terreſtri, in qua acidas partes recondi putant. Cum vero acida omnia adſtringendi vi polleant, ſequitur, ut ferrum ſic præparatum eo fine a Medicis præſcribatur. Ferrum autem, quod leviori igne tentatum fuit, & cujus ſulphureæ particulæ vel non avolarunt, vel plus æquo denſæ, coactæque non ſunt, reſerandi facultate donatur, quatenus ſulphure iſto ſuo craſſamenta humorum attenuantur, diſſolvuntur, fluor iiſdem conciliatur, unde per inſignes excretionum vias eliminari commode poſſunt. Melius diceres ferrum leviori igne tractatum laxatas viſcerum fibras blande adſtringendo, ac corroborando ad ſeſe contrahendum validius & fortius aptiores reddere, ideoque ad contentos humores velocius movendos, exagitandos, diſſolvendos.

Eſt alia quædam præparatio, quam ferrum magnam partem ingreditur, tartarique martiati nomine venit. Fit nimirum ex tartaro crudo, & limatura ferri aqua communi tandiu ebullitis, quandiu tartari ſolutio perfecta habeatur. Hæc ſi diligenter filtretur, cryſtallos dat, ex quibus, ſi vi ignis, ut de ſalibus fieri ſolet, quod reliquum eſt liquoris avolet, nobiliſſimum habetur medicamen, atque ad reſerandas obſtructiones efficaciſſimum.

Quid

Quid eſt cur ad alias Martis præparationes dulcedinis, ſeu ſacchari, magiſterii, ſpumæ, nivis, aliiſque ſpecioſis titulis inſignitas, ubi ſimpliciores hę præſto ſint, confugias?

XIX. *Tandem ad aquas acidulas &c.*] Si fluidorum omnium, ſolidarumque partium, ductuum præſertim, ac meatuum, qui ſecretionibus, atque excretionibus dicati ſunt, textura eo redigatur, ut hi ad numerum pateant, illa ubique, & æquabiliter fluant, nemo eſt, qui non videat obſtructiones viſcerum penitus tolli, bilioſas particulas, aut alias craſſiores, viſcidioreſque ſordes ſanguinem inquinantes per inſignes excretionum vias eliminari, & morbos abhinc prodeuntes certo, feliciterque debellari. Jam etiam me tacente facile omnes intelligunt de aquis acidulis ſermonem eſſe, quæ prædictis muneribus obeundis opportuniſſimæ exiſtunt. Acidulæ enim præter ferream venam, quæ aciditatem omnem coagulantem potentiſſime corrigit, & tonum fibris conciliat, nec non præter ſalinas quaſdam minerales partes, quæ viſcidis mucoſiſque quiſquiliis incidendis aptæ ſunt, volatilis etiam cujuſdam, ac ſpirituoſi principii divites ſunt, quod ſeſe in anguſtiſſimos quoſque, ac intimos receſſus, minimoſque poros inſinuans, altiuſque penetrans tubulos eorumdem patentes, ac pervios reddit; quod dici vix poteſt quantum faciat ad ſecretiones humorum excretioneſque reſtaurandas, ac promovendas.

XX. *Extrinſecus, ſi Embroche excipias &c.*] Mirum quot ſint olea aut infuſione, aut maceratione, aut aliis modis parata, quæ extrinſecus admota viſcerum infarctum, atque obſtructionem tollere reputantur. Mirum quot emplaſtra, unguenta, cerata adhiberi ſoleant unctionibus ſuperimponenda, ut citior, ac promptior habeatur eorum operatio. Fateor arridere mihi nunquam ea potuiſſe. Ramoſis enim oleorum partibus ductus omnes, ac meatus ſeri perſpirabilis obſtrui facile in animum induxi, fibras muſculorum abdominis majorem in modum relaxari, hinc aucta humorum maſſa, deficiente externa illa muſculorum actione in ſubjecta viſcera, qua ſanguinis curſus per eorumdem vaſa promovetur, infarctus, atque obſtructiones augeri, aut ſaltem confirmari. Embroche porro illud eſſe remedii genus, quod ſolidarum partium texturam immutando, & calcar veluti hærentibus humoribus addendo, ad viſcerum tumores, atque abhinc prodeuntes obſtructiones reſolvendas opportuniſſimum exiſtit, facile conſtitui.

Stillicidium primis diebus in affectam partem ſit ex lacte vaccino tepido &c.] Quemadmodum interna emollientia plurimum faciunt ad arctam ſanguinis, humorumque compagem diſſolvendam, fluoremque iiſdem conciliandum, priuſquam ad validiora aperientia, ac reſolventia tranſitus fiat, idem plane dictum velim de externorum uſu. Si enim affectæ partis fibræ exſuccæ, aridæque laxentur primum, emollianturve, ita quidem ut tenaciter eiſdem adhærentes humores fluere poſſint, mox vero tendantur, rigidioreſque fiant, & ad validius, & fortius ſeſe contrahendum aptiores, contentos humores impellere uſque adeo perſpicuum eſt, ut fluere libere, ductuſque omnes, ac meatus pervadere valeant. Id potiſſimum efficere Embroche, dum inter initia Lac tepidum ſtillatim, ſeu guttatim in affectam partem funditur, mox vero Kalybeata aqua, manifeſtius quidem eſt, quam ut ullis rationibus poſſit comprobari. Animadverſione dignum eſt in Galeni, Celſi, & Avicennæ libris Martiale remedium præter aquam fabrorum, in qua candens ferrum ſubinde extinctum fuit, extare nullum. Eam porro Veteres Medici ad reſerandas ſplenis obſtructiones mirifice commendarunt. Hæc enim, ut ait Celſus cap. 9. lib. 4. *vel præcipue Lienem coercet, quod animadverſum eſt in his Animalibus, quæ apud hos fabros educata exiguos Lienes habent.*

XXI. *Motus localis, equitatio præſertim inſtituatur*] Quocumque modo exerceatur corpus, majorem in modum alteratur. Exercitatio omnium leviſſima deambula-

bulatio eſt per loca plana, quæ iis potiſſimum apprime convenit, qui otioſam, & curis implicitam vitam agunt, quibus propterea animus recreandus eſt, cruditateſque, atque alvi obſtructiones tollendæ. Præclare inquit Plato in Th.: *Corporum habitus otio, & torpore corrumpitur, exercitiis autem, & motu plurimum conſervatur*. *Seſſio nimia diſponit maxime ad affectum hypochondriacum*. *Optimum remedium eſt ambulatio*; unde illud apud Plautum: *Ambula, hoc lienoſis prodeſt*. Solidæ enim partes, ac viſcera omnia præſertim imi ventris agitantur, concutiunturque, unde ſecretiones, excretioneſque promoveri contingit, fluida attenuari, & æque diffundi. Quæ agitatio, concuſſio viſcerum imi ventris cum maxima ſit in equitatione, hinc eſt illis, quibus craſſis viſcidis, lentiſque humoribus infarcta ſunt viſcera, præ cæteris convenire. Ea enim glandularum obſtructiones reſerari contingit, humoreſque in minutioribus tubulis ſtagnantes diſcuti, ut Cl. Sydenhamus, aliique teſtati ſunt.

XXII. *Ubi res ſit cum ægro calidioris temperamenti, febris adſit &c. ſolo Fumariæ ſucco &c.*] In morbis, ut ajunt, calidis purgandum non eſſe omnes fere accuratiores practici tradiderunt. Id quod ſapienter admodum indicaſſe viſus eſt Hippocrates (*libr. de rat. vict. in morb. acut.*) ubi in eorum cenſu Ictericos recenſuit quos purgare non oportet: *nam periculo*, inquit, *expones, & nihil juvabis*. Quod verum eſt maxime in eo caſu, in quo febris adeſt, calor, ſitis, aliaque ejuſmodi, quæ ſumme tenues, volatiles, ac ſulphureas particulas exaltatas, & in univerſam ſanguinis maſſam diffuſas, ejuſque agitationem, ac furorem inducentes arguunt. Verendum eſt enim, ne addito fibris ſtimulo commotiſque nimium humoribus, bilioſis præſertim, qui ad motum paratiores ſunt, calor, ſitis, febris augeatur, ac morbus exaſperetur. Id quod & de diureticis validioribus dicendum. Cum enim ſalinis, ſulphureiſque particulis arcte commixtis operentur, corpus eorum uſu magis exſiccari contingit, fibroſo generi ſtimulos addi, quibus dein in ſpaſmodicas contractiones adigatur.

Ea porro eximiam præſtabunt operam, quæ cum blandiſſime attenuando, tum ſanguinis motum compeſcendo, fervoremque temperando agunt. Dici enim vix poteſt quantum hac motus blanda retardatione urinarii ſeri a reliquis partibus ſeceſſus, ejuſdemque ad organa ductus, atque emiſſaria ejuſdem ſecretioni dicata juſta applicatio, atque inde conſequens excretio promoveatur. Virtute hac præ cæteris donatur nitrum, atque ea quæ nitroſo, aut huic perſimili ſale fæta ſunt. Cum igitur Fumariam nitroſo, aut nitro perſimili ſale conſtare, experimentis Cl. Boerhaavii compertum ſit, (*op. Chym. T.* 2.) hinc non mirum ſi ejuſdem ſuccus, ut docet Riverius (*obſ.* 73. *cent.* 3.) ad icterum ex calida hepatis intemperie cum pori choledochi obſtructione conjunctum plurimum valet. De eodem ſucco verba faciens Cl. Etmullerus, quem accuratiores practici, ut alibi innuimus, in hac parte ſequuti ſunt: *Viſcera*, inquit, *reſerat, reſerata roborat, ſanguinem a bilioſis, aduſtis, & crudis recrementis purgat &c. & uſus præcipue eſt in Scorbuto, Ictero, Scabie, & ſimilibus*.

Juſculum, aut Serum lactis radicib. fragariæ & graminis alteratum. Ubi Icterus a cauſa, ut ajunt, calida exoriatur, dici vix poteſt quantæ præſtantiæ ſit Serum lactis, & huic affinia medicamenta. Oleoſis enim partibus demulcent, aquoſis diluunt, terreis abſorbent, & ſeri copiam augendo bilioſos, aduſtoſque humores per urinæ vias extra corporis confinia educunt. Quod tum maxime contingit, cum eadem radicibus graminis, fragariæ, aut ſimilibus alterentur, quibus ſalis cujuſdam cum terreſtribus particulis uniti, ac blandi genus ineſt, qui quidem multo, ut ajunt, vehiculo dilutus blande attenuando, & ſimul fervorem ſanguinis temperando diureſim egregie promovere valet.

XXIII. *Hiſce fruſtra adhibitis ad aquam ex albo albi dictam &c.*] Aquam

ex albo albi dictam inter plurima alia remediorum genera tamquam præcipuum sibi arcanum servabat ad hunc morbum admirandum Thomas Cornelius præstantissimus ille vir, quem insigni rei litterariæ damno tristi fato ereptum Medentibus dolet Cl. Tozzi in prax. Eximiam hujusce simplicissimi medicamenti virtutem expertus præ cæteris est Cl. Cyrillus, atque eamdem miris laudibus extollit (in com. ad Etmuller.) inquiens: *Hæc aqua nive perfrigerata ad uncias quatuor mane, & quandoque etiam vespere jejuno stomacho ad multos dies exhibita, etiam desperatum Icterum certo, feliciterque debellat*. Nihil in suis consultationibus probatum magis, commendatumque ad icterum profligandum occurrit, quam hæc aqua nive perfrigerata. Illud enimvero remedii genus est, quod cum in quacumque fere icteri specie, tum in ea maxime, quæ a bile acriori, tenujorique ortum traducit, tanti facio, ut si in summa rerum angustia sperari possit, ab hoc uno sperari jure posse confidam. Nimium enim fervorem, motumque humorum compescendo, blandissime attenuando, atque hac ratione urinis copiose ciendis potissimum operatur. Solent enim urinæ post paucos dies, quæ intense tinctę apparebant, ita clarescere, ut sanitatis jam brevi futuræ certum capi possit argumentum.

XXIV. *Ubi alvus solvenda sit sero lactis tamarindato &c.*] Quamvis purgantia nulla in hoc Ictero locum habere ex superius dictis manifestum sit, non ea tamen omittenda sunt, quæ alvum lubricam servant, ut biliosa inquinamenta in intestinorum cavitatem depluant, & facilius extra corporis confinia educantur. Quid autem Sero lactis tamarindato efficacius, aut pro ægrorum opportunitate valentius? Tamarindi blando suo, suavique acore biliosis, adustisque humoribus evacuandis, & ex massa sanguinea præcipitandis, ejusque nimiæ effervescentiæ compescendæ opportunissimi existunt, ut propterea non desint, qui in seri lactis tamarindati usu tandiu persistant, quandiu urinæ clarescant, quæ sanitatis jam brevi futuræ indicio manifestissimo esse consueverunt.

XXV. *In pertinaci morbo aquæ Nocerianæ, vel similes &c.*] Copia, qua ingeruntur aquæ Nocerianę, vel similes, primum illud commodi sequitur, ut tubuli omnes, ductus, atque emissaria humorum secretioni, atque excretioni dicata majorem in modum relaxentur, atque aperiantur, unde biliosæ particulæ facile segregentur, atque ex massa sanguinea præcipitentur: Dein vero dissociari easdem, ac disiungi, ineptasque reddi ad vellicandum, ac mordendum, unde febris, sitis, aliaque ejusmodi incommoda subsequuntur: Tandem terra, qua fætę sunt calcaria imbibi, & ipsarum pondere adjuvante qua data porta extra corporis confinia educi.

XXVI. *Ab aromaticis, calidisque æger abstineat, aqua radic. fragar. &c.*] Quemadmodum in ictero ab amurcosa bile aromatica, ac calida eximiam operam præstant, ita e contra in eo, qui a bile acriori, tenujorique ortum traducit, exagitando, commovendo, exsolvendoque massam sanguinis febrem, sitim, caloremque intendere valent, ac confirmare. Urinæ copiam, docente Hippocrate (*lib. de morb.*) nunquam non bono, & emolumento esse posse in Ictero fatemur, ideoque cunctis viribus etiam in diætæ regimine curandum, ut ejusdem secretio promoveatur. Id autem facere calidis diureticis, quemadmodum in ictero a bile amurcosa, ab obstructione lenta, ac difficili hepatis dictum est, minus tutum.

Virtute porro diuretica, eaque mitissima, & non admodum calefaciente pollet Fragariæ radix, cujus decoctum pro consueto potu præscribere consuevit Rulandus, & hoc solum sufficere in curatione icteri infantum testatus est Etmullerus.

XXVII. Vid. com. in aph. 8. 9. cap. xi. de calcul. Renum, & Vesicæ.

XXVIII.

XXVIII. Vid. com. in aph. 13. usque 20.

XXIX. *Ubi Icterus ab inflammatione hepatis exoriatur, venæ sectio &c.*] Utrum in Ictero conveniat sanguinis missio controversum est inter Medicos. Vulgo invaluit sanguinem esse frænum bilis, ideoque verendum esse, ne si detrahatur sanguis, sulphureæ, aliæque subtiliores particulæ sanguinis justa copia non coercitæ facile exaltentur, ac morbus augeatur, aut confirmetur. Qui hæc sibi in animum inducunt, in quanta obscuritate versentur dici vix potest; cum infiniti fere sint casus, in quibus venæ sectio utiliter in ictero administrari potest. Ecquis medicum redarguat, si in ictero, quæcumque demum fuerit illius causa, cum plenitudine sanguinis insigni, aut orgasmo viscerum inflammationes minitante venæ sectionem instituat? Nonne per phlebotomiam ictus partium sanguinis rariores, & debiliores fieri contingit, minus allidi inter se biliosas particulas; (corpora enim minus densa minorem patiuntur partium allisionem) quo fit, ut tota sanguinis massa refrigeretur, orgasmus ille, qui viscerum inflammationes minitatur, sedetur? Ubi vero substantiæ hepatis, aut membranarum ejusdem adsit inflammatio, quis Medicum accuset, si eidem venæ sectione occurrat?

XXX. *Ubi a vehementi ira nascatur, quies animo imperanda*] Cum a vehementi ira perciti spiritus animales hac illac cæco impetu irruentes vehementes, & non ordinatas contractiones in organa bilis secretioni, ac derivationi dicata inducant, nemo est, qui non videat eo nervos industriæ omnes intendendos esse, ut placida tranquillitas spiritibus concilietur, atque abhinc prodeuntes spasmi sedentur. Quod nulla meliori ratione præstari posse manifestum est, quam quietem animo imperando. Huc spectat, quod præcipit Horatius *lib.* 1. *epis. ad Lol.*

Ira furor brevis est, animum rege, qui nisi paret
Imperat, hunc frænis, hunc tu compesce catena.

Curandum est etiam, ut motiones ab objecto injurioso in nerveas cerebri fibras inductæ aliarum rerum recordatione deleantur. Huc spectat Epicuri remedium, cujus mentionem facit Marcus Tullius *Tuscul. disput. Avocatio scilicet a cogitanda molestia, & revocatio ad contemplandas voluptates*

Mox emulsiones sem. quat. frigid. melon. &c.] Nihil ad inordinatum spirituum motum compescendum, & abhinc prodeuntes spasmos sedandos efficacius narcoticis. Verum si quid sentio cautissime in horum usu procedendum traderem, ac diligenter tenendum accuratiorum practicorum consilium, qui hisce posthabitis ad anodyna confugiunt, atque ea, quæ demulcendis, laxandisque solidis partibus, atque nimio humorum fervori compescendo sunt opportuna. In horum censu veniunt emulsiones semin. quat. frigid. & papaveris in aquis nitroso sale fætis, ac refrigerantibus cum ipso nitro, quorum etiam pulcherrima laus est urinas ciere, atque biliosas sordes, recrementaque extra corporis confinia educere.

XXXI. *Icterus febribus tertianis, quartanisque &c. chin. chin. &c. Sal. absynt. &c.*] Varias, atque inter se discrepantes Auctorum sententias circa vim, qua cortex peruvianus febres intermittentes extinguit, supra attigimus (Vid. com. in aphor. 4.) Quid quod neutra illarum ad veritatem propius accedat, quam illa illorum, qui ab occulta, & specifica proprietate eamdem commenti sunt?

A calore certe, & siccitate non pendet, neque ex eo quod invertat, & obtundat acidum, ob alchalicam ejusdem virtutem, neque ex eo quod miasma malignum, ac deleterium spiritibus animalibus infestum enecet, neque ex eo tandem quod bilem vi sua adstrictoria figat, & sistat: siquidem dantur quamplurima æque calida, & sicca, immo calidiora, & ficciora, quamplurima virtute alchalica manifestius fæta, eaque validiora, quamplurima alexipharmaca, ac

T 2 de-

demum quæ adſtringendi vi inſigni donantur, quæ tamen non ſolum febres intermittentes extinguere neſciunt, ſed pleraque illorum eaſdem augere, aut confirmare valent. Placet ſummopere illorum opinio, qui, ut ſupra innuimus, exiſtimarunt a cortice peruviano extingui febres, quod particulis amaris, leviter aromaticis, auſteriſque, quibus fætus eſt, viſcidi, lentique humores inciduntur (juxta allatum Freindii experimentum) ſolidæque partes, ſeu viſcera imi ventris leniter adſtringuntur, ſeu mavis roborantur, firmanturque. Verum enimvero quid eſt, quod commodiſſime ſucceſſerit Freindio, tinctura corticis peruviani ſanguini, ejuſque ſero admixta fluiditatem in utroque excitatam deprehendere, quod aliis evenire nunquam potuit, qui propterea experimento eumdem deceptum eſſe cum Franciſco Torti affirmare non dubitarunt? Quid eſt deinceps, quod amara leviter aromatica, & auſtera reperiantur quamplurima, quæ id nequeunt præſtare, vel adeo infirma eſt eorum operatio, vix ut ulla ratione cum corticis peruviani virtute comparari queant? Si quid in re ardua, ac perdifficili ſentio, quidni liceat aſſerere vim corticis peruviani febrifugam pendere potiſſimum a certa magnitudine, figura, contextu, & proportione elementorum ejus eſſentiam, & ſubſtantiam conſtituentium, a quibus variæ, ac diverſæ qualitates, quæ ejus tantum propriæ ſunt, & per quas ab omnibus aliis differt rebus, proficiſcuntur? Quoniam vero, ut alibi oſtendimus, (Vid. lib. 1. cap. 5. com. in aphor. 3.) primæ compoſitiones, ſicut ipſarum figura, ac magnitudo, & figura, & magnitudo primorum componentium, ſeu inſenſibilium corpuſculorum, ac molecularum efficta magis eſt a philoſophis, quam demonſtrata, propterea ad veritatem proxime acceſſiſſe illos perſpicuum eſt, qui cum Sebaſtiano Bado vim corticis febrifugam a ſpecifica, & occulta ejus proprietate, & ſubſtantia pendere ſunt arbitrati. Quibus ſic conſtitutis licet colligere prudentiſſime ſe gerere Medentes illos, qui nullius corporis admixtione quinquinnam prebere ſolent. Cum enim tota ejus virtus pendeat potiſſimum ab ejus ſubſtantia, aliorum corporum admixtione eamdem plurimum infirmari manifeſtiſſima res eſt, quemadmodum viri præſtantiſſimi Badus, Mortonus, Torti, Sydenhamus, aliique teſtati ſunt. Quoniam vero ſæpe ſæpius contingit viſcera imi ventris pravis, & incongruis ſordibus eſſe referta, atque interdum obſtructa (quod familiare plerunque eſt iis, qui diuturnis febribus tertianis, quartaniſque premuntur) propterea ſalubre practicorum conſilium ea tunc cum chin. chin. miſcere, quæ iiſdem corrigendis, educendiſque extra corporis confinia ſunt opportuna. Ejuſmodi ſunt ſal. abſynt., ſal. armoniac. arcan. duplicatum, aliique lixivioſi, vel medii ſales, quorum perbella laus eſt prædictas ſordes leniter incidere, abſtergere, atque per inſignes urinæ vias earumdem excretionem promovere. Hiſce autem omnibus præſtat rhabarbarum, cujus purgantem, eamque mitiſſimam, ſimulque diureticam virtutem, ac ſingularem plane amicitiam cum cortice peruviano qui non cognoſcit, medicinam cognoſcit plane nullam. Quamvis igitur infirmari plurimum videatur chinæ chin. operatio ob aliorum corporum admixtionem, ob alias tamen rationes & digeſtivi ſales, & rhabarbarum ſic apte cum eadem miſcentur, ut Medicina, quæ ex hac unione reſultat, nihil ad febres tertianas, quartanaſque nimis longas, & diuturnas, atque abhinc prodeuntes graviſſimas affectiones debellandas efficacius reperire datum mihi ſit, aut pro ægrorum opportunitate valentius.

CA-

CAPUT XI.

De Renum ac Vesicæ calculis .

I. NUspiam alibi majores , frequentioresque , quam in vesica fellea , renibusque observantur calculi .

II. Nimirum tartareæ , terrestresque urinæ particulæ laxata Renum compage facile in iisdem subsistunt , vel urinæ crasi soluta nimium facile a reliquis secedunt , hinc arenulæ primum , aliæ deinceps , atque aliæ adhærentes particulæ calculum formant. Si Arenulæ , vel calculus in vesicam per ureteres illabatur , apposita eidem in dies singulos sabulosa materie, in calculum insignis magnitudinis degenerat .

III. Idem plane contingit , si extraneum quodcumque corpus etiam in hominibus saniffimis illabatur.

IV. Causæ antecedentes , & externæ sunt prægressus mictus cruentus a Renibus , alimentorum crassorum , vini præsertim acidi, & aquarum, quæ copioso tartaro fœtæ sunt , cerevisiæ immodicus usus , vita sedentaria , intempestivus acriorum diureticorum usus, ortus a parentibus calculis, aut podagræ obnoxiis .

V. Signa calculi in Renibus subsistentis sunt lumborum dolor in uno , aut altero , vel in utroque latere obtusus , gravans in acutum , tendentem , lancinantem degenerans , testiculi retractio , cruris stupor e regione lateris affecti , nausea , vomitus , tormina intestinorum colicam æmulantia , urina , dolore ægrum dire exercente , tenuis , aquosa , subcruenta , quandoque ejusdem suppressio , remittente autem multa, turbida, arenam, & sabulum deponens , tutissimum vero omnium arenularum ad levem quamcumque digitorum pressionem non facile friabilium , vel lapillorum excretio.

VI. Dum in vesicam delapsus est calculus, pondus in perinæo , tenesmum frequentem , dolorem , pruritum in penis glande molestiorem in fine mictionis procreat , ejusdem erectionem continuam , & tensionem , continuum ad mingendum stimulum , atque inter mingendum subitaneam urinæ suppressionem , aut stillicidium. Urina copioso muco , & arena saturata apparet, a motu per acclivia, atque a curru , ab equitatione omnia symptomata exacerbantur , & mictio cruenta supervenit , a decubitu horizontali , vel sublatis in altum pedibus eadem remittunt . Certissimum omnium est exploratio digito , aut cathetere manu periti Chirurgi instituenda. Quamquam non raro hæc eadem imponat .

VII. In calculi renalis curatione urgente dolore , aliisque gravissimis symptomatibus Clysteres emollientes bis , terque in die injciendi , fotus calidi pariter emollientes lumbis applicandi , si metus sit inflammationis, venæ sectio in pede instituenda.

VIII.

VIII. Interim ol. Amygd. dul. s. i. r. e. ad ℥ iv. vel v. cum ſuc. limon. ad ℥ i. s. propinandum, nec non decoctiones malvarum, parietariæ cum mucilagin. ſemin. malv. alth. pſyl. ter, & ultra in die exhibendæ.

IX. Hiſce fruſtra adhibitis ad ſemicupium, aut balneum emolliens per horæ dimidium circiter deveniendum.

X. Ad nimium dolorem ſedandum contentus ſum ſola emulſione ex ſem. pepon. ℥ i. .s. papaver. alb. ʒ ii. in aq. malvar. violar. ℥ x. cum nitr. puriſ. ℈ i. ſyrup. violar. ℥ i.

XI. Remittente dolore ſola decoctione Malvar. Violar. Parietar. radic. Alth. cum lapid. percar. ʒ .s. bis quotidie exhibenda, calculi expulſio procuranda eſt.

XII. Hiſce fruſtra adhibitis totum opus naturæ committendum traderem.

XIII. Lithontripticis nulla habenda fides.

XIV. Aquæ acidulæ, niſi calculi majores fuerint, quam ut per ureteres tranſire queant, cæteris palmam præripiunt.

XV. Ulcera renum, quæ poſt calculum ſuperſunt, aſſiduo uſu decoct. theiform. herb. Veronic. Heder. terreſtr. fl. Hipper. rad. Pareyr. brav. cum therebint. julepiz. ℥ i. pertractanda. Therebint. aq. Malvar. lot. ad ʒ i. ſubſtitui poteſt, ſuperbibendo eamdem decoctionem.

XVI. Hiſce ſuccedant opportuno tempore aquæ acidulæ cum ſyrupo therebint. pro vehiculo.

XVII. Tandem ad uſum lactis primum aſinini, mox vaccini aq. plantag. cocti deveniendum. In lacte diſſolvantur Trochiſcor. Gordon. ʒ ii.

XVIII. Cæterum alvus continuo aperta ſervanda. Pillulis maſtichin. tartar. Bontii, rhabarbaro uti expedit.

XIX. Oleoſa, & pinguia, c. m. ſunt butyrum recens mane jejuno ſtomacho aſſumptum cum ſaccharo, ſemina frigida majora emulſionis forma, amygdalæ, aqua calida quotidie ante cibum aſſumpta mira præſtant.

XX. Calculo in veſica exiſtente urgentioribus ſymptomatibus eſt occurrendum.

XXI. Iſchuriæ conſulimus ægrum elevatis in altum pedibus collocando, eumque concutiendo. Catheter ſolum in ſumma rerum anguſtia manu periti Chirurgi in urethram inijciendus.

XXII. Ex Semin. lin. contuſ. fænu græc. a. ℥ iii. radic. alth. lilior. albor. a ℥ i. .s. in aq. malvar. q. s. f. s. a. mucilago. Adde ol. Scorpion. Matth. lilior. albor. a ℥ i. & veſicæ regioni applicetur.

XXIII. Ardorem urinæ, doloremque, vel remoto calculo lenit emulſio ſeq. ℞ Gum. Arabic. ℥ .s. coq. in aq. hord. vel malvar. & flor. violar. lib. 1. uſque ad ſolutionem. Adde tum ſemin. cucurbit. mund. melon. a ℥ i. papaver. alb. ʒ ii. julep. viol. ℥ i. m. f. s. a. emulſio pro duabus vicibus.

XXIV. Hiſce fruſtra adhibitis laudanum hocce urinarium adhibeatur. ℞ Suc. liquerit. in aq. alkekeng. ſolut. ℥ i. s. camphor. ʒ i. Croc. optim. ℈ iv. Alkekeng. therebint. venet. in aq. petroſelini ſolut. gum. traga-

canth.

canth. Maſtic. a ℥ ꞵs. laudan. opiat. ℥ ii. M. f. s. a maſſa, & detur ad ℈ i. circiter.

CAPUT XI.

De Renum , ac Veſicæ calculis.

I. N*Uſpiam alibi majores , frequentioreſque , quam in veſica fellea &c.*] Nulla fere pars eſt humani corporis , in qua calculi non generentur. In ductibus pituitariis , in cerebro , pulmone, veſiculis ſeminalibus , utero, ventriculo , inteſtinis , articulis tum manuum , tum pedum inventos fuiſſe paſſim tradunt Scriptores. In ipſo corde , vaſis arterioſis , & venoſis inſignes reperti ſunt. In corde quidem vidit J. Hollerius. Ex corde Urbani VIII. Pontificis Maximi extractum calculum pyramidalem tradit Bartholinus *cent.* 2. *obſ.* 45. Alterum plane admirabilem genitum in altera valvularum in ſiniſtro cordis thalamo pulmonari venæ adſtantium memorat Laurentius Bellinus. Ad valvulas ſemilunares C. Cheſeldenus , in vena portæ , & in venis in anum ſpectantibus R. Columbus (V. epiſt. an. in 49. & *66.*) Quamquam vero id erroris interveniſſe non ſine cauſa ſuſpicatus eſt præſtantiſſimus Morgagnius (V. Pet. Ant. Michelloti epiſt. C. A. B. p. 418.) In interiori arteriarum tunica ſe perſpexiſſe refert citatus Bellinus. Nuſpiam tamen alibi majores , frequentioreſque , quam in veſica fellea , ac renibus inveniri omnes fere uno ore conſentiunt.

II. *Nimirum tartareæ, terreſtreſque urinæ particulæ , laxata Renum compage &c.*] De calculorum eorundem generatione lis orta. Mitto illorum opinionem , qui calculorum generationem calori pituitoſos , craſſoſque humores induranti tribuerunt ; hanc enim ex Galeno a vetuſtioribus Medicis excogitatam (V. Hipp. 4. de morb. & lib. de nat. hum.) exploſerunt melioris notæ Medici, præ cæteris Fernelius , & Sennertus , aliique ſpiritui cuidam lapidifico ejuſmodi vim atribuentes. Quamquam neſcio, quanti hæc eadem facienda ſit, cum nondum adhuc innoteſcat, unde ſpiritui huic ſuo tanta vis adveniat , ut ſuccos, humoreſque noſtri corporis in lapideam naturam commutare valeat. Quæ narrantur ex Aventino (*lib.* 7. *Annal. Bavaric. &c.*) ex Ortelio (*in deſcriptione Ruſſiæ*) de ſpiritu quodam e terræ viſceribus exhalante homines, bruta, aliaque in lapides , & ſaxa convertente , atque ex Camerario de aura meridionali certis anni temporibus flante in locis montanis Provinciæ Chilenſis in Armenia , cujus afflatu integræ equitum turmæ in ſtatuas lapideas converſæ ſunt , dicuntur quidem ſubtilius , ſed quærendum reſtat, unde fiat, ut in renibus tantum ſeparetur ſpiritus hic lapidificus , & urinoſum ſerum , non totam Renum ſubſtantiam in lapideam naturam valeat commutare. Celebris fuit illorum opinio , qui contrariorum ſalium, acidi videlicet viſcoſi , vel natura , vel diæta , vel ſtomachi vitio prognati , & alchali ex ipſa urina ſoluti commixtionem, qui coagulantur, in medium adduxerunt. Rem enim experimentis confirmarunt , præ cæteris vero illo Helmontii , qui primus ſpiritum vini cum ſpiritu urinæ commixtum in offam quamdam albam concreſcere deprehendit. Elegans ſane , & phyſicorum conſideratione dignum phænomenon. Perperam tamen bona pace collegiſſe videntur, calculos in Renibus generari a ſpiritu urinæ, qui ſeparatur, dum urina putredinem , & fermentationem inchoat. Adducere enim debuiſſent alium quemdam ſpiritum , urinoſum ſcilicet , aut huic perſimilem. Huic difficultati ſatisfeciſſe viſi iidem ſunt omnes vini potatores in medium afferentes , qui ad calculum præ cæteris proclives ſunt maxime. Sed ſi animadvertiſſent a fæce quadam, quæ re-

remanet a nitri ſeparatione, quæ concreſcibilis amplius non eſt, additione alchali fixi concreſcere, & in durum quoddam corpus converti, credo equidem fore, ut non ad alchali volatile, uti fecerunt, ſed ad alchali fixum, quod cum tartareis urinæ partibus concreſceret, confugiſſent. Sed infinitæ pæne ſunt coagulationes, quæ diverſitatem inducunt, quas brevitatis gratia prætermittimus. Adde nonnullos ad credendum vehementer adductos fuiſſe coagulationem illam nil afferre præter ſalem armoniacum, non vero calculum humanum longiſſime diverſum ab illo ſale. Huc etiam accedit, quod ſi calculus formaretur a coagulatione inducta a peregrino acido, & pluſquam ſaturante urinoſum volatile, major obtineri deberet a calculo humano portio acidi fixi, vel coagulantis, quam ab urina ipſa, cum eamdem reperiri chymico experimento manifeſtum ſit, ut Pitcarnius (*elem. phyſ. mathem. lib.* 2. *cap.* 24.) demonſtravit. Quare manifeſtum eſt nihil hactenus a Scriptoribus eſſe pronuntiatum de calculorum generatione, quod certum ſit, atque exploratum. Quid quod conſideratis elementis, quæ urinam componunt, calculorum generatio clare innoteſcat? Inter Modernos de urinis perbelle ſcripſit L. Bellinus. Urinam tamen per examen tantum avolantis fluidi, ſeu aquoſi principii, & illius quod reſtat, ſeu ſolidæ, & melli ſimillimæ materiæ conſideravit, per chemiam non conſideravit, quod apprime neceſſarium eſt ad propoſitæ rei ſtatum melius intelligendum: id quod Cl. Boyleus, Williſius, atque Helmontius ipſe egregie præſtiterunt. Accurata enim inveſtigatione in materia hac ſolida ſales diverſi generis, particulas pingues, & ſulphureas, mucoſas item, & terreſtres, limoſaſque deprehenderunt. Salinæ hæ particulæ quandoque coeunt, & in cryſtallos majores coaleſcunt; atque in urinis vario modo coagulatis ſe produnt. Urinæ in ſalem lixivioſum coagulatæ mentio fit in Act. N. C. *Dec.* 1. *an.* 2. *p.* 162., 141.; cryſtalliſatæ *Dec.* 1. *an.* 6. & 7. *p.* 91. Terreſtres vero, ac limoſæ produnt ſe maxime, dum urina aliquandiu immota in vaſe ſervatur; paulatim enim ad latera, ac fundum ejuſdem tartarum deponit, ac ſubtiliorem quamdam arenam, eoque facilius, & copioſius, quo magis ſunt urinæ ipſæ ad putreſcendum diſpoſitæ, ac quo aſperior fuerit ſuperficies vaſis, præſertim ſi prius illi ſimilis tartarea materies adhæſerit. Quid quod arenoſæ, ac ſabuloſæ urinæ exempla non deſunt? Arenoſam perhibent M. N. C. *Dec.* 1. *an.* 2. *p.* 35.; Sabuloſam vero *Dec.* 2. *an.* 10. *p.* 35. Ex his liquido conſtare arbitror, quomodo calculoſæ concretiones in renibus frequentiſſime generentur. Nemo ignorat vaſa ſanguinem ad renales glandulas deferentia in minimos, & rurſus minimos ramos eſſe diviſa, unde retardari majorem in modum ſanguinis curſum neceſſum eſt. Quod ſi naturalis renalium glandularum tonus deficiat, aut plurimum ſaltem langueſcat, ſeri urinarii in iiſdem ſecreti motum ita langueſcere debere, ut tartareæ, terreſtreſque particulæ cum aliis probe commixtæ ſervari non poſſint, manifeſta res eſt. Quod ubi contigerit, hærere facile coguntur, unde arenularum generatio. Quod plane in immoto vaſe contingit. Quod ſi ſerum idem urinarium in ſua craſi nimium ſolutum ſit, ejus partium mutuam commixtionem tolli contingit, tartareas, terreſtreſque particulas utpote graviſſimas ſeparari, ad latera deponi, hinc arenulas procreari. Quod in urinis ad putreſcendum diſpoſitis evenire manifeſta res eſt. Tartarearum particularum collectione facta in renibus alias, atque alias ex urina ad eaſdem appellentes continenter adhærere ei, & in lapidis naturam converti poſſe, ſic ut lapis aliarum, novarumque acceſſione increſcat, manifeſtius quidem eſt, quam ut ullis rationibus poſſit comprobari.

Si arenulæ, vel calculus in veſicam per ureteres illabatur, appoſita eidem &c.] Cardanus in ſe ipſo, aliique plures obſervarunt arenulas perpetuo, & neceſſario calculorum generationem ſequi. Si tamen cito per ureteres in veſicam illabantur,

tur, vel partes easdem constituentes ea lævitate superficierum non donentur, ut mutuo sibi cohærere possint, & solidum, durum, minimisque particulis nullum fere spatium inter se relinquentibus integratum corpus efficere, vel plures arenulæ formabuntur, vel terrestres, ac tartareæ particulæ, quæ continuo in Renes admittuntur una cum sero urinario, & arenulis arenæ, & sabuli specie in vesicam descendent, ac per urethram facile extra corporis confinia educentur. Arenulæ porro, vel calculi per ureteres in vesicam illabentes, nisi prompte e vesica excernantur, illud tandem fieri, ut pluribus quasi crustis superinductis in calculos insignis magnitudinis degenerent, ex dictis adeo manifestum est, ut curiosiore explicatione nullatenus indigere putem.

III. *Idem plane contingit, si extraneum quodcumque corpus &c.*] Puella quædam vaginæ orificium dira libidine accensa acu Kalybea ex altero ipsius extremo capitata, quinque circiter transversos digitos longa scalpebat, cum inter veneream voluptatem, nescio quo fato, in vesicam illapsa est. Atrocissimus vesicæ dolor supervenit, quem ad spasmum hystericum, ad inflammationem alii referebant. Tegebat adhuc verecundia morbi causam, cum acus extremitate valde acuta vesicæ membranas perforans extra Abdomen propendere cæpit. Orta vehemens inflammatio, qua brevi puella in Nosocomio S. Francisci Patavii interempta. Secto cadavere in vesica insignis magnitudinis calculus ex tartarea materie capitatæ parti adhærente haud injucundo spectaculo inventus est. Lapideas istiusmodi concretiones ob extranei corporis in vesicam illapsum vidi plures a præstantissimo Morgagnio collectas, qui easdem variis curiosis inspiciendas exhibet. Admirabilis plane est quædam in viro oborta ob acum chalybeam, rigidam, ac minime flexilem in vesicam illapsam. De qua virum sapientissimum ingenue pro more fatentem audivi, quod animo dubius extitisset, nisi suis ipsis oculis eamdem vidisset. Qui enim acus non parva, non flexilis per canalem, cujus progressus non rectus, sed singulari modo flexus (hunc perbelle adeo descripsit in suis adversariis, ut nullus supra) duodecim, & ultra pollices longum, in vesicam intrudi potuerit, arduum, atque insolens explicatu cuinam minime videatur?

IV. *Causæ antecedentes, & externæ sunt prægressus mictus cruentus.*] Quemadmodum contingit, ut quo asperior est vasis superficies, in quo urina immota servatur, eo facilius crusta lapidea intus obducatur, ita Renum corrosionibus, mictui sanguineo calculi frequentissime superveniunt. Tartareæ enim, limosæque seri urinarii particulæ in ulcuscula, & parvos eorumdem abscessus facile colliguntur, ac ibidem subsistunt, hisce autem aliæ, atque aliæ ex urina ad easdem continenter appellentes in veram lapidis naturam convertuntur, ut præ cæteris luculenter ostendit Cl. Hoffmannus: (*De acuto dolore, & spasmo ex calculo renali Cap. 6. sect. 10.*)

Alimentorum crassorum, vini præsertim acidi, & aquarum, quæ &c.) Quodcumque vinum quamtumvis lene, ac molle sit, tartareas continet particulas, licet in pauca quantitate respectu habito ad vinum acidum. Hoc enim ipso, quod plurimo tartaro fætum sit, acidum est, atque acerbum. Ob insignem aciditatem vinum rhenanum cæteris præstat. Plurimum autem tartari præ cæteris continere experimentis Cl. Boerhaavii (op. chy. p. 1. pr. 50.) compertum est. Huc spectant vina, quæ in sabulosis, & gypseis nascuntur locis, quorum propterea abusu fit, ut massa sanguinea tartareis, terrestribusque partibus ita oneretur, ut in renum cavitate, accedente solidarum partium vitio, facile subsistant, unde concretiones, atque hinc calculi subsequantur. Ab immoderata vinorum, quæ multum acidi continent potione & arthritidem, & renalem calculum, præsertim accedente quadam hæreditaria dispositione, vidisse testatus est Fr. Hoffman-

nus M. S. T. 2. *de alimentis intemperatis*, *ingentique acidorum noxa*. Concludit propterea non alia de causa Helvetios, & Batavos vesicali calculo maxime obnoxios esse, quam ex crebro lacticiniorum, & acidorum usu. Plurimo tartaro fætæ communiter reputantur aquæ multæ, quæ e terræ visceribus plurimum arenæ, ac gypsi continentibus scaturiunt, unde maxima pars incolarum, qui iisdem utuntur, calculis premi solet, ut de Ciconibus apud Ovidium videre est his versibus;

Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit
Viscera, quod totis inducit marmora rebus.

Cerevisiæ immodicus usus.] Populis præsertim Septentrionalibus familiaris est usus Cerevisiæ, liquor scilicet ex seminibus Cerealibus certa quadam ratione fermentatis paratus, qui nisi rite defæcatus fuerit, dici vix potest, quantum sanguini crasso, viscido, ac lento terrestres, limosasque particulas in eumdem invehendo tribuat, unde qui eadem immodice utantur calculis obnoxii fiunt. Si Cerevisiæ ex crassis, limosisque aquis paratæ sint, in eosdem labi morbos contingit homines, etiamsi modice hauriant. Salubritas enim Cerevisiarum, ut præclare ostendit Cl. Frider. Hoffmannus (*Opusc. phys. Med. de elem. aq. Miner. &c. sect.* 33.) maximam partem ab aquarum bonitate pendet: unde accidit, ut Vogtlandia, nec non Bohemia optimas, & saluberrimas Cerevisias alant. In plerisque vero Angliæ locis turbidas, & insalubres esse Cerevisias propter crassas, limosasque aquas testatur Claramontius in tract. *de aer. aq. & loc. Angliæ*. Hinc est eos populos plerisque morbis scorbuto, calculisque viscerum premi.

Vita sedentaria.] Quemadmodum nihil fere ad tuendam valetudinem, atque ad quamplurimos morbos certo, feliciterque debellandos conferre magis, quam moderatam corporis exercitationem compertum est, ita nihil magis ad sanitatem infirmandam, atque gravissimos morbos producendos facere, quam otiosam, & sedentariam vitam censendum est. Id quod dudum professus est Celsus perhibens: *Ignavia corpus hebescere, labore firmari, illa maturam senectam, hoc longam adolescentiam fieri.* A vita otiosa, & sedentaria frequentissime exoriuntur calculi. Solidarum enim partium tonum imminui contingit, crassos, viscidosque humores sulphureis, ac volatilioribus particulis minime attenuatis, exsolutisque generari. Fit propterea, ut in Renum tubulis terrestres particulæ facile subsistant, atque hinc calculi producantur.

Intempestivus acriorum diureticorum usus.] Intempestivum diureticorum acriorum usum renum calculis tribuere Cl. virorum, præ cæteris Fantini observationibus compertum est. Tres nempe, quatuorque hydropicos vidisse se affirmat, qui cum diuretica ad hydropem curandum adhibuissent, nephriticis doloribus, & calculis, quos nunquam ante senserant, vexari cæpti sunt. (V. Com. A. B. an. 1731. p. 169.) Ego quoque novi puellam hydrope laborantem, quæ usu Asellorum ad urinas ciendas in acerbissimum dolorem nephriticum incidit. A remedio statim abstinere salubre visum fuit. Neque inglorius consilii eventus, quippe parvus lapillus, nephritico remittente dolore, e vesica excretus est, eoque perfectissime convaluit. Mirum dictu diureticis rursus ad hydropem curandum adhibitis in nephritidem denuo incidisse. Quidni liceat conjectare diuretica præsertim acriora, quæque valde subtiles, ac penetrantes continent particulas, tartareas, limosasque partes ad renes copiose adducere, seri urinarii crasim solvere, unde tartareæ partes, ac terrestres a reliquarum nexu secedentes hæreant, & arenulas, calculosque forment?

Ortus a parentibus calculis, aut podagræ obnoxiis.] Arthritidem, podagram, & cal-

calculos affines eſſe morbos, quique in ſe mutuo vertuntur, certis, ac conſtantibus obſervationibus compertum eſt. Unde Solenander ſect. 1. conſ. 20. apte inquit: *Qui uno laborat ex iis, alterum vix effugere poteſt, & pauci arthritide affecti ſunt, qui non in renibus calculum ingenerant*. Hanc eamdem methaſtaſim frequentem eſſe teſtatur Stifferus *tract. de podagra*. Cauſa nempe videtur eadem, locus vero affectus differentiam facit. Tartareæ enim, terreſtreſque partes cum ad articulos deponuntur podagram, cum ad renum canaliculos calculos procreant. Deponuntur vero ad has partes facilius, quod minimus eiſdem motus ineſt. Et licet in veſica fellea, cerebro minima ſit vis motus, quoniam tamen plures ſunt canaliculi renum, quam radices felleæ veſicæ, ad cerebrum vero partes viſcoſæ, quæ terreſtribus, tartareiſque leviores ſunt, deferuntur, has in canaliculis renalibus ſæpius deponi contingit; calculoſque ibidem efformare, ut præ cæteris oſtendit Cl. Pitcarnius (*element. phyſ. mathem. lib. 2. cap. 24.*)

Qui a parentibus podagræ, aut calculis obnoxiis naſcuntur plerunque eiſdem morbis vexari ſolent, quod cum fluidæ, tum ſolidæ partes ita ſunt conſtitutæ, ut illæ tartareis, terreſtribuſque partibus ſcateant, hæ atonia peccent, quo fit, ut in Renum canaliculis, aut articulis illæ eædem hærentes calculis, & podagræ occaſionem præbeant.

V. *Signa calculi in Renibus ſubſiſtentis ſunt lumborum dolor in uno &c.*] Nemo ignorat renes utrimque in lumbis ſitos eſſe, in quovis latere unum. Eoſdem obtuſo ſenſu donari manifeſta res eſt. Hinc ſi in ſiniſtro cavo reperiatur calculus, ſiniſtrum, ſi in dextero, dexterum, ſi utrimque, utrumque latus occupare dolorem neceſſum eſt, obtuſum plus minus, prout calculi ejuſdem figura, ac diverſa ſuperficies dabit. Aſperi enim, acutique dolorem magis acutum faciunt, quam ſphærici, qui potius gravativum.

In acutum, tendentem, lancinantem degenerans.] Calculi ſæpe ex interiori Renum ſubſtantia in pelvim deſcendunt, cavitatem ſcilicet renum membranaceam exquiſitiſſimo ſenſu præditam, tunc vero dolor, qui prius ſenſum ponderis gravantis afferebat, in acutum mutatur, eo magis ſi ureterum cavitatem intrent, quæ cum ubique æqualis non ſit, evenit ut in anguſtiori eorumdem ſitu calculi ſubſiſtant, nerveaſque fibras vehementer dilanient, pungant, unde dolor qui nephriticus dicitur excitetur. Quamquam vero minus eidem convenit talis denominatio: cum Νεφρίτις græco nomine proprie Renum inflammationem ſignificet. Sic tamen uſus invaluit, ut dolor acutiſſimus, qui calculis ureteribus impactis ſupervenit, nephriticus appelletur.

Teſticuli retractio, cruris ſtupor e regione lateris affecti.] Præſente dolore nerveæ ureterum fibræ ſic convelluntur, ut vaſa ſpermatica, & partes vicinas contrahant. Irritatus Cremaſter Muſculus, & vaſa ſpermatica teſticulum ſibi annexum ſic ſurſum retrahunt, ut inguini infixus videatur. Muſculi lumbares, quos ψόας græci nominant, renibus ſubſtrati ad coxam deferuntur motui ejuſdem inſervientes: hinc ſi calculus renibus infixus nervum illum comprimat, qui in dictos muſculos inferitur, ſtupor cruris e directo renis affecti ſuperveniat neceſſe eſt.

Nauſea, vomitus, tormina &c.] In tanta motus perturbatione fieri minus poteſt, quin per Renum membranam a peritonæo mutuatam, & per nervum ſextæ conjugationis, cujus duo rami a ſtomacho in tunicam renum interiorem traſmittuntur, ventriculi, & inteſtinorum motus periſtalticus invertatur, & nauſea, vomitus ſuperveniat, & tormina colicam æmulantia. Quo modo a colica differant vid. *aph. 7. cap. 5.*

Urina, dolore ægrum dire exercente, tenuis, aquoſa, ſubcruenta &c.] Præ ſpaſ-

mo sic anguſtantur tubulorum renalium diametri, ut ſeroſæ tantum, & tenujori urinæ parti exitus concedatur, tartareæ, terreſtres, craſſioreſque non admittantur in pelvim, & ureteres, indeque in veſicam. En cur urina tenuis, & aquoſa habeatur. Si calculi aſperitate tenuja vaſa ſanguifera renum ſubſtantiam perreptantia exedantur, lacerenturque, urina ſubcruenta apparet.

Quandoque ejuſdem ſuppreſſio.] Si utrique renum infixus ſit calculus, & canaliculos omnes, a quibus urina ſecernitur, aut derivatur, obſtruat, comprimatque, cum deferri in veſicam per alias vias præter ureteres nequeat, Stranguria renalis oritur tandiu durans, quandiu calculus immotus relinquatur, & ſero urinario viam, atque aditum præcludat. Quo apparet in quanta obſcuritate verſentur illi, qui magnam urinæ partem a primis viis per ductus breviores ad veſicam deferri exiſtimant. Ut enim notat præſtantiſſimus Morgagnius, Renibus calculo, vel ſimili alia cauſa obſtructis nulla urina, vel ſaltem pauciſſima redditur, quæ tamen, ſi eæ adeſſent, fluere per eas deberet.

Remittente autem, multa, turbida arenam, & ſabulum deponens, tutiſſimum vero omnium arenularum &c.] Quotieſcumque calculus renes aut ureteres obſtruens, aut comprimens remotus fuerit, liberam ſero urinario, & tartareis, arenoſiſque particulis viam, atque aditum ſterni contingit, hinc urina turbida, & urinoſum habens ſedimentum apparet. Multum autem intereſt arenulas, quæ ejiciuntur paullo diligentius examinare. Statuunt enim nonnulli hiſce apparentibus certo certius argumentum ſumi poſſe calculorum Renes obſidentium. *Hippocratis* obſervatio eſt (*ſect.* 4. *aph.* 79.) *Quibus in urinis arenoſa ſubſident, iis veſica calculo laborat.* Veſicæ nomine aut veſicam, aut renes ſignificare voluiſſe tradunt omnes fere interpretes ejuſdem accuratiores. Quod tamen ſic accipias velim, ut non quocumque modo arenoſa, atque arenulæ ipſæ in urinis appareant, calculi indicio eſſe eaſdem putes, ſed illas tantum, quæ lapidis fere naturam nactæ fuerint, aut in verum lapillum mutatæ, ita ut ſi digitis premantur, non facile comminui queant. Niſi enim has conditiones habuerint, in fraudem facile induci poſſunt Medentes certum de calculis ferentes judicium, cum hypochondriacæ, aut ſcorbuticæ affectionis potius effecta ſint. Cum enim in hypochondriacis, & ſcorbuticis depravata ſit chyloſis, ſales alimentis inhærentes a ſtomachi membranis, ſuccorumque illuc confluentium obtundi, atteri, comminuique non poſſunt. Reliquum eſt igitur, ut integri in ſanguinem introducantur, in Renibus ſeparentur, atque ſub ſpecie ſabuli, & arenularum, ut plurimum in urinis ſe prodant tormina nephriticis æmula, & ſtranguriam fere continuam excitantes.

VI. *Dum in veſicam delapſus eſt calculus, pondus in perinæo, teneſmum &c.*] Nemo ignorat veſicam in cavitate Hypogaſtrii, quæ pelvis dicitur, ſitam eſſe; inferiorem ejus partem, quæ anguſtior eſt, & cervix in viris cum recto inteſtino, in fæminis cum vagina uteri arctiſſime connecti, in utriſque vero in urethram terminari manifeſta res eſt. Hinc liquido conſtare arbitror cur calculus in veſica pluribus ſuperinductis quaſi cruſtis grandior factus pondus in perinæo, ac teneſmum, ſeu frequentem deijciendi cupiditatem inferat, ac dolorem, & pruritum in penis glande propter conſenſionem veſicæ cum recto inteſtino, & urethra, qui moleſtior in fine mictionis evadit, propterea quod ſphincteris veſicæ fibræ ſeſe contrahentes calculum ejuſdem cervici appoſitum amplectuntur, unde validius irritantur, ac compunguntur. Hinc etiam eſt penis erectionem continuam, tenſionem, continuum mingendi ſtimulum adeſſe. Inter mingendum autem, cum ad veſicæ orificium una cum urina delatus calculus illud obſtruat, urina ſupprimitur, vel ſaltem libera ejuſdem excretio præpeditur, & guttatim effluit.

Uri-

Urina copioso muco, & arena saturata apparet.] Interior vesicæ tunica muco a propriis glandulis exsudante obducta est. A calculo in vesica existente non solum mucus abraditur, sed & calculus ipse saltem in superficie continuo motu comminuitur, hinc urina muco, & sabulo saturata apparet. Talis urina, ut saniores Medici testantur cum ipso Hippocrate (4. *de morb.* & *lib. de aer. aq.* & *loc.* & 4. *aphor.* 79.) inter tutiora, & minus fallacia signa jure merito recensetur.

A motu per acclivia, atque a curru, ab equitatione omnia symptomata exacerbantur &c.] Dum æger per acclivia ascendit, vel curru, & equo vehitur, calculus qui vel urinæ forte innatabat, vel vesicæ lateribus adhærebat, ad fundum pellitur, atque adjuvante Musculorum Abdominalium vi ejusdem orificio infigitur, nerveas fibras vehementer irritat, mordet, hinc symptomata graviora fieri, ac majorem in modum intendi contingit, capillarium vero vasorum tunicis, quæ per easdem partes mire disseminantur corrosis, exesisque, mictum cruentum subsequi. Quotiescumque vero supino corpore decumbit æger, vel sublatis in altum pedibus calculus, qui cervici vesicæ appositus initium canalis urethræ obturabat, ad fundum, vel latera proprio adjuvante pondere accedens, stimulo nerveis fibris, & molestiæ amplius non est, hinc symptomatum omnium remissio.

Certissimum omnium est exploratio digito, aut cathetere.] Silentio prætereundum non est Fernelii monitum, nonnunquam summæ vesicæ adhærescentem calculum, & quasi ex ista propendentem vix ullum sui indicium præbere, & visos esse, qui nullo dolore illum gestaverint, atque horum signorum plurima observari in ulceribus fædis, & sordidis vesicæ, & gonorrhæis virulentis. Aliquando etiam contingit multa pituitæ crassæ congerie calculi imaginem referri, uti adnotante ab Heers Spad c. 9. celebri cuidam Lithotomo evenit, qui calculo se premi ratus, secandam sibi vesicam curavit, nihilque præter tenacis pituitæ massam invenit. Quapropter celeberrimi practici, quos inter Jo. Bapt. Sylvaticus (*controver.* 32.) Cardanus *in Hippocr. sect.* 4. *aph.* 79.) infida hæc omnia, & æquivoca esse jure merito judicarunt. Quibus quemadmodum explicandæ sint Lithotomorum fere omnium observationes, calculos in vesica liberos semper, parietibus ejusdem nunquam adhærentes, neque membrana unquam involutos, prout a quibusdam falso perhibetur, inventos fuisse, ut præ cæteris ostendit Douglas in *libr. Chefelden*, viderint alii. Illorum certe opinionem confirmare videtur alia observatio, cujus mentio fit in *hist. de l' Acad. des Scien. Vol.* 6. *p.* 29. & *Memoir. p.* 34. calculum quandoque inter descendendum a Renibus inter tunicas ipsius vesicæ in transitu hærere, ibidemque hospitari, & in molem grandiorem accrescere, capsaque inter ipsas tunicas formata, tandem aliquando ulcus deploratissimum ibidem creare. Dubium porro tolli omne statuunt plerique de calculo vesicæ, si digito in anum indito, vel cathetere deprehendatur. Signum omnium maxime indubitatum vocat Greenfiendus, omnium certissimum Baglivus, reliqua fallere etiam peritissimos. Quos tamen redarguere videtur Cl. Hildani, aliorumque observatio, in vesica duros tumores, excrescentias carnosas, scyrrhosas, vel fungosas nonnunquam inveniri calculi symptoma ad amussim mentientes. Quod si verum est, luce clarius apparet decipi posse Lithotomos in ejusmodi exploratione instituenda, nec certi aliquid posse affirmari.

VII. *In calculi renalis curatione urgente dolore &c. Clysteres emollientes &c.*] Cum calculo in renibus hærente, motu, quem facit descendendo per ureteres irritentur, crispenturque majorem in modum nerveæ fibræ, quibus cum ureteres ipsi, tum alia viscera, ac partes cum his mire consentientes contextæ sunt, unde

de vehementes, & non ordinatæ contractiones, dolores infignes, ac fpafmi, aliaque graviffima fymptomata excitantur, nemo eft qui non videat, ea quæ convulfivas, ac dolorificas contractiones laxando, ac demulcendo operantur maximi effe emolumenti, atque falutis. Huc fpectant primum Clyfteres emollientes. Mirum quam apte convulfæ, atque crifpatæ cum totius inteftinorum canalis fibræ, tum propter mirabilem communicationem, eæ, quæ ad urinam fecernendam, ac derivandam funt comparatæ, relaxentur, mulceanturque Clyfterum emollientium ufu, atque ea ratione afficiantur, qua opus eft ad placidam exoptandam tranquillitatem. Huc fpectant fotus calidi emollientes, quorum ufu convulfas partes relaxari manifeftius quidem eft, quam ut ullis rationibus poffit comprobari. Quo remedii genere ufum fuiffe Hippocratem liquet ex *l.* 5. *de intern. affect.* ubi habet: *Multa aqua calida lavato, & tepefactoria, qua parte maxime dolet adhibeto.*

Si metus fit inflammationis, venæ fectio in pede inftituenda.] In convulfivis, atque dolorificis vifcerum contractionibus nil facilius contingit, quam ut intercipiatur fanguinis motus, unde inflammatio. Hinc falubre accuratiorum practicorum confilium Riverii (*cent.* 2. *obf.* 15.) Grunlingii (*in praxi tr. de calcul.*) præeunte exemplo venæ fectionem inftituere, qua eadem præcaveatur. Dum enim fanguis educitur, fpirituum etiam copia, quorum proxima materia fanguis eft, imminuitur, hinc ad fedem ftimuli minori vi, atque impetu irruere contingit, atque laxitatem dolenti, atque convulfæ parti conciliari. Huc accedit imminuta fanguinis copia, majus eidem ad fluendum fpatium relinqui, atque confequenter difficilius hærere, fubfiftere, atque inflammationem excitare.

Quamvis autem venæ fectio quocumque tandem in loco celebretur, fanguinis copiam imminuendo nunquam non bono, & emolumento effe poffit, in pede tamen inftitutam melius cedere facit potiffimum ea ratio, quod fanguis, qui ex trunco arteriæ Aortæ defcendentis per vifcera imi ventris defertur, & valvularum orificia fubiens in Cavam ad Cor rediturus tranfmittitur, breviori, faciliorique via educitur, orta in ipfis plenitudo immediate tollitur, unde majus fanguini fluenti relinqui fpatium contingit, ac inflammationem facilius præcaveri. Hinc recte Hippocrates *lib. de nat. hum. f.* 20. *Oportet*, inquit, *venæ fectionem in doloribus dorfi, & coxendicum in poplitibus, & malleolis efficere.* Quod Severinus confirmat de effic. medicam. *c.* 26. tradens in dolore nephritico præcavendo, aliifque imi ventris morbis venam pedis fecari quam feliciffime.

VIII. *Interim ol. Amygd. dul. s. i. &c. cum fuc. limon. &c. decoct. malvar. &c.*] Inter interna emollientia eminent femina amygd. dulc. femina pfyl. malv. alth., ex quibus vel olea exprimuntur, vel mucilagines parantur, nec non folia malvar. parietar. & fimilia, quæ decocta teftante Boerhaavio fpeciem emulfionis conftituunt ad convulfivas, atque dolorificas contractiones relaxandas, ac mulcendas efficaciffima. Oleo Amygdalar. dulc. uti folemus additione fuc. citr. vel limon., ut fluidiori faltem olei parti vehiculo fit in fanguinem, & partes urinæ fecretioni dicatas. Acida enim figendo fanguinis partes, & ejus texturam quafi conftringendo efficiunt, ut ferofa pars ab aliis fecedat, ac facilius per Renes elabatur.

IX. *Hifce fruftra adhibitis ad femicupium, aut balneum emolliens &c.*] Emolliendi, relaxandique virtute maxime præftat balneum. Remedii genus, quo ftranguriam vehementiffimam, propter quam æger in mortis difcrimine prope certiffimo verfari videbatur, feliciffime fublatam, parvofque lapillos excretos vidiffe bona fide teftor, cum alia prope innumera minus commode refponderint. Quæ methodus antiquiffima eft, mirifque laudibus a veteribus Medicis celebrata. *Omnium optimum*, inquit Trallianus (lib. 9. c. 4.) *eft balneum, ut quod non folum*

lum mitiget, sed & curare possit: nam colicos frequenter solummodo lenit, nephriticos vero utraque ratione juvat &c. Quod non sine admiratione accipi solet ab iis, qui tot diureticorum differentias, quas nosse oportet in tanta morborum, causarumque varietate, ut apta cuique opponantur, perspectas non habent.

X. *Ad nimium dolorem sedandum contentus sum sola emulsione ex semin. pepon. &c. cum nitr. &c.*] Præter emollientia cum externa, tum interna doloris vehementiam lenire student nonnulli per opiata medicamenta. Sed pessimo consilio. Licet enim convulsivas contractiones componi, dolorem sopiri contingat, ac corpus recreari, paullo tamen post omnia symptomata recrudescere, atque collapsis viribus ægrum dirius exercere compertum est. Quare satius videtur a levioribus exordiri, quæque demulcendo potius, ac spirituum motum compescendo blande, & debitam laxitatem dolenti parti conciliando operantur. Quas facultates inesse emulsionibus ex semin. pepon. papaver. &c. adeo manifestum est, ut nihil magis. Si de nitro sermo sit, præterquamquod ad spasmos solvendos, dolorumque sævitiem mitigandam plurimum facit, accedit præterea novas tartareas concretiones in renibus impedire.

Cujusce rei locupletissimos testes habemus, unum instar omnium Penotum *de medicam. chym.* qui adeo proficuum censet nitri usum in quocumque homine, qui calculis, ac dysuriæ obnoxius fuerit, ut si singulis quatuordecim diebus sumatur, nunquam in Renibus, aut alibi nasci arenam posse polliceatur. Nephriticum quemdam diuturno nitri usu a calculo perfectissime curatum fuisse se a Prævotio audivisse testatur Timæus *in consult.* 3. Grunlingius quoque in observat. de calculo: *Satis*, inquit, *notum est omnibus, sal prunellæ egregium esse auxilium pro præservatione, & curatione nephritidis*. Quod si tali virtute donatur sal prunellæ, qui nihil est aliud, quam nitrum, cujus subtilior pars sulphuris vulgaris admixtione deflagravit, quid sperandum a nitro purissimo integris suis viribus operante?

XI. *Remittente dolore sola decoctione malvarum &c. cum lapid. percar. &c.*] Tot tamque varia sunt diuretica, quæ laxatis renum, & ureterum viis ad calculum expellendum commendantur, ut in delectu eorumdem hærere quasi in limine cogamur. Millium Solis, seu Lithospermum, Ononis, Pimpinella, Sassiphragia, Virga aurea, Veronica, Hedera terrestris, Hypericon, & his affinia resinosa corpora, & gummata Therebinthina, succinum, ejus sal volatilis, Millepedes, Lumbrici terrestres, Fimum columbinum, aliaque id genus. Quibus tamen, si quid sentio, vix ac ne vix quidem corpora eorum, qui calculis premuntur exagitanda traderem. Hæc enim abstergendo, & urinas crassas limosas, ac turbidas educendo calculum mucagine sua denudatum relinquunt, qui propterea atrocioribus doloribus inferendis opportunissimus existit. Quid quod calculum Renibus, aut ureteribus impactum in angustiorem eorumdem cavitatem ita impellere valent, ut multo difficilius, nec citra inflammationis periculum educi queat? Quo loco fateor me justis laudibus æquare non valere, quæ tradidit in hanc rem Cl. Grunlingius de calculo quo loco: *Comprobatum est*, inquit, *frustra adhiberi, & omnino inaniter fatigari patientem usu medicamentorum diureticorum, præsertim calidiorum, quorum usu præpostero plures ad Cælum transmittt untur.*

Ex quibus liquido constare arbitror sola relaxantia, atque emollientia medicamenta esse continuo in usum vocanda; hisce vero ea addenda, quæ calculi expulsionem blandissime promovere valent. Quænam autem ejuscemodi? Ex repetito usu decoctionis emollientis cum lapide percarum insignem sabuli copiam per urinas, parvosque lapillos excretos non semel deprehendi. Quo sane ad credendum vehementer adductus sum nullum efficacius, aut pro ægrorum opportunita-

te

te valentius inveniri remedium ad calculum expellendum. Quam facile ad hujusmodi conjecturas proni sunt Medici! Cum hujusce medicamenti operandi rationem sedulo inquirerem, non aliunde repetendam esse facile constitui, quam a sale quodam partim nitroso, partim salso, quo abundat lapis percar. ad incidendum blandissime, atque urinas ciendas opportunissimo. Eadem ratione fortasse agere censendum est conchas omnes ostrearum, perlarum, & quæ ad has referuntur, uti lapides oculi cancrorum communiter dicti, testæ ovorum, coralla, & hujusmodi, quæ passim solent usurpari.

Nisi forte velis vim suam exserere textura alchalina, qua acidum primarum viarum, quod concretionis calculosæ fundamentum est, absorbent, & imbibunt, quod deinde degenerat in sal neutrum amaricans tubulos, & poros renales insigniter abstergendi virtute præditum, ut Hoffmannus in Poter. cap. 48. luculenter ostendit.

XII. *Hisce frustra adhibitis totum opus naturæ committendum.*] Nuspiam alibi frequentius, quam in *transactionibus philos. n.* 223. calculi a renibus extractionem per sectionem ope manus Chirurgi videre est.

Alteram similis operationis historiam affert D. Freind. *Hist. Med. Vol.* 2. *p.* 185. Sed si D. Rutii audimus, partes quæ secandæ sunt sedulo considerans, atque ad trutinam, ut ajunt, revocans fieri quidem forte fortuna posse testatur, ut hæc operatio felici cum successu instituatur, rationibus tamen suffultam esse nullis affirmat. Quare nisi mitioribus medicamentis minime expellantur calculi, satius duxerim ab omni penitus remedio abstinere, cum præsertim observatum sit sola quiete calculum tandem prosilisse, quam importuna remediorum farragine ægris molestiam inferre, aut experimenta per mortes agere.

XIII. *Lithontripticis nulla habenda fides.*] Specifica non desunt calculis renum, ac vesicæ laborantibus exhibenda, quibus eosdem frangi, comminui passim tradunt Scriptores. Lithontriptica audiunt ejuscemodi medicamenta omni ævo plurimum a Medicis decantata. Infinitus pæne sim, si singula velim persequi. Inter Lithontriptica maxime illustria, seduloque labore, ac studio comparata eminet illud Basilii Valentini ex acerrimo Achali, quod habetur ex sarmentis vitis putatæ Mensis Martii initio aperto igne combustis; illud quod ex lotii destillatione paravit, mirisque laudibus extulit in tractatu suo *de lithiasi* Helmontius, quodque accurate descripsit Boerhaavius (*oper. Chym. par.* 2. *proc.* 121.) illud adeo famosum, adeo pretiosum Cl. Sylvii, nempe nitri spiritus dulcificatus, ut idem Boerhaavius (*oper. chem. par.* 3. *proc.* 135.) ostendit; nec non elixir Daffæanum, salia volatilia tartari Cor. Cer., Cran. human. Viper., lap. Hystric., Bezoartica omnia, Saponacea. Vel id agant quod habent vim dissolvendi, sive quia eorum volatiles particulæ, dum aliis in Animalium fluidis junguntur, vim eamdem acquirant adhuc controversum est. Rem autem experimentis confirmant. Affusis enim Lithontripticis hisce medicamentis calculis, ac lapideis concretionibus, paulatim easdem immutari, in mollem quamdam materiem tandem dissolvi haud injucundo spectaculo deprehendunt. Si quid in re ardua, ac perdifficili decerno, integram fidem non mereri facile crediderim, qui afferunt, ea quæ exterius tales effectus exhibent, interius eosdem præstare. Manifestissima res est de vini spiritu. Exterius enim calculum frangit. Ecquis vero ignorat interius assumptum eumdem intactum relinquere? Quid quod acria multa sanguinem extra vasa solvunt, intra cogunt? Talia sunt acria fortia, & fortissima, deleteria mineralia, illa præsertim, quæ solidis partibus adhærentia convellunt, comburuntque, unde circularem sanguinis motum, quo fluidus sanguis servatur, sisti contingit, eumdemque concrescere. Sunt e contra nonnulla, quæ sanguinem intra vasa solvunt, extra cogunt. Ab acribus

bus vegetabilibus, & aromaticis ſanguinem intra vaſa diſſolvi, morbi a viſcido, lentoque oriundi, quibus egregie medentur, ſatis oſtendunt. Et tamen ſanguinem extra vaſa coagulari expertus eſt Cl. Pitcarnius (in elem. phyſ. mathemat.) Acre nimirum, quod extracto ſanguini infunditur nullam ante mutationem ſubit; Contra vero, quod per os ingeritur in ventriculum, antequam in ſanguinem ingrediatur, & eidem miſceatur, quam alterationem non ſubeat? Multo majorem ſubire debere perſpicuum eſt corpus aliquod, quod frangendi calculum cauſa propinatur. Cum enim præſtare id alia ratione nequeat, quam vim diſſolvendi ſanguini primum, deinde urinoſo ſero, quod in renibus ſeparatur communicando, aut volatiles quibus ſcatet particulas ſanguini, & urinæ volatilibus particulis jungendo, unde eamdem vim acquirant, vim hancce infringi debere a motu circulari ſanguinis, a diverſo ſalium, & ſulphurum genere fluidas partes conſtituentium, a ſecretionibus, quæ continuo in noſtro corpore peraguntur, adeo manifeſta res eſt, ut manifeſtior ſit nulla. Quo apparet certam conjecturam capi non poſſe frangant ne calculos renibus, aut ureteribus impactos, an nihil præſtent corpora, quæ eiſdem extra corpus affuſa diſſolvunt. Effectus certe, a quibus multo certior conjectura capi poteſt, nullatenus frangere, ut a pleriſque traditum eſt, abunde demonſtrant. Quibus liquido conſtare arbitror nullam ſpecificis Lithontripticis hactenus veram fidem habendam eſſe, eademque nihili facienda.

Hiſce addeſis Acemellam herbam, & radicem Pareyræ bravæ, & lignum nephriticum dictum. Acemella herba deſcripta extat *in actis Lipſienſibus an.* 1701., 1702. De eadem, ut liquido conſtat *ex com. A. B. p.* 169. loquuti ſunt Cæſalpinus, & Tournefortius. Ad calculos autem terendos, comminuendoſque valere plurimum reputatur. Quæ facultas poſtea obſervationibus, atque experimentis a Cl. Fantino diligenter inſtitutis plurimum infirmata eſt, nullam ei concedente præter illam, qua concretiones, coagmentationeſque poſſint prohiberi. Radicem Pareyræ bravæ haud ita diu ex Braſilia in Europam tranſmiſſam plurimum valere ad calculos terendos, comminuendoſque videre eſt in *hiſt. de l' Acad. Roy. de ſcien. Vol.* 14. *p.* 75. De ejuſdem pariter virtute ſermo eſt habitus in tranſ. Phil. n. 365. Verum, ſi quid ſentio, de hiſce, & ſimilibus Lithontripticis medicamentis illud affirmari jure poſſe crediderim, quod de ligno quodam in nova Hiſpania naſcente, & accurate deſcripto a Cl. Tournefortio *Mat. Med.* ob mirabiles, quos edere creditur effectus in nephriticis affectionibus, ſpecioſo nephritici titulo inſignito curioſis ſatisfaciens pronuntiavit Cl. Geoffroii (*Mat. Med. p.* 2. *Vegetabil. exotic.*) quo loco: *Nonnullos*, inquit, *vidi quos curationis ſpes fruſtrata eſt. Altius igitur inquirendum, quos illud lignum ſublevare valeat, quos vero nequeat ſanare. Verum de vi Lithontriptica valde dubito.*

XIV. *Aquæ acidulæ, niſi calculi majores fuerint &c.*] Si calculus ejus fuerit magnitudinis, ut valeat facilem ſibi viam ad inferiora munire, nullum æque efficax remedium ſuppetit, ac thermopotatio, ut Cl. Sydenhamus præ cæteris oſtendit *tract. de mictu cruento a calculo Renibus impacto*. Si vero major fuerit, quam ut per ureterum ductus in veſicam ire poſſit, certo certius eſt magno cum ægri periculo tunc potum acidularum præſcribi; nam excitato plurimum paroxyſmo eo res deveniet, ut non antea is remittatur, quam vel lapis in pelvim redeat, vel maximum inde vitæ diſcrimen æger patiatur. (V. Jo. Gratianus *Diſſert. de acid. font. Recobar.*) Quid quod efficiunt Acidulæ, ne novi gignantur calculi? Parte nimirum ſpirituoſa mucilagineas ſordes primis viis, hiſque proximis viſceribus inhærentes diſſolvi contingit, atque abſtergi, Martis vero vena acerbos, atque acidos ſapores, ac ſylveſtres, tartareoſque ſales corrigi, & laxatam Renum compagem firmari, unde potiſſima nephriticæ affectionis funda-

menta ab imo convelli neceſſum eſt. Quanti interſit renales glandulas, & tubulorum, ac meatuum, qui in eis ſunt fibras corroborare, & confirmare norunt ii omnes, qui adſtringentia in calculo tam curando, quam præſervando cæteris præferunt. Quo de argumento legi meretur eruditiſſima Diſſert. Cl. Heucheri (*de adſtringentium uſu in calculo*, cujus meminit Cl. Hoffmannus M. S. T. 1. *ſect.* 2. *cap.* 9. *de excretione urinæ*.

XV. *Ulcera Renum &c. aſſiduo uſu decoct. theiform. herb. Veronic. &c.*] Vel inflammatio, quæ calculo Renibus impacto ſupervenit in abſceſſum vertatur, vel fibræ eorumdem ſubſtantiam conſtituentes aſpera calculi ſuperficie atterantur, exedanturque, ſolutionem continui fieri perſpicuum eſt, atque ulcera generari, unde lenta tabes ſubſequitur, quemadmodum obſervationibus Bartholini *cent.* 3. *hiſt.* 35., & Miſcel. N. C. D. 1. *an.* 2. *obſ.* 81. & 2. *an.* 2. *obſ.* 13. Verzaſchæ *cent.* 1. *obſ.* 2. Fernelii *de partium morb. & ſympt. lib.* 6. *cap.* 12. Riolani *lib.* 2. *cap.* 29. Tulpii *lib.* 3. *obſ. cap.* 6., aliorumque compertum eſt. Ea igitur, ſi tale quid contigerit, indicari videntur, quorum uſu ſolutæ, atque exulceratæ partes a ſordibus expurgari, abſtergi, mundificari, aut alia quavis ratione affici queant, qua opus, ut ad cicatricem perducantur. Virtus hæc maxime elucet in quibuſdam, quæ ob ſulphureas, quas continent cum ſalinis arcte commixtas, eaſque leniſſimas, ac blandiſſimas particulas, diureticam, & balſamicam quoque facultatem ſortita ſunt. Horum in cenſu veniunt plantæ multæ Veron. Heder. terreſtr. & hujuſmodi.

Pareyr. bravæ cum therebint. julepiz. &c.] Hiſce addeſis radicem Pareyræ bravæ, quam licet ad calculos terendos comminuendoſque minus aptam exiſtere ſupra traditum eſt, ad ulcera tamen Renum, ac Veſicæ tam præſtare, quam quod aliud maxime poteſt, conſtat ex obſervatione M. Geoffroii, cujus meminit J. Allen. par. prima ar. 724. qui cum eamdem ægris, quorum urinæ tanto pure refertæ erant, ut mejendi impedimento eſſent, exhibuiſſet, urinas ſtatim libere reddi pure propemodum immunes ſe deprehendiſſe teſtatus eſt. Quid ſi therebint. ſyrupus addatur? Hæc enimvero reſina balſamica ſale ſuo acri leniter irritando renales glandulas urinæ ſecretionem egregie promovet, tenacemque materiem, ac ſordes in urinariis tubulis Renum hærentes, quæ calculis materiem præbent convenientiſſimam abſtergit, atque diſſolvit: præterea oleo, quo fæta eſt viſcidulo, & lento ſubſtantiam Renum, & Veſicæ eroſam, atque exulceratam conglutinat, ejuſque compagem laxatam jam rurſus unit, & firmat, unde in ulceribus Renum, ac Veſicæ nullum eadem præſtantius, aut pro ægrorum opportunitate valentius medicamen. Vel, ſi præſens ſit calculus, commodiſſime adhiberi poſſe therebintinam nulla ejus præparatione facta Cl. Hildanus non ſemel expertus eſt. Quid quod licet frequenter adhibeatur, pulcherrima ejuſdem laus ſit nocere non poſſe? quemadmodum de cæteris diureticis dictum eſt. Phænomeni rationem reddere conatur Georg. Horſtius (*decad.* 8. *qu.* 1. *de calculo Renum, & Veſicæ*) inquiens caliditatem therebinthinæ temperatam membris coctioni dicatis amicam eſſe. Magis autem arridere ſibi (cui autem non arrideat?) teſtatur Frid. Hoffmannus (*Opuſ. Med. diſ.* 9. *de ther. ſect.* 18.) rationem Riverii, (*Tom.* 1. *prax. l.* 8. cap. 1.) quia ſcilicet alvum ſimul laxat, & per eam craſſiores educit humores, qui a cæteris potiſſimum diureticis ad renes adducuntur.

XVI. *Hiſce ſuccedant opportuno tempore aquæ acidulæ &c.*] Tandiu in illorum uſu perſiſtendum eſt, quandiu thermalibus aquis locus detur, quibus ulcera Renum, ac Veſicæ egregie mundificari, & conſolidari pro certo habendum. Corroſos enim Renum, & Ureterum parietes vi contentorum abſtergunt, atque exſiccant, & fibris qua fieri poteſt tonum reſtituendo plagas probe jam dilu-

tas

tas figunt, comprimunt, atque ocyus obliterant.

XVII. *Tandem ad usum lactis &c.*] Quoniam vero non raro evenit urinofum ferum, aliofque fuccos Renes verfus propulfos vaforum fanguineorum ofcula referando, fibrafque folutas jam magis corrumpendo, immania ibidem ulcera excitare, fovere continuo, & perfectam fanationem prohibere, falubre eft practicorum confilium, iifdem probe jam dilutis, oleofas, læves, ac politas particulas in fanguinem invehere, quibus fanguis, humorefque omnes contemperentur, folidæ partes obliniantur, unde corrofarum fibrarum elongationi, quod opus folius naturæ eft, atque ulceris confolidationi locus detur. Quid autem prædictis muneribus obeundis uno lacte præftantius?

In lacte diffolvantur Trochifcor. Gordon. &c.] Trochifci Gordonii ad Renum, & Veficæ ulcera mundificanda, dolorem fedandum, urinæ ardorem mitigandum, & fimul conglutinandum Hollerio, Dureto, Forefto, Riverio, Etmullero, aliifque adeo probantur, commendanturque, ut nihil fupra. Horum defcriptio extat apud Sennertum. Componunt autem eofdem radices multæ, & femina mucilaginofa, atque oleofa, & ex iis extractæ mucilagines, gummata quædam glutinofa, terræ abforbentes, & pulveres plantarum leniter adftringentium, quorum mixtione illud refultat remedii genus, quod ad recenfita Renum, ac Veficæ vitia efficaciffimum eft, fi quod aliud.

XVIII. *Cæterum alvus continuo aperta fervanda. Pillulis Maftich. &c.*] Intereffe plurimum calculo laborantibus alvum apertam fervare facit potiffimum ea ratio, quod lapidefcentem materiem a Renibus ad alvum derivari contingit, nihil vero, aut parum a primis viis in fanguinem calculofæ concretioni anfam daturum tranfmitti.

Hæc nimirum communis lenium purgantium operandi ratio, inter quæ eminent pillullæ maftichin. tartar. Bont., quæ ante cænam frequenter affumptæ alvum fine ullo incommodo, & in quocumque fubjecto blandiffime folvunt, & fimul tartareas, ac mucilagineas fordes incidunt, atque abftergunt adhibitæ folerter (*a*). Præftantius adhuc, & efficacius ad prohibendos calculos Rhabarbarum eft. Cum enim vifcidis, lentifque humoribus attenuandis, blandeque educendis fulphurea, ac refinofa fui parte valet, tum vifceribus aliqua atonia laborantibus, hepati fpeciatim, & renibus ea parte, quæ roborandi, adftringendique vim habet, egregie opitulatur. Quod non fine admiratione accipi folet ab iis, qui diftinctionem illam purgantium in cholagoga, phlemagoga &c. juxta Veterum fententiam omnino reijciendam contendunt. Cum tamen experientia doceamur certos humores peculiaribus pharmacis facilius, commodiufque educi, & certos etiam effectus melius per certa quædam purgantia edi, quam per alia, ut de Rhabarbaro dictum eft, quod hepatis, & renum vitiis fpeciatim mederi obfervatur, quid eft tandem cur omnino rejiciatur?

XIX. *Oleofa, & pinguia c. m. funt butyrum recens &c.*] Experimentis chymicis edocemur, cryftallizationes pinguibus, & oleofis admixtis corporibus prohiberi. Spiculorum enim falinorum unionem ad concretionem lapideam neceffariam impediunt. Hinc mirari minus fubit femina, quæ blando, mitique oleo donantur, ut funt femina quatuor frigida majora, Nuces avellanæ, Amygdalæ, butyrum, & oleofa omnia plurimum facere ad calculos prohibendos. Crato fe nucum avellanarum ufu ante paftum non paucos nephriticis doloribus obnoxios liberatos effe teftatur, quod Amati Lufitani aliorumque obfervationibus poftea confirmatum legimus. Olea olivarum, butyrum recens calculofis prodeffe Tulpii obfervatione compertum eft. Quod confirmat Riverius inquiens: *Butyrum recens*

X 2

(*a*) *De recto iftarum pillularum ufu vid. com. in aph.* 5. *cap.* 7. *com. in aph.* 15. *cap.* 8.

cens cum facchari cant. p. æ. mixtum quotidie mane fumptum jejuno ftomacho vias urinæ lenit, & abftergit, & calculorum generationem impedit.

Aqua calida &c.] Aqua calida ante cibum fumpta mane, & vefpere cum ad Renales tubulos facillime permeet, non folum eofdem majorem in modum abluere, fordefque ibi hærentes educere valet, fed falium facile coeuntium coagmentationem, ac calculofam concretionem prohibere. Quod remedii genus vetuftiffimum eft, Alexandro Traliano, Pifoni, Zechio, aliifque probatiffimum.

XX. *Calculo in vefica exiftente, urgentioribus fymptomatibus &c.*] Calculum Veficæ, qui plus increvit, quam ut per urethram expelli queat, curationem nullam admittere vel ex eo maxime apparet, quod Lithontripticum ore affumendum nullum adhuc Medentibus innotefcat, injiciendum autem, quod calculum frangat, veficam vero minime lædat, nullum detur, utcumque fua miris laudibus extollant arcana Sennertus, Haugenius, Hartmannus, Borellus, Helmontius, Boyleus, aliique, feque pluribus obfervationibus didiciffe teftentur, calculos revera atteri, ac comminui. Quid enim quod decepti fint multa pituita craffa, vel fabuli congerie calculi imaginem referente, vel etiam lapidefcente concretione, quæ nondum plus increverit, quam ut per urethram viam invenire potuerit? Duros certe, ac grandiores acerrimis quibufque Medentium conatibus refiftere, atteri fe, ac comminui non pati infinitis propemodum obfervationibus confirmatum eft. Hinc jure Hippocrates: *Renum*, inquit, *affectiones non vidi fanatas fupra quinquagefimum annum*. Renum nomine & veficam intellexiffe tradunt accuratiores ejufdem interpretes. Quod fi quis forte fperet per humanam induftriam inveniri poffe menftruum aliquod contra calculum veficæ, quod tam blandum, ac molle fit, ut non lædat veficam, & folvat tamen calculum in vefica, quemadmodum fertur de menftruo illo ex pane fecalino confecto, quod folvit omnia faxa duriffima in manu, manu interim illæfa, vel de illo altero ex ovo deftillato, quod nullum in oculo dolorem facit, & tamen diffolvit myrrham, quæ per magnum, & validum ignem diffolvi nequit, vel de illis, quæ metalla varia, gemmas, perlas &c. folvunt, nec tamen corrofiva funt, eft cur eidem gratulemur, quod magnis inventis intentus fit, quibus novum Medentibus lumen adjicere, laboremque aliis fubtrahere ftudeat. Nondum autem innotuiffe dolendum. Futura, utpote incerta, multis minus commendantur. Ex quibus apparet eo nervos induftriæ omnes intendendos effe, ut calculi augmentum prohibeatur, ejufque incommoda congruis præfidiis mulceantur.

XXI. *Ifchuriæ confulimus ægrum elevatis in altum pedibus &c.*] Valde pertimefcendum fymptoma propter metum inflammationis Ifchuria eft a calculo cervici veficæ impacto. Quo cafu falubre practicorum confilium eft, ægrum fupinum collocandum elevatis in altum pedibus, mox concutiendum, ut in veficam relabatur. Interdum contingit altius urethram penetrare calculum, nec motu ifto violento in veficam relabi. Tunc vero immiffo cathetere effe impellendum perfpicuum eft. Illud tamen animadvertas velim ope periti Chirurgi primum, nec frequentius quam par eft, & in quocumque morbi ftatu injiciendum effe.

Si enim a minus perito Chirurgo catheter immittatur, ex irritatione, quæ præcaveri nullo modo poteft, nerveas fibrillas, ac vafa fanguifera fpafmodice affici contingit, fanguinis motum intercipi, atque inflammationem fubfequi. Quid fi jam eadem fubfit inflammatio?

XXII. *Ex femin. Lin. contuf. fæn. græc. &c.*] Solent emollientia veficæ regioni admoveri, ut nervearum partium convulfivæ contractiones fedentur, fic-

que

que facilius urinæ via, atque aditus pateat. Oleum Scorpionum Matthioli virtute Lithontriptica pollere nonnullis creditur, quod tamen ridiculum eft. Laxando porro, atque emolliendo, ut cætera oleofa faciunt, operatur, atque hac ratione fuppreffioni urinæ a calculo urethræ impacto egregie medetur.

XXIII. *Ardorem urinæ, doloremque &c. gum. arabic. &c.*] Calculus, ut in renibus, ita in vefica afperitate fuperficiei fibras carneas exedit, mucum veficæ abradit, unde acrimonia fua eafdem irritat, mordet, hinc ardor, atque veficæ dolor. Quæ igitur ferum acre demulcent, ac mucaginofis fuis partibus corrofas partes obducunt, hic apprime conveniunt. Emulfiones ex gummofis corporibus, ex feminibus blandis, mitique oleo fætis huc fpectant. Gummi arabicum aquæ ebullitione diffolvi patitur, lentoremque vifcidum illi conciliat; femina melonum, cucurbitulæ, & fimilia oleum blandum, ac mite farinofo principio arte commixtum continent, unde aqueis commode mifcetur. Ex his parantur emulfiones, quæ ad folidas partes utcumque affectas obliniendas, & mucagine fua obducendas, falium acrium, atque erodentium, tum feri urinarii, tum reliquorum humorum vim retundendam, atque abhinc prodeuntem urinæ ardorem contemperandum efficaciffimæ funt.

XXIV. *Hifce fruftra adhibitis laudanum hocce urinarium &c.*] Ob fedandi virtutem Opium, & eo parata medicamenta cæteris palmam præripiunt. Cavendum tamen, ne fola exhibeantur in his affectionibus, fed iis mixta, quæ præterquamquod organis urinæ fecretioni, atque excretioni dicatis fpeciatim fubvenire reputantur c. m. funt Alkekeng. therebint. &c. corrofofque parietes mucagine fua obducere, acrefque, atque erodentes particulas obruere valent, uti funt gummofa omnia, efficiunt præterea ut infefta eorumdem vis corrigatur, unde certum levamen, nullum noxæ periculum ex illorum ufu expectandum fit. Defcriptum laudanum eo fine paratum effe, etiam me tacente, facile omnes intelligunt. Hinc illius efficaciam (expertus loquor) ad ardorem urinæ, doloremque compefcendum qui non cognofcit, medicinam cognofcit plane nullam. De Lithotomia, feu operatione illa chirurgica, qua calculus per veficæ incifionem extrahitur, confuli merentur Celfus, Hildanus, Barbette, Alghifius, Douglas, Chefeldenus, Heifterus, aliique Chirurgi, qui hoc argumentum diligentiffime pertractarunt.

Quod experientia didici hactenus Adolefcentibus fignificaffe fufficiat. Dicendi finem facio Damafceni effato (aph. 34.) *Pharmaca pauca tibi tenenda funt, quorum operationes, & poteftates jam multoties expertus es. Totius enim multitudinis notitia incomprehenfibilis eft, ac cum per fingulas volueris inquirendo difcurrere, multiplici diverfitate diftentus nefcies, cui debeas fidem adhibere.* D. O. M. vires aptas operi arduo, ac perdifficili de febribus, aliifque morbis fuggerat.

INDEX
RERUM, ET VERBORUM.

A

Do-

Fa-

Mi-

I

L

Ex

M

N

Cur

Quar-

Q

R

S

Utrum

De-

Vi-

F I N I S.

Errata	Pagina.	fic	Corrige. Linea
exbibere.	40	exhibere.	2
conjungatur.	87	conjungi.	14
acuto.	114	aucto.	29. 39
fumma.	122	fummam.	15
Pleuritide.	131	Pleuritidi.	31
bliaria.	131	biliaria.	40
inde omnes.	137	indemnes.	7
arte.	165	arcte.	12